
PARRA IVRIS





MARTINVS LENSKI
Academiæ Zamoſcienſis Typographus.

BENEVOLO LECTORI S.



VONIAM mandante Sereniſſimo SIGISMVNDO III. Poloniæ Rege; propter exemplarium inopiã impreſſos edidimus primùm libros tres Iuris Prouincialis, quod Speculum Saxonum vulgò nuncupatur: deinde librum Iuris Municipalis Maydeburgen. vulgò weichbild dictum: nunc eandem ob cauſſam recudimus Introductorium ad hos ipſos Iuridicos libros, videlicet opus Venerabilis Ioannis Cerui Tucholienſis Artium Magiſtri & Philoſophiæ Doctoris, quòd ille FARRAGINEM ACTIONVM inſcripſit; & quod veluti manuductorium, ad Ius Saxonicũ tàm Prouinciale, quàm Municipale, & ad Ius Polonicum conſcripſit, ac in ſeptem libros eleganter digeſſit. In Primo namque docet, de Proceſſu iudiciario Iuris Saxonici: in Secundo de Ac-

quirendo rerum dominio: in Tertio de Contractibus: in Quarto de Cõsaguinitate & Affinitate: in Quincto de Processu iudiciario Iuris Polonici: in Sexto De rerũ & verborum significationibus: in Septimo De regulis Iuris vtriusque tàm Ciuilis quàm Canonici. Diligenter autem perquirebamus, vt opus aliquod ab ipso Auctore editum, habere potuissemus. Quod cum nullo modo reperiretur; inuenimus duas tantũ Cracouien. editiones, ab alijs factas. Vnã Matthiæ Scharffenbergij Anno Domini 1532. sub auspicijs Sereniss. Bonæ Reginæ Poloniæ: alteram Matthæi Syebeneicheri Anno Domini 1588. sub patrocinio Illustris. & Magnifici Domini Ioannis de Ociesżyno Regni Polon. Cancellarij. Antiquissimã verò editionem ex officina Vngleriana Anno Domini 1540. sine principio habuimus. Quia verò editiones hæ innumerabilibus propè mendis scatebãt: nostriq; negotij erat, vt quã emẽdatissimè Farrago hęc ederetur: id fieri alio pacto nõ potuit; nisi omnia loca cũ libris eorũ quos Auctor citat cõtulissemus. Quam quidem operã nostrã, vt æqui boniq; cõsulas: obnixè petimus. Vale.

CONTENTA
in hac Farragine Actionum.

LIBER PRIMVS.

DE PROCESSV IVDICIARIO *Iuris Ciuilis, & Prouincialis Saxonici, Municipalisque Maydeburgensis, cuius Tituli sunt vnus & triginta*

De Male-

LIBER SECVNDVS.

De Dominio rerum acquirendo, cuius Tituli sunt decem & septem.

De Armis.

LIBER TERTIVS.

De Contractibus, cuius Tituli sunt quoq; septemdecim.

LIBER QVARTVS.

De Consanguinitate & Affinitate, cuius Tituli duo

LIBER QVINCTVS.

De Processu iudiciario Terrestri & Castrensi, á Sigismundo primo Rege Poloniæ approbato, cuius Tituli sex.

LIBER SEXTVS

De verborum ac rerum significatione, cum expositiõe Polonica ad formã Dictionarij,

Vbi nota Asterisci * denotat dictionem barbaram vel peregrinam. quæ vel ex Italica, vel Germanica, vel ex Gallica lingua desumpta, vsurpatur pro Latina.

LIBER SEPTIMVS.

De Regulis Iuris vtriusque tàm Ciuilis quàm Canonici.

INDEX

INDEX

QVINQVE LIBRO-rum Farraginis Actionum.

Nam Sextus liber, de verborum ac rerum significatione, quia ad formam dictionarij factus est, huc non pertinet.

Numeri notant paginas.

A.

Actor

Agnationis

Articulorum

B

Cæcus

C

Citatio

Commodata

)( )(Contu-

D

Debitum

)( )(ij Donum

Donationes

E

Erci-

F

Fera

Fideiuf-

Formulæ

Furi-

G

H

Honestas

I

Iniuria

Iudeo-

Iudicij

)( )( )(

K

L

Mandatum

N

Notarius

P

Proteus

Q

R

Rem

S

Sequestrum

Statutum

T

Testamentum

V

Vsus

ERRATA

Quæ paucissima sunt, ita corrige.

In Præfatione, pro 1588. lege 1558.
Pag: 10. versu 5. Fri.
Pag: 88. ver: 27. vel plumbo vel ferro
Pag: 205. ver: 18. vel vltta.
Pag: 431, ver: 5. annuere, est nutu
Pag: 448. ver: 19. & hortis
Pag: 496. ver: 7. hanc vini

FARRA-

FARRAGINIS ACTIONVM

Iuris Ciuilis, & Prouincialis Saxonici, Municipalisq; Maydeburgensis, De Processu Iudiciario,

LIBER PRIMVS.

DE IVRE, IVSTITIA, ET IVRISPRVDENTIA.



IVRI operam daturum, priùs nosse oportet, vnde nomen Iuris descendat. Est autẽ Ius à Iustitia appellatum. Nam (vt eleganter Celsus definiuit.) IVS est, ars boni & æqui. cuius merito, quis nos sacerdotes appellat. id est sacra vel sua iura cuilibet ministrantes.

IVSTITIA est constans & perpetua voluntas, ius suum cuique tribuendi.

IVRISPRVDENTIA est diuinarum & humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia. ff. & Instit. de Iustitia & Iure circa princ.

Tria Juris Præcepta.

Iuris Præcepta sunt hæc. Honestè viuere: Alterum non lædere: Ius suum vnicuique tribuere. Insti: tit. de Iustitia & Iure. § Iuris præcepta.

Prima Diuisio Iuris.

Ius est duplex: Publicum & Priuatum. Publicū ius est, quod ad statum Reipub. principaliter spectat, tum id consistit in sacris, vt sunt Ecclesiæ, in quibus petimus peccatorum veniam: tum in sacerdotibus & magistratibus. Priuatum ius est, quod ad singulorum vtilitatem pertinet. ff. de iustitia & iure. § huius studij.

Subdiuisio Iuris priuati.

Priuatum, ius tripartitum est. Collectum est enim, ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud non solùm humani generis proprium est, sed & omnium animalium, quæ in cælo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur. Hinc descendit maris atque fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio & educatio, & in bona parentum successio: hinc communis omnium libertas: hinc communis omnium possessio. Iure enim naturali omnia sunt cōmunia. Ius gentium, quod apud omnes gentes æqualiter obseruatur. quod à naturali recedere facile intelligere licet: quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit: veluti erga Deum religio: vt parentibus & patriæ pareamus; vt vim atq; iniuriam propulsemus. Nam hoc iure euenit, vt quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur. Ex hoc iure gentium, introducta sunt bella, & discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, ædificia collocata, & omnes penè contractus introducti sunt, vt emptio, & venditio; locatio & conductio, societas, depositum, mutuum, & alii innumerabiles. Ius ciuile est, quod vnaquæque ciuitas sibi constituit, veluti ius Romanorum ciuile appellamus, quo populus Romanus vtitur.

Subdiuisio Iuris Ciuilis.

Ius Ciuile duplex est; Scriptum & non scriptum. Scriptum,

ptum, quod consistit in sex partibus: Lege, Plebiscito, Senatusconsulto, Principum placito, Prætorum edicto, & inprudentum responso. Lex est, quod populus Roman. Senatorio magistratu interrogante veluti Consule constituebat. Vel sic generaliter. Lex est sanctio sancta, iubens honesta, prohibens contraria. Vel sic, vt Demosth. Orator definiuit. Lex est, cui omnes homines obedire decet, cùm propter multa & varia, tamen maximè: quia omnis lex, est inuentio quædam & donum Dei, decretum autem omnium sapientum, correctio autem voluntariorum & non voluntariorum peccatorum, ciuitatis autem compositio cõmunis, secundum quam omnes decet viuere, qui in ciuitate sunt. ff. de leg. & senat. l. ij.

De virtutibus Legis.

Legis virtus hæc est: imperare, vetare, permittere, punire. ff. eod. tit. l. legis virtus.

Qualis debeat esse Lex?

Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundùm naturam & consuetudinem patriæ, loco temporíque conueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem incautum captione contineat; nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta. vt distinct. iiij. c. erit autem lex.

Leges quare sunt factæ?

Factæ autem sunt leges, vt earum metu humana coërceatur audacia, tutaq; sit inter probos innocẽtia: & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas. vt iiij. dist. c. factæ autem leges. Plebiscitum est, quod plebs plebeio magistratu interrogãte, veluti Tribuno constituebat. Senatusconsultum est, quod Senatus iubet atque constituit. Principis placitum est, quicquid Imperator vel per epistolam statuit, vel cognoscens decreuit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit: quod etiam Principum constitutio appellatur. Prætorum edi-

rum edictum, est ius quod reddebant ipsi Prætores, statutā & edicta proponendo : & appellatur Ius honorarium, ab honore Prætoris. Responsum prudentum est, sententia & opinio Iurisconsultorum, quibus permissa fuit auctoritas à Principe, legis condendæ. Ius non scriptum est, consuetudo vsu approbata, quæ pro lege seruatur, dum lex deficit. 1. dist: consuetudo. Nam diuturni mores consensu vtentium approbati, legem imitantur. Instit. iure nat. § ex non scripto. Et est consuetudo, optima legum interpres. ff. de leg. & sen. l. de interpretatione.

Alia diuisio Iuris.

Ius est duplex, Diuinum & Humanum. Diuinum, quod in nouo & veteri testamento cōtinetur. Dicitur etiam naturale, vt in prin Dec. Summa eius est : Quod tibi vis fieri, alteri facias. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Vnde Dominus in Euangelio Matth. 7. inquit: Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, vos eadem facite illis. Ius humanum dicitur, quod ab hominibus propter societatis humanæ conseruationem constitutum est: & perficitur legibus, moribus, & consuetudine.

Subdiuisio Iuris humani.

Ius Humanum est duplex : Pontificium & Imperiale. Pontificium, quod condidit Papa pro administratione rerum spiritualium & Ecclesiasticarum. Imperiale, quod condidit Imperator pro administratione rerum temporalium & profanarum.

Ecclesia habet duos gladios.

DEVS omnipotens, dedit & commisit duabus personis in Ecclesia duos gladios, duplicem potestatem designantes; spiritualem scilicet, & sæcularem : ad regēdum & defendendum suam sanctam Ecclesiam. Apostolico, spiritualem: Imperatori verò, sæcularem. Vocanturq; illi gladii, potestates seu iudicia. Quemadmodum enim gladio sæculari arcentur & puniuntur malefactores & excessiui homines

mines; ita spirituali gladio arcentur animæ excessiuæ. Et si quid Apostolicus corrigere non possit gladio spirituali: Imperator eundem iuuare tenetur gladio sæculari.& è cõtra, ita quòd vnus alteri pro defensa Ecclesiæ Christianæ auxilio esse debet. Spe: Sax. lib: 1.art: 1. Iure Mun. art: vij.

Subdiuisio Iuris Imperialis.

Multiplex est ius Imperiale seu sæculare:aliud est enim publicũ, aliud priuatum. Item priuatorum: aliud est naturale, aliud gentium, de quibus in prima diuisione dictũ est: aliud ciuile seu municipale, aliud prouinciale, aliud militare, aliud feudale.

Ivs municipale seu ciuile dicitur, quod homines vnius ciuitatis seu fori concluserunt inter se tenendum, iuxta eorum arbitrium & antiquas consuetudines.Quemadmodum Maydeburgen. ciuitas,ius suum proprium confirmatum habet: partim excerptum ex Iure prouinciali Saxonico: partim proprijs eorum statutis, constitutionibus,& plebiscitis sancitum,quo etiam, multæ ciuitates in Regno Poloniæ constitutæ, vtuntur.

Ivs prouinciale est, quod homines vnius regni vel prouinciæ inter se statuerunt tenendum: vt est Ius prouinciale seu terrestre nobilitatis regni Poloniæ: vel etiam Ius prouinciale Saxonicum,quod Speculum Sax: nuncupatur.

Ivs militare est, belli inferendi solennitas: fœderis faciendi nexus: signo dato egressio in hostem; signo dato receptio; flagitij militaris disciplina, si locus deseratur; stipendiorum modus; dignitatum gradus; præmiorum honor; veluti cùm corona vel torques donatur,item prædæ sectio id est pro personarum qualitatibus & laboribus iusta diuisio & principis portio, vt dist: 1. c. ius militare.

Ivs feudale dicitur,cùm alicui militi vtenti clypeo bellico, conferuntur pro seruitio aliqua bona aliquando ad vitam, aliquando ad hæredũ eiusdem stirpis successioné; remanente tamen circaDominum principalem proprietate,& dominio directo; inFeudatarium tantummodo translato dominio vtili & vsufructu; vt exinde obsequium præ-

ſtet imperio, vel domino, vel eccleſiæ. Dicitur autem feudum à fidelitate vel à fide, quam vaſallus domino præſtare tenetur. Nec enim debet aliqua inueſtitura fieri ei, qui fidelitatem facere recuſat: niſi feudum eo pacto ſit acquiſitum, vt de eo fidelitas non præſtetur. vt in conſtitutionibus feudorum per quos fiat inueſt. & per quos recipitur c. nulla. & c. ſeq. Eſt autem Feudum beneficium ſæcularium; vt not. in c. in præſentia. de proba.

De libris Juris Ciuilis.

Iuris Ciuilis libri principaliter quatuor reperiuntur, Digeſta, Codex, Authenticum, & Inſtitutiones.

De Digeſtis.

Ptimus liber legum, Digeſtorum ſiue Pandectarum appellatus eſt, eo quia digerit omnes diſputationes legum, & in ſe, quaſi in ſuo aluo, continet. de ve. iur. enu. lib: ij. § cùm omnia. Pandectæ dicuntur, à πᾶν, quod eſt totum, & δέχθεν, receptum, quia totius iuris doctrinam continent; vt dicit glo. in Proem. Inſt. § igitur; Vel potiùs à πᾶν, quod omne ſignificat, & δέχομαι, i. capio. Dicuntur enim, libri aliquid vniuerſaliter comprehendentes. Hinc Pandectæ legum, theologiæ, vel medicinæ, denominantur. Et continet hic liber digeſtorum tres partes principales, quæ deinceps in quinquaginta particulares diſtributæ ſunt libros. qui comprehenduntur in ff. veteri, inforciato, & nouo.

ff. Vetus.

Vetus ff. tractat principaliter de his, quæ vetuſtiori iure, puta à iure naturali originē ſumpſerunt; quemadmodum ſunt quaſi omnes contractus, & paciſcendi vſus, qui ſunt à iure naturali ſaltem ſecundario; hoc eſt, iure gentium introducti. Inſt. de iure nat. § Ius autem gentium.

ff. In-

ff. Inforciati.

Secunda pars ff. est Digestum infortiati, appellatur eo vocabulo, propter fortes leges circa hæreditates disponẽtes, vt dicit glo. in rubro inforciati. Vel ita denominatum est ab eius inuẽtore vel auctore; vel quod melius est, nomen est magistrale; de quo disputare cur impositum sit, relinquitur pertinacibus; secundum Tulliũ ad Herenniũ. Alij dicunt, quòd ab inforciasin, Chaldæo vocabulo denominatur; quod idem est, quod dispositio; quia vltimæ dispositiones & voluntates hoc libro continentur. Vnde dici solet: Sum liber fortis disponens prælia mortis.
Et clausis portis me discat lector in hortis.

ff. Nouum.

Tertia pars ff. appellatur, Digestum nouum, eò quòd post vetus ius duodecim tabularum, noua contineat prætorum edicta, tractans in duodecim libris partialibus, de criminibus & delictis, & eorum pœnis.

Quomodo scribitur & allegatur liber Digestorum.

Scribitur liber Digestorũ per notam gemini ff. contra morem aliorũ librorum legum; cùm nulla litera f. in hoc nomine Digestũ reperiatur: fortè ideò, quia olim Digesta, Pandectarũ nomine allegabantur, duobusq; literis Græcis maiusculis notabãtur Π cui superimponebatur Δ, hoc, hoc est Pandect: quæ duæ literæ postea facilè in notam ff. inoleuerunt. In libris ergo Digestorum allegatur in genere liber per notam similem gemini ff. postea titulus vel rubrica, deinde apponitur lex cum sua determinatione, vel numero sequenti. Quod si lex longa est, ponitur § primus, vel secundus; vel responsum primum, vel secundum. Verbi gratia, ff. de dam: infec. l. si finit. § si quis autem; id est, in libro Digestorum sub titulo, de damno infecto, in lege quæ incipit, Si finita, in paragrapho, Si quis

autem. Aliud exemplũ, ff. si quadru. pau.fe. di. l. i. § cum arietes.id est. Digestis in rubrica, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, lege prima, in paragrapho, cùm arietes.

De Codice.

Secundus liber legum, dicitur Codex Iustiniani; κατ' ἐξοχὴν, id est per eminentiam: vel per ἀντονομασίαν, id est, vice proprij nominis, appellatur Codex. sicuti cùm Vrbẽ dicimus, nec addimus ei nomen, subauditur Roma: cùm Poëtã, intelligitur apud Græcos egregius Homerus, apud nos Virgilius: cùm Apostolum in diuina scriptura, subauditur Paulus: vbi verò Sapiens dicitur, intelligitur Salomon. Vel dicitur à cogendo. Cogere enim vel imperare, proprium est Imperatoris, vt per nomen eius denotatur, cuius est hic liber. Vel dicitur à cogendo, i. componendo vel congregando; sicut fructus dicuntur cogi ff. de pet. hære. l. à parte § vt Virgilius: Tityre coge pecus. Iustiniani dicitur, ad differentiam trium veterum Codicũ, Gregoriani, Hermogeniani, & Theodosiani. Nam Iustinianus ex illis tribus Codicibus, & Extrauagantibus constitutionibus, hunc Codicem composuit, & suo nomine intitulauit. Diuiditur autem Codex in xij. libros partiales, qui continent statuta, sanctiones, & præcepta Imperatoris. Ex his vltimi tres, longè post primos compositi sunt, & rarò leguntur à Doctoribus.

Quomodo scribitur & allegatur Codex.

Scribitur Codex per C magnũ, quæ est prima eius nominis litera. Et in primis noui Codicis libris, primo allegatur nomen libri, deinde titulus, postea lex cũ suo principio vel numero; & si lex longa est, apponitur paragraphus. Exemplum accipe. C de præscript. xxx. vel xl. an. l. si quis. § penul. i. in libro Codicis de præscriptionibus

xxx. vel

xxx. vel xl. annorum. in lege, si quis. in paragrapho penultimo. Aliud exemplum. C. de ve. iur. enu. l. ij. § si quid. Sciendum est, in allegatione vltimorum trium librorum Codicis, hoc esse speciale, quod ad ti: & ad l. cum § additur in fine numerus libri, videlicet x. xi. xij. Do exemplum. vt C. de armo. vsu. iux. prin. lib. i. lib. x. Aliud exemplum. C. de muri. & gynæci. lib. ij. lib. xi.

De Authentico.

Tertius liber legum, Authenticum vel Authenticorum dicitur; quia continet constitutiones nouiores & recentiores, magnæ potestatis & dignitatis Principum. Et diuiditur in nouem Collationes; quarũ quælibet subdiuiditur in titulos, & tituli non in leges, sed in paragraphos. Vnde Collationes vocantur à colligendo vel congregando, quia quælibet collatio, colligit plures partes seu materias. Vel Collationes dicuntur, à confero; quia simul conferunt & reponunt nouellas constitutiones.

Differentia inter Authenticum & Authentica.

Differunt Authenticũ & Authentica. Quia Authenticum volumen est per se: sed Authentica est lex vna vel paragraphus in libro Codicis incorporatus. Et allegatur sic. C. de epi. & de. Authent. generaliter. C. de sacrosancta ecclesia. authen. multò magis. Sed in Authentico simpliciter allegatur titulus, demum paragraphus; & in fine ponitur quota collationis. Pono exemplum. in Authen. de trien. & semis. § consideremus, co. iij. id est. in authentico de triente & semisse, § consideremus, Collatione tertia.

De libro Feudorum.

Additur liber Feudorũ; qui decima Collatio appellatur. Et habet duos libros partiales, quorum quilibet subdiuiditur in titulos, & tituli in capitula, & paragraphos.

Quomodo allegatur liber Feudorum.

In allegatione huius libri, primò ponitur nomen libri: postea titulus: tandem capitulum & paragraphus. vt gratia exempli dicam. In vsi. feu. de prohi. feu. alie. per Fri. c. i. § hoc edictali. Id est, in vsibus feudorum: sub rubrica, de prohibita feudi alienatione, per Fridericum. cap. i. paragrapho, hoc edictali. Aliquando nomen libri subiungitur, hoc modo. Qui mo. feu. amit. c. vnico § 2. rursus in vsi. feu. Id est, in rubrica; quibus modis feu. amittatur. capitulo vnico. § rursus in vsibus feudorum. Post nonnunquam allegatur Collatione decima, sic breuiando. col. x. quia iste liber est post nouem Collationes Authenticorum editus. Adduntur & hodie Extrauagantes, quæ Collatio vndecima solet appellari.

De Institutionibus.

Quartus liber principalis legum, dicitur Institutiones, vel Instituta, quas Iustinianus Imperator, viris illustribus, Treboniano, Theophilo, & Dorotheo mandauit, vt componerent, & in quatuor libros iussit partiri; vt sint totius legitimæ scientiæ prima cunabula & elementa, quibus iuuenes suffulti, possint grauiora & perfectiora legum scita sustentare. Et dicitur liber Institutionum, quasi instructionum, quia in his primùm præceptis pueri instituuntur, vt ad iuris arcana valeant ascendere & ingredi ad legum penetralia. Quapropter hic liber benè introductorius potuit appellari; nisi aliud verbum Iuri ciuili visum fuisset congruentius.

Saxones & Poloni exempti sunt á legibus.

Sciendum est, quòd Saxones & Poloni exempti sunt à legibus,

legibus, & Iure Cæſareo communi. habent enim ſua iura, ſtatuta,& priuilegia prouincialia. Prouinciæ Saxonum, ab Imperatoribus Romanorum, Conſtantino & Carolo. Regno autem Poloniæ à Caſimiro magno, Ludouico Loyſz, Wladiſlao Iagicło, & alijs Poloniæ regibus & principibus, in perpetuũ conceſſa. Habent etiam Ius municipale Maydeburgenſe: quod Otto magnus Romanorum Imperator fundata & locata ciuitate Maydeburg in Saxonia, anno à natiuitate Chriſti, noningenteſimo quadrageſimo ſeptimo (cum ſcientia & auctoritate ſedis Apoſtolicæ, & de ſcitu & conſilio principum Imperij,& accedente conſenſu terræ) ciuibus dedit, ſecundum eorum arbitrium, & ſecundum conſilium ſeniorum.

Quod tandem Caſimirus magnus rex Poloniæ, de conſenſu & conſilio ſui Senatus, & totius regni, Anno D. milleſimo, trecenteſimo, quinquageſimo ſexto, ad vtilitatem & profectum incolarum regni Poloniæ acceptauit; & in ciuitatibus oppidiſque ac villis obſeruari ſtatuit.

Nihilominus Saxones &Poloni non habentes in corpore iuris Maydeburgen. ius ſcriptũ, pro aliqua cauſſa definienda, & in defectu priuilegiorum, recurſum habent ad leges & canones; vt in Spe: Sax. lib: ij. art: xxxvj. lib: iij. art: xliiij. In defectu vero iuris ſcripti,iudicant ex conſuetudine, vel ex ſimili. Spe: Sax. lib: 1. in pro.

De Priuilegio.

Priuilegium eſt principis beneficium, contra ius commune indultum. Vel, Priuilegium eſt lex priuata. Nec enim diceretur priuilegiũ, niſi aliquid indulgeat ſpeciale. c. abbatem de ver. ſig. & c. in his de priu. Et dicitur priuilegium; quia priuatam legem tribuit; vel quia eſt priuatorum lex; id eſt, à iure communi exceptorũ; vel quia ad priuatam vtilitatẽ datur & conceditur, diſt. iij. priuilegia.

Diuiſio Priuilegij.

Duplex eſt Priuilegium, reale & perſonale. Reale eſt, quod alicui loco datur; vt prouinciæ, ciuitati, collegio, eccleſiæ

ecclesiæ, vel aliquibus personis ratione loci, & tale est perpetuum & immutabile; vt xvj. q. 1. hic est. & xxiiij. dist. c. communis filius, & extra, de inst. c. cùm venissent. & ff. de reg: iur. l. priuilegi. & ff. de lega. ij. l. patronus. & Inst: de iur: natu. gens & ciui. § planè.

Priuilegium personale est, quod alicui vel aliquibus personis certis, & proprijs nominibus conceditur. Et tale non est perpetuum; quia cum personis interit, iuxta regulam iuris. Priuilegium personale, sequitur personam, & exstinguitur cum persona. vt vij. q. 1. c. petisti, & extra de reg. iur. priuilegium. lib: vj.

Qualiter Priuilegium perdatur & reiiciatur.

Priuilegium amittitur & reijcitur ex multis caussis. Primò per abusum & negligentiam, si quis eo abutitur ad decennium. ff. de iudi. li: i.

Secundò, si in aliquo suspecto loco vitiatum sit, vel si in eo falsi characteres appositi sint sensum immutantes. vt extra de crimi. fal. c. licet.

Tertiò, si in sigillo falsificatum quid sit. vt de fide instru. c. inter dilectos.

Quartò, si refert se ad prius priuilegium, & illud prius non habetur, extunc istud posterius, quod se ad primum refert nihil valet. quia nouum priuilegium nullum ius tribuit priori, sed duntaxat confirmat illud. vt ff. de re iudic. l. cum pri. & extra de confir. per totum.

Quintò, si nihil speciale habet quod cõmuni iuri præiudicet. Priuilegium enim est lex priuata, & ita, vt aliquid speciale in se contineat, necesse est. de verb. sig. c. abbate.

Sextò, si dolo malo acquisitum est. de re scrip. c. sedes.

Septimò, si sit contra communem vtilitatem. vt in authen. in medio litis. § i. col: viij.

Octauò, si interposita conditione datur. de con. ap. c. verum.

Nonò,

Nonò, si ad definitum tempus datur, tempusque illud exspirauit. vt xxxv. q. c. quædam &c. quod scripsi.

Decimo, si datum est contra ius alterius, vel in præiudicium alterius iuris. vt extra de deci. c. suggestum. & c. dilecti filii, & de verb. signifi. capite, quid per nouale & xxv. quæst. ii. cap. vltimo, & ex aliis pluribus caussis priuilegia amittuntur & reijciūtur, quas vide in summa Hostiensis de priuilegiis & gloss. & Spec Sax. lib. 1. art. 9.

DE JVDICIIS.

Judicium quid?

Iudicium est actus legitimus trium personarum, Iudicis scilicet, Actoris, & Rei, super eadē quæstione. c. 10. o. de verb. signific.

Prima Diuisio Iudicij.

Iudiciorum, aliud est Ciuile, aliud Criminale, aliud Singulare, aliud Vniuersale. Ciuile iudicium est, cùm caussa instituitur ad commodum priuatum, & concluditur para aliquid dandum vel exhibendum. Criminale est, cùm agitur de aliqua pœna pro crimine imponenda; vel concluditur pœnam applicandam esse fisco. Singulare iudicium est, quod dicitur pro rebus particularibus, puta fundo, domo, equo, &c. Vniuersale iudicium est, cùm petitur vniuersum ius: vt bonorum possessio, aut hæreditatis. ff. de iudic. per totum.

Secunda Diuisio Judicij.

Iudicium Bannitum, Municipale Maydeburgense, est duplex, ordinarium & extraordinarium. Ordinarium iudicium est, in quo ordo iuris obseruatur, & determinato tempore celebratur. Et diuiditur, in Iudicium legale Burgrabii, quod & magnum dicitur; & Iudicium legale Sculteti, quem Aduocatum Saxones appellant. Extraordinarium iudicium est, quod indeterminato tempore cele-

bratur, & in eo non vsquequaq;, formam debitam iudicij concernentia, seruantur. Et est triplex: Aliud est Hospitum, aliud opportunum, aliud recentis seu manualis facti.

De iudicio legali Burgrabij.

Iudex supremus Maydeburgi, tria iudicia Burgrabialia in anno exercet. Vnum die S. Agathæ, aliud die S. Ioannis & Pauli; hoc est, tertio die post festum S. Ioannis Baptistæ: tertium in octaua S. Martini. Cracouiæ autem & Leopoli, in iudiciis legalibus magnis, locum Burgrabii, ex consuetudine veteri, obtinet Proconsul; vel ab eo subdelagatus Consul; locum auté Sculteti tenet Aduocatus: qui & primam sententiam inuenire Burgrabio debet. Burgrabius enim nullum legale habere potest sine Sculteto iudicium; reliquas Scabini inueniunt. Quod si Scultetus ad iudicium non venerit, mulctam Burgrabio soluet decem libras, nisi legale importet impedimẽtum, quod eum probare oportet. Iure Mun. art. xvi. & art. xlv.

De auctoritate Iudicij legalis.

Auctoritas huius iudicij magni legalis tanta est, quòd in eo nulla reo datur dilatio, sed sine quouis colore vel prætextu, ad querelam, in continenti, iudicio durante, respondere affirmatiuè vel negatiuè tenetur. Si autem fatetur, solutio decernitur, ad solis occasum: si negat, iuramentum decernitur ad tertium diem. Et iudicium istud ante sui celebrationem, duabus septimanis per præconem publicè declaratur; ad quod citatio ad minus ante triduum præcedere debet, cum specificatione iudicii, quum in aliis iudiciis eodem die citatio fieri possit. Et si citatus ad iudicium magnum legale contumaciter comparere noluerit, pœnam luet Burgrabio, tria talenta, quæ constituunt sexaginta solidos, nummorum communiter in Prouincia currentium, qui nostros faciunt quadraginta grossos, quam pœnam per sex hebdomadas soluere debet. Iure Municip. art. xlvj.

Modus

Modus banniendi Iudicij legalis.

Inprimis Burgrabius Sculterum interrogare debet his verbis. Domine Scultete, interrogo, an tempus iudicij sit? Quod cùm Scultetus per sententiam inuenerit: tandem quæret, si iudicium bannire poterit; & inuenietur sibi, quod cùm tempus & necessitas exposcit, facere id potest. Tandem quæret vlterius, an de iure demandare debet, quæ demandanda sunt; & inuenietur sibi, quod demandare debet excessus, circa iudicium turpia verba, ac omnem iniuriam.

Et hæ sunt tres primæ sententiæ, quas Scultetus Burgrabio inuenire debet.

Interroget Burgrabius posthac seniorem Scabinum, si pacem iudicio indicere debeat? Respondetur, quod pacem indicere debet de forma iuris. Postea Burgrabius bãniat iudicium, & demandet pacem in hæc verba:

Ex quo mihi iure decretum est, tempus esse banniendi Iudicii magni legalis; & demandandi ea, quæ de iure demandanda sunt, & indicendi pacem iudicio. Extunc ego in nomine & vigore Dei omnipotentis, & Serenis. Domini nostri Regis; bannio vobis iudicium magnum legale, & in hoc iudicio indico demandoq; pacem omnipotentis Dei, pacem Serenis. domini nostri Regis, ad hoc iudiciũ bannitum vnicuique iustitia indigenti; honestè & cum licentia iudicis licet venire & abire. In hoc iudicio si quis verbo pacem fregerit, impediendo alium in sua querela, caussisq; suis, clamore vehementi, cursu, increpatione, & aliis iniuriis, aut contra honestatem iudicij cõcitatis verbis aliquid dixerit, vel alio aliquo iudiciũ impedierit, vel indisciplinatè se habuerit, iudici mulctam demerebitur. Si quis autem hanc pacem manu minaci violauerit: manum demerebitur. Si quis autem armis pacem violauerit, cedit sibi prout Deus & ius decreuerit. Et cõuerso sermone ad Scabinum iuniorem dicat: Domine N. quæro ex vobis, an iuxta iuris cursum banniui iudicium, ac pacem

quam

quam in eo vnusquisque inuiolabiliter obseruare debet, indixi & demandaui, vel quid sit iuris? Decernetur. Domine Castellane seu Burgrabie, Rectè & secundum formam iuris iudicium banniuisti, & pacem quam vnusquisque seruare tenetur indixisti, de forma iuris.
Cùm verò Iudicium bannitum iam sit, paxque denunciata, vt iuris est; vnusquisq; tandem procedat in caussis suis, iuxta ordinem iuris, ne iuri suo deroget. Iur: Munic. artic. xvj. iuncta glos.

Feriæ perimunt Iudicium legale.

Si aliquod horum legalium iudiciorum in diem celebrem aut feriatum ceciderit: extunc Burgrabius perdit & amittit iudicium suum. Iur. Mun. art. xlv.

Quid iudicatur in Iudicio legali.

Quidquid iniuriarum vel criminum cõmissum fuerit, quatuordecim diebus vel noctibus, ante iudicium illud: hoc Burgrabius iudicat, & nullus alter. Item stuprum, obsidia, irruentiam domiciliorum, Burgrabius seu Castellanus iudicat, & nullus alter. Et hoc intellige iuxta consuetudinem diuersarũ ciuitatum. Cracouiæ enim ac Leopoli violentias manualis facti, Aduocatus cum Scabinis iudicare solet. Albarti. xlv. Præterea, in hoc iudicio magno legali, fit inquisitio & discussio de vita, moribus, conuersatione, & excessibus singulorum ciuium vel villanorum, vbi excessus notorii corrigi debent; præsertim si quis publicè contra decẽ præcepta Dei, vel statuta Ecclesiæ excesserit. Talis si incorrigibilis est, ex communitate eiicitur, ne in posterum prauis suis moribus inhabitatores ciuitatis, oppidi, aut villæ scandalizet: si autem corrigibilis appareat, benigniori pœna pecuniaria, aut carceris puniatur. In his autem tribus Iudiciis magnis legalibus, actiones quæ in iudiciis Sculteti tiis legalibus, de quindena in quindenam expositis, inchoatæ sunt: continuari & peragi non debent. puta inscriptiones obligationum, contractuum,

dona-

donationum,bonorum resignationes terminorum præcustoditiones, &c. Spec. Sax. lib. 1. art. ij. & art. lxij. & lib. iij. art. lxi.

Populus quamdiu iudicium præstolare cogitur.

Omnes homines iurisdictionis vnius, ab ortu Solis vsq; ad meridiem iudicium debent exspectare, & non vltra. Spec. Sax.lib: iij.art. lxj. Ratio autem istius; quia iudicium exerceri sobriè debet. eod: lib: art. lxix.

Iudicium legale Burgrabij, sequitur Sculteti in quindena.

Quando Castellanus seu Burgrabius surgit ex loco seu scamno iudicij, & resignat Iudicium, Sculteti tandem sequitur Iudicium, a proximo die post quatuordecim noctes. Iure Mun. art. xlv.

De Sculteti Judicijs.

SCVLTETVS seu Aduocatus etiam tria habet Iudicia legalia in anno, quorum primum, secundum consuetudinem ciuitatis Cracouiæ, celebratur sexta feria proxima post festum Epiphaniarum: Secudum, feria sexta post Conductum Paschæ proxima: Tertium, feria sexta in crastino Corporis Christi. Post huiusmodi vero Iudicia legalia, continuat semper Scultetus seu Aduocatus Iudicia sua per quindenam. Et si dies iudicialis ad diem celebrem vel feriatum euenerit, potest Iudicium in sequentem vel tertium transponi diem. Iure Mun. art. xlvij.

Modus banniendi iudicij Expositi.

Cvm Iudicium legitimè expositum exercetur, eodem modo per Aduocatū quo & Burgrabiale banniendum est. Postquam enim Iudicio consederint Scabini cum Aduocato, extunc Aduocatus interrogare Scabinos solet. Ex quo quidem hodie dies est, Iudicij legitimè expositi; an tempus sit Iudicium banniendi necné? Cùm id sibi decernetur; procedet vlterius: modo quo suprà. Si verò Iudicium sit extra diem legitimum expositum: vt ex necessitate, Iudex alium seruabit modum. Quærere enim debet. Ex quo quidem necessariò querela proponitur, vel ex necessitate Iudicium expetitur, an sit banniendum? Scabinus decernet, quòd sit. Tandem obseruare modum Iudex debet in huiusmodi Iudicio opportuno & necessario, qui supra descriptus est. Iure Mun. art. xvj. & Spec. Sax lib: iiij. ar. lxj.

Quid iudicatur in iudicijs Expositis.

IN Iudicijs expositis, iudicantur & practicantur actiones omnis generis, tam in rem quàm in personam, tam ciuiles quàm criminales, & mixtæ: puta occasione hæreditatum, donationum, successionum, debitorum, iniuriarum, maleficiorum, contractuum, obligationū, & quarumcunque aliarum rerum mobilium & immobilium. Ibi etiam fiunt iuridicæ resignationes hæreditatum, & inscriptiones donationum, & omnium obligationum contractuumq;. Ad hoc Iudicium expositum

potest

potest homo citari eodem die, quo celebrandum est Iudicium, antequam tamen bannietur. Nam bannito Iudicio, citatio nullius erit valoris.

In hoc Iudicio Scultetus, seu Aduocatus pro excessu acquirit mulctam octo solidos, qui constituunt grossos nostros quinque & sex minutos obulos. Iure Munici. artic. xlvj.

De iudicio Hospitum.

HOSPES dicitur ille, qui ita remotè domicilium habet; quod vno die ad iudicium venire non possit. Et si sibi fides non habetur quòd hospes sit, duobus digitis ad sacra erectis probare tenebitur, quòd vno die iudicium attingere non possit.

Judicium hospitum celebratur quolibet dierum.

QVANDO igitur ciuis hospitem, vel hospes ciuem pro debito & alijs rebus cum testibus impetit, extunc Burgrabius seu Scultetus omni die iudicabit, pro iudicioque exercendo duobus indigebit Scabinis. Cui verò debiti solutio adiudicata sit, solui demandabitur ad Solis occasum. Spec. Sax. art. xlvj. iunct. glos.

De Judicio Opportuno.

IVDICIVM opportunum seu necessarium celebratur circa delectum dierum & locorum ad instantiam alicuius personæ, vrgente aliqua necessitate, puta ægritudine vel senio, in domo etiam priuata, ægroti vel senis, ad condendum scilicet testamentum, vel quidpiam

aliud faciendum; pro quo exercendo sufficiunt duo aut tres Scabini, cum Iudice, & res coram eo actæ robur firmitatis habere debent, tanquam coram Iudicio bannito exposito agerentur. Exceptis actionibus occasione hæreditatum, & iuridicis abscessionibus, & resignationibus hæreditatum, quæ tantummodo coram Iudicio bannito exposito fieri debent. vt Iure Mun. art. xlvj.

Quid sit Manuale factum.

MANVALE factum tunc dicitur, quando vir apprehenditur in facto criminali recenti; seu in fuga facti illius, puta in furto, præda, stupro, homicidio, incendio, irruentia domiciliorum, violentia, fractione pacis.

Item Manuale factum dicitur, quando quis furtum vel spolium in sua habuerit possessione, vbi solus claué ad habitationem vel cistam portat; nisi forsan res adeò parua, quod fenestra ibidem proijci possit. Manuale etiam factum est, cùm gladius, sica, aut aliud simile, in manibus vnius deprehenditur, cum quibus pacem fregerit, & detentus cum clamore ad Iudicium ducatur. Iure Mun. art. cxv. lib. j. Spec. Sax. art, xxxv.

Quot considerantur in Manuali facto.

In Manuali facto tria veniunt consideranda. Primò, quòd captus in Manuali facto ad fideiussoriam dari non debet; nec eidem alter præfigi terminus, sed in instanti iudicatur, & statim malefactor conuictus punitur; innocens verò absoluitur. vt Spec. Sax. lib. j. art. lv. & lxvj. & c. de custod. reo. l. in quacunque.

Secundò, quia sic deprehensi negare factum non possunt.

sunt. Actor enim propior est eos conuincere. vt Spec: Sax. lib: 1. art: lxvj. & c. de accus. & inscrip. l. singuli.

Tertiò, quæcunque sententia contra eum feratur, eam increpare non potest. vt Spec. Sax: lib: ij. art. xij. in fin. & c. quorum appel: non recipi: l. obseruari. Concordat Ius Mun. art: cxv. glos.

Hoc tamen non est ignorandum, quod si contingat criminale nefas nocte vel die, & probus, antehacque iure nunquam accusatus homo super facto impetatur; propior est euadere metseptimus, quàm alter eum conuincere. Iure Mun: art: lxxvj.

Quando celebratur Iudicium manualis facti.

IVDICIVM igitur manualis seu recentis facti, bannitur omni tempore, & omni die etiam feriato & solenni; quãdo scilicet aliquis maleficus in facto aliquo criminali recenter patrato detinetur; & eo instanti iudicio præsentetur; contraq; eum cum clamore conqueritur, ibique iudicatur, & si conuictus fuerit per Actorẽ testimonio septem virorum, statim pœna capitis punitur. vt Spe: Sax: lib. 1. art. lxvj. & lib. 2. art. x. Iure Mun: art. xxxvj. & art. lxx. & art. cxv. Si verò Castellanus seu Burgrabius, seu Aduocatus, vel Scultetus, hoc est ordinarius Iudex præsens in domo non fuerit, & casus manualis facti euenerit, puta quia forte fur, virginum & mulierum opressor, prædo, aut alter quiuis maleficus detineatur, extunc oppidani, aut villani, loco illius eligunt ex arbitrio suo vnum iudicem ad discutiendum crimen illud manifestum, qui & Gograuius dicitur. vt Spec: Sax: lib: art: lv. & lvj. Iure Mun. art. xlv. Iure Mun. artic. xlv. & xlvij.

Actus iudiciarius quot in se includit.

Actvs legitimus iudiciarius duo includit: Personas Iudicij, & processum iudicij.

De personis Iudicij.

Personæ ad Iudicium requisitæ sunt duplices: Necessariæ & Vtiles.

Necessariæ autem, sine quibus iudicium subsistere non potest, sunt tres: Iudex, Actor, & Reus. Et intellige, quòd hæ semper sunt in Iudicio, vel veræ, vel fictæ, seu repræsentatiuæ. Veræ, quando dictæ tres personæ expresse sunt in Iudicio. Fictæ seu repræsentatiuæ, propter notoria, in quibus fama representat Actorem, & fungitur Actoris vice, vt in omnibus iudicijs: generalibus, vel specialis inquisitionis, aut notorij criminis.

Vtiles autem tantùm sunt, sine quibus iudicium subsistere quidem potest, adhibitæ tamen faciliorem exitum iudicii parant: vt sunt Ferendarii, Notarii, Testes, Præcones, Exsecutores.

De Iudice.

Ivdex est, qui iudicat de caussa. Et dicitur iudex, quasi ius dans vel dicens populo. Vel dictus est à Iustitia, quia debet esse iustus. Si enim in eo non est Iustitia: non meretur dici Iudex, scilicet iustus & bonus. vt c. forum de verb. signif.

Prima

Prima diuisio Iudicum.

IVDICVM, alius est Ecclesiasticus, alius Sæcularis. ECCLESIASTICVS, cui omnis anima subiecta est in spiritualibus. Et illi sunt triplices, scilicet Papa, Episcopus, Curatus. PAPA, qui in locum Christi successit, & eius est vicarius. EPISCOPI, qui in locum Apostolorum successerunt, & eorum vices tenent. CVRATI, qui in locum discipulorum sunt constituti, & eorum typum gerunt.

SÆCVLARIS, cui omnis anima in temporalibus est subiecta; vt est Imperator, qui dominus est & princeps totius mundi, & Rex in suo regno.

Secunda diuisio Iudicum.

IVDICVM, alius est Ordinarius, alius Delegatus, alius Compromissarius siue Arbiter.

IVDEX Ordinarius est, qui habet potestatem iudicandi à se, iure suo. Et hunc Ordinarium quatuor faciunt: Lex inanimata, vel Canon, & hoc in dubio, secus si appareat velle dare Delegatum. Lex animata, vt pote Papa, vel Imperator, & Episcopus suo Vicario: Consuetudo & Vniuersitas approbata; vt mercatorum, sartorum, sutorum, & aliorum artificum, qui habent de suo corpore, id est, collegio, creare & eligere Iudicem ordinarium. sic & Vniuersitas artium & facultatum.

IVDEX Delegatus est, qui habet potestatem cognoscendi de aliqua caussa sibi à superiore commissa, qui etiam dicitur Commissarius, & Iudex extraordinarius.

IVDEX Cópromissarius siue Arbiter est, qui de partium consensu eligitur, & in eum sub pœnæ stipulatione compro-

compromittitur. ij. q. vj. c. à iudicibus. Non enim statur sententiæ eius, nisi metu pœnæ vel pignoris datione, vel alicuius loco pœnæ. ff. de arbi. l. non distinguemus. § i. C. co. l. l. i.

Differentia inter Arbitrum & Arbitratorem.

DVPLEX est differentia inter Arbitrum & Arbitratorem.

PRIMA, quia arbiter eligitur à partibus, de communi consensu, super re litigiosa vt cognoscat. Arbitrator verò non sumitur super re litigiosa, vt cognoscat, sed vt pacificet; qui potest dici communis amicus, vel amicabilis compositor, vel partium iudicator; cuius sententiæ si partes non consentiant, reducunt se ad arbitrium boni viri.

SECVNDA differentia, quia Arbitrator non tenetur ordinem iuris in exsecutione iustitiæ seruare, sed Arbiter tenetur. de quo in lib: societatis. § ra. arbitratorum. ff. pro socio. vide de hoc latiùs Spec. Sax: lib. i. § & Iasonem, de act: instit.

Iudex quas virtutes in se habere debet.

OMNIS Iudex has virtutes in se habere tenetur; timorem Dei, iustitiam, veritatem, prudentiam, discretionem, maturitatem, præmeditationem, modestiam, temperantiam, æqualem amorem quoad omnes homines, ac peritiam Iuris. Et iudicare debet sine festinatione, sine ira, sine odio, sine amore, sine fauore, sine timore, sine munerum acceptione. Nam cito violatur

auro

auro Iustitia ; & nullam reus pertimescit culpam, quam redimere numis existimat. xj. q. iij. c. cito.

Judices tenentur scire iura, & iudicare debent secundum allegata & probata.

Omnis Iudex etiam laicus, Iura scire tenetur ; & non aliter iudicare, nisi secundum ius scriptum, vel consuetudinarium ; & sententiam suam secundum naturam actionis ferre. Insti. de off. iud. § i. Et debet Iudex iudicare secundum allegata & probata in iudicio. ff. de off. præsidis l. illicitas. § veritas. & Inst. de acti. § si minus. Et non debet sequi suam notitiam, & scientiam, & conscientiam priuatam. etiam si contrariam habuerit conscientiæ informatæ ex actis ; quia illa scit non tanquam Iudex : sed tanquam Deus. vj. q. ij. si tantum &c. placuit. Deponere igitur Iudex debet conscientiam priuatam, & conformare se actis iudicialibus. Nam & Dominus omnia sciebat, neminem tamen voluit condemnari, nisi probationibus conuinceretur. ij. q. i. Deus omnipotens.

De impedimentis Judicis.

Tria prohibent esse aliquem Iudicem : Natura, Lex, & Sexus.

Natvra prohibetur furiosus, mente captus, lunaticus, cæcus, mutus, surdus, & minor viginti vnius annorum.

Lege, prohibetur esse Iudex, excommunicatus, proscriptus, iudæus, hæreticus, infidelis, seruus, illegitimè natus, & infamis. Dicit enim lex : Neque infamia notatis,

tatis, neque his quos ſcelus & vitæ turpido inquinat,& quos infamia ab honeſtorum ſegregat cœtu, dignitatis portæ patebunt. C. de dignit. li. ij. li. xij.

SEXV: Ne ſint Iudices, remouentur mulieres. Dicit enim Lex: Mulieres ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ ſunt, & ideo nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices exſiſtere. ff de reg. iur. l. feminæ. & iij. q. vij. c. j. Spec: Sax. lib. art: lv.

Judices Ordinarii in Ciuitatibus qui dicuntur.

IVDICES Ordinarij in ciuitatibus ſecundum iura Saxonum ſunt: Comites, Burgrabij, Proconſules, Conſules, Aduocati, Sculteti, Seniores artificũ, & Gograuij.

De Conſulibus.

IN Conſules, pro commodo ciuitatis eliguntur viri boni & ſapientes, ætatis maturæ, ad minus habentes annos viginti quinq; in ciuitate poſſeſſionati, bonæ famæ, Deum timentes, iuſtitiam & veritatem diligentes, mendacia & iniquitatem odio habentes, ſecreta celantes, in verbis & factis conſtantes, auaritiam deteſtantes, munera non ſectantes, temperati & modeſti, non bibuli, non bilingues, non adulatores, non ardeliones, non ſcurræ, non ſcortatores, iugo vxorum non ſubiecti, non vſurarij, non falſarij, non litigioſi, ſed concordes; quia concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur; qui iurant annis ſingulis, cùm de nouo eliguntur, honorem, profectum, vtilitatem, & ius ciuitatis cuſtodire, prout melius nouerint & poterint, cum conſilio & adiuuamine ſeniorum. Iure Mun. art. xliiij.

Officium

Officium Consulum.

OFFICIVM Consulum est, adminus semel in septimana, sed non Dominicis aut feriatis diebus in prætorium conuenire, commune bonum promouere & autorium conuenire, commune bonum promouere & augere, damnis Reipub. imminentibus occurrere, negotia de nouo emergentia componere, diiudicare, decidere & definire; quaslibet mensuras vacuas iudicare, super pondera iniusta, ac cuiuslibet cibi & potus falsa mercimonia animaduertere, dissensiones in ciuitate non admittere, pupillos, orphanos, & viduas, ab oppressoribus iniustitia protegere, ludos taxillorum & chartarum damnosos & indecoros, & quæuis illicita vetare & exstirpare. Et quicquid ibidem in prætorio in congregatione vel conuentu illo de scientia & consensu Seniorum populi conclusum fuerit, firmiter ab omnibus sub pœna constituta, obseruari debet. Iure munic. eod. art. xliiij. Quod enim maior & senior pars facit, alij seruare tenentur. Spec: Sax: lib: ij. artic. lv. Tenentur etiam Consules singulis annis, coram senioribus & potioribus de populo, rationem facere de cũctis perceptis prouentibus ciuitatis: vt in Sum. Ray & Iur: Mun. art. xliiij. Consules igitur nouiter electi iurant omnes vno iuramento, quilibet nomen suum exprimendo, digitis erectis ad sacra, hoc modo.

Forma iuramenti Consulum.

EGO A. B. C. iuro Deo omnipotenti, & Serenissimo Domino nostro Regi, ac toti communitati istius ciuitatis, fidelis fore, & Iusti-

& Iustitiam æquè omnibus tam diuitibus quàm pauperibus, tam vicinis quàm hospitibus ministrare & fortificare: iniustitiam deprimere. Iura, priuilegia, honorem ac communem vtilitatem ciuitatis custodire & augere, prout melius nouero & potero. Secreta ciuitatis non publicare verbo aut facto, dissensiones in ciuitate non admittere: orphanos & viduas pro posse meo defendere. Nec istud omittere volo caussa amoris, odij, timoris, munerum, vel alterius rei. Sic me Deus adiuuet & omnes Sancti.

In vulgari eorundem.

Ja A.B.C. przyśięgam Pánu Bogu wßechmogącemu, y naiáśnieyßemu Pánu náßemu Krolowi, y też wßytkiemu pospolstwu miástá tego, być wiernym, y spráwiedliwym rowniе wßytkim, ták bogátym iáko vbogim, sąśiádom y gośćiom czynić y mnożyć, á niespráwiedliwość tępić y

nißczyć, praw, przywileiow, poczesności y pospolitego pożytku miástá strzedz á mnożyć. y iáko nalepiey będę vmiał y mogł táiemnic mieyskich nikomu nie wziáwiáć słowem ábo vczynkiem, rostyrkow w mieście nie dopußczáć, sieroty wdow podług swey mocy bronić, á tego niechcę opuścić dla przyiáźni, mierźiączki, boiáźni, dárow, ábo inßey rzeczy, táko mi Bog pomoż y wßyscy Swięći.

Formula iuramenti Aduocati & Sculteti.

EGO N. iuro Deo omnipotenti, & Serenissimo Domino nostro Regi, & huic ciuitati, quia volo fidelis fore in Iudicio meo, & æqualiter iudicare, tam diuitem quàm pauperem, tam vicinum, quàm hospitem, & quòd orphanos & viduas, quæ iustitiã postulabunt defendere volo, prout meis quinque sensibus cognoscere & intellige-

telligere possum. Et hoc omittere nolo, propter amorem, iram, timorem, munera, vel aliam rem. Ita me Deus adiuuet & omnes Sancti.

In vulgari eiusdem.

Ja N. przyśięgam Pánu Bogu wszechmogącemu, y Krolowi, y temu miástu, iż chcę wiernym być ná sądzie moim, á sądźić iednákim obyczáiem, ták bogátego iáko vbogiego, táko sąśiádá iáko gośćiá, y też chcę śierot y wdow bronić, ktore pożądáią spráwiedliwośći, iáko w moich pięći smysłow vznáć y zrozumieć mogę, á tego opuśćić nie chcę dla miłośći, gniewu, boiáźni, dárow, y inszych rzeczy, ták mi Bog pomoż y wszyscy Swięći.

Formula iuramenti Scabinorum.

Ego N. iuro Deo, quia in iudicio ad quod

quod locatus sum, Iudici ciuitatis & omnibus hominibus tam pauperibus quàm diuitibus, tam hospitibus quàm ciuibus, volo rectum & iustum Ortilegium inuenire ac edicere, iuxta meliorem cognitionem & rationem meam, & sedem Scabinatus, secundum ius Maydeburgense, & priuilegia statutaq́; ciuitatis. Et hoc omittere nolo, propter amorem, timorē, iram, munera & aliam rem. Ita me Deus adiuuet & omnes Sancti.

In vulgari eorundem.

Ja N. przysięgam Bogu, iż w sądźie ná ktorym iest wysádzon Sędźiemu miástá y wszytkim ludźiom, ták vbogim iáko bogátym, ták gośćiom, iáko mieszczánom, chcę práwy y spráwiedliwy Ortel náydowáć, wyrzec y wydáwáć, według nalepszey bácznośći rozumu mego, y stolice przysiężniczey, podług práwá Máydeburskiego, y przywileiow y wiel-

kierzow mieyſkich. A tego niechcę opuśćić, dla miłośći, boiáźni, gniewu, y inſzych rzeczy. Táko mi Bog pomoż, y wſzyſcy Swięći.

De numero Scabinorum.

MAYDEBVRGI vndecim numero Scabini eliguntur. Qui quidem numerus Scabinorum, denotat numerum vndecim Diſcipulorum Saluatoris noſtri, excepto Iuda traditore: Scultetus verò duodecimus, qui & ſuperior eſt, repræſentat Saluatorem noſtrum, qui & caput Diſcipulorum fuit.

Hæc autem ſimilitudo Saxonibus, cùm ad fidem conuerſi ſunt, in memoriam fidei Chriſtianæ relicta eſt, quòd iudicio præſidentes Scabini vndecim numero eſſe debeant, & Scultetus duodecimus. In aliis autem ciuitatibus, non tanta requiritur iuris peritia, prout Maydeburgi, ad quam ex omnibus ciuitatibus prouocatur. Vnde & Maydeburgi ſi iudicium banniri debet, requiritur quòd ſeptem, vel ad minus ſex Scabini intereſſe debeant. In aliis autem ciuitatibus extra Maydeburgum, vbi Scabinorum ſenarius numerus haberi ſolitus nón eſt, pro Iudicio banniendo quatuor vel ad minus tres Scabini ſufficiunt, & id ſeruatur ex antiqua conſuetudine, quæ iam pro iure habetur. vt xij. diſtin. diuturni mores. Iure Mun. art. xvj. gloſ.

Formula iuramenti noui Ciuis, quod præſtatur in ſuſceptione Iuris Ciuilis.

Ego

Ego N. iuro Deo omnipotenti, quod volo fidelis, & obediens fore Consulatui istius ciuitatis, nunc & pro tempore futuro exsistenti, die ac nocte, quando me monuerint. Secreta communia, & præcipuè quæ sunt ciuitati vtilia nemini reuelare. Et qui esset contrarius Consulibus, & cōmuni bono & iustitiæ: talem non iuuare, sed deprimere & cōculcare, eumq; non celare: & ea omnia facere & implere, quæ pertinent ad vtilitatem & augmentum ciuitatis. Et si quis aliquid iniusti de Consulibus diceret, huic pro posse meo resistere volo. Vbi autem non possem defendere & resistere, tunc protestatione facta, promitto id Consulibus narrare. Ita me Deus adiuuet & omnes Sancti.

In vulgari eiusdem.

Ia N. przyśięgam Bogu wßechmogącemu, iź chcę być wierny y posłußny rádźie tego miástá, ten raz y ná przyßły czás będący, we dnie y w nocy, gdy mię nápomioną, táiemnic

 nic

nic poſpolitych, á náwięcey ktore ſą miáſtu pożyteczne, nikomu nie wziáwiáć. A ktoby ſię przećiwił Rádźcom y poſpolitemu dobremu, y ſpráwiedliwośći, tákiemu niechcę pomágáć, ále go poniżyć, y tego nie táić, y to wſzytko czynić y pełnić, co záleży ku pożytku y rozmnożeniu miáſtá. A ieſliby kto co nieſpráwiedliwego o Rádźcách mowił, temu według możnośći moiey chcę ſię ſprzećiwić, á gdźie nie będę mogł ſprzećiwić ſię y obronić, tedy oświádczywſzy obiecuię to Rádźcom powiedźieć. Tàko mi Bog pomoż y wſzyſcy Swięći.

Quid ſit Notarius.

NOTARIVS eſt perſona publica, ſacramento in Ciuitate adſtricta, ad conſcribendum & redigendum acta & rationes verbis planis & intelligibilibus in debitam formam. Dictum eſt, verbis planis & intelligibilibus. Cuius ratio eſt, quia claritas eſt amica legibus: obſcuritas autem eſt legibus inimica, vt in l. ita fide ff. de iure poſ.

TABEL-

TABELLIO, siue Tabellarius, siue Notarius, scribens illicitum instrumentum; perdit manum qua scripsit, c. imperialem. § scriba. de prohib. alien. per Fridericum.

Item, si falsificauerit Acta Ciuilia, vel scripserit falsum instrumentum immunitatis, efficitur infamis & periurus, puniturque pœna ignis. vt in lib: i. C. de mu. concess. l. x.

Item, Tabellio in fide scriptis adhibenda, æquipollet duabus personis. vt in c. quoniam contra falsam. de probat.

Sed in iure Saxonico Prouinciali, & Municipali Maydeburgensi, de publicis Notarijs & eorum instrumentis nulla est cura. Omnia enim scripta, corroborantur Sigillis Ciuitatum & Iudiciorum.

Formula iuramenti Notarij Ciuitatis.

EGO N. iuro Deo omnipotenti, dominis Consulibus, & toti communitati istius ciuitatis, in officio meo notariatus, ad quod electus sum, fidelis fore, & secreta consilia Ciuitatis, quæ ipse cognoscam, vel mihi creduntur, nemini publicabo, & id omittere nolo, ob amorem, timorem, odium, amicitiam, iram vel munera. Ita me Deus adiuuet, & omnes Sancti.

In vulgari eiuſdem.

Ja N. przyśięgam Bogu wſzech-mogącemu, pánom Rádzcom, y wſzytkiemu poſpolſtwu miáſtá tego, w vrzędźie moim piſárſkim, ná ktorym ieſt wybran, wiernym być, y táiemnych rad mieyſckich, ktore ſam poznam, ábo ktorych mi ſię zwierzą, nikomu nie obiáwiáć. A tego niechcę opuśćić dla miłośći, boiáźni, nienawiśći, przyiáźni, gniewu, y dárow, y inſzych rzeczy, táko mi Bog pomoż, y wſzyſcy Swięći.

Formula iuramenti ſeruorum Ciuitatis.

EGO N. iuro fidelis eſſe & obediens in omnibus negotijs vbicunque Ciuitati vel Conſulibus neceſſe fuerit, tamdiu quoad poſſum, & dum cognoſcam conſilium ſecretum, nemini publicabo. Et iſtud facere

non

non cessabo, caussa alicuius amoris, odij, amicitiæ, vel donorum. Sic me Deus adiuuet, & omnes Sancti.

In vulgari eorundem.

Ja N. przyśięgam wierny być y posłußny we wßystkich sprawách gdźiekolwiek miástu ábo Rádźcom potrzebá będźie, ták długo poki będę mogł, á gdy poznam rádę táiemną, żadnemu iey nie obiáwię, á tego nie przestánę czynić, dla miłośći, nienawiśći, przyiáźni ábo dárow, táko mi Bog pomoż, y wßyscy Swięći.

De Præcone.

PRÆCO, nuncius Dei nuncupatur, ex duplici caussa. Primò, quia ad officium electus, ad sacra Dei iurat. Secundò, ex eo, quia est exsecutor iudicij, in loco Dei, celebrati. vt xxiij. q. v. c. non solùm. & c. non est. Spe: Sax. art: iiij.

Testimoniam Præconis, vice stat duorum, vbi testimonium septem virorum agetur, id est, vbi septem testibus probanda venit caussa: secus est, si testibus duobus vel tribus, quia tunc duntaxat vnum testem valet. Spec: Sax. lib: i. art: viij. & art: xv. lib: iij. art: lvj.

Formula iuramenti Præconis seu Bidelli.

Ego N. iuro Deo omnipotenti, dominis Consulibus, Aduocato, totiq; communitati, tam diuiti quàm pauperi, tam ciui quàm hospiti, quia volo fieri fidelis in seruitio meo, vbi missus fuero; & illud omittere nolo propter amorem, nec propter timorem, nec propter munera, nec propter aliquam aliam caussam. Ita me Deus adiuuet, & omnes Sancti.

In vulgari eiusdem.

Ja N. przyśięgam Bogu wßechmogącemu, pánom Rádźcom, Woytowi, y wßystkiemu pospolstwu, ták bogátemu iáko vbogiemu, ták mieśćzáninowi iáko gośćiowi, iże chcę być wiernym w służbie moiey, gdźie będę posłan, á tego niechcę opuśćić dla miłośći, áni dla boiáźni, áni dla dárow,

dárow, áni dla ktorey inßey przyczyny. Táko mi Bog pomoż, y wßyscy Swięći.

De Actore.

ACTOR est, qui agit vel pulsat alium, rem aliquam ab ipso petens in iudicio. ff. de iudi. l. in tribus.

Officia Actoris.

Quatuor Officia Actoris Doctores dicunt esse.

PRIMVM, vt cum amicis (quorum in necessitatis articulo pauci reperiuntur) consulat, deliberetq; , an sibi agere expediat vel non.

SECVNDVM videat, num probare possit quod intendit, ij. q. viij. c. sciant. ff. de prob. § ei qui.

TERTIVM, vt præparet testes & aduocatos, & caueat ne decipiatur testium vel aduocatorũ fallaci promissione. vt i. q. iij. c. paulum. ex. de elec. c. statuimus. in fin. lib. vj.

QVARTVM, vt præmoneat prius in charitate eum, contra quem intendit agere. vt l. debitor. C. de pign.

Caussæ retractatoriæ litis.

Tres caussæ retrahunt á lite.

PRIMA, Euangelici consilij obseruatio Matt. 5. Vbi Christus dicit: Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & tecum in iudicio contendere, dimitte ei pallium. Et i. Corinth. vj. Apostolus: Si secularia iudicia habueritis,

eritis, peccatum eſt in vobis, & vos contemptibiles facietis.

SECVNDA. Quia cogitur Actor litem proſequi aduerſario inſtante. Hinc fit, vt induciæ deliberatoriæ ſibi non concedantur, quandoquidem ad hoc debuit ſe primò præparaſſe. iij. q. iij.

TERTIA. Quia litis euentus eſt dubius, prout & belli. ff. de pecu. l. quod debetur.

Actio quid ſit.

ACTIO nihil aliud eſt, quàm ius perſequendi in iudicio quod tibi debetur. vt Inſtit: de acti. circa princ.

Actionum diuiſio prima.

OMNIVM actionum quibus inter aliquod apud Iudices Arbitroſué de quacunque re quæritur, ſumma diuiſio in duo genera deducitur: Aut enim in rem ſunt aut in perſonam. In rem, quæ dicitur vendicatio. In perſonam, quæ conditio appellatur.

In rem actio eſt, per quam rem noſtram, quæ ab alio poſſidetur petimus: & ſemper aduerſus eum datur qui rem corporalem alienam poſſidet, vel dolo fecit quominus poſſideat. Inſtit. de action. § i.

In perſonam actio eſt, qua cum eo agimus, qui obligatus eſt nobis ad faciendnm aliquid vel dandum, & ſemper aduerſus eundem locum habet, & aduerſus eius. vt ff. de acti. l. actionum. § i.

Secunda diuiſio Actionum.

TRIPLEX eſt actio, Ciuilis, Criminalis, & Mixta.

ACTIO

ACTIO Ciuilis eſt, quando non agitur de crimine, ſed pro aliqua re temporali, puta occaſione feudi, debiti, damni illati, mutui, & ſimilibus. & dicitur Actio ciuilis ex eo, quia vterque tam Actor quam Reus, manent ciues in querela, & poſt querelam, in iure æque ſuo conſeruantur. Et in iſta actione terminus datur ad proximum ſequens iudicium per quindenam. vt Spec: Sax: lib: i. art: lxvij. & lxxvj. & lib. iij. art. ix.

ACTIO Criminalis eſt, quæ pœnam expetit in corpore, membro, cute & crinibus, vita, pro crimine, puta furto, præda, homicidio, & his ſimilibus. Et dicitur Criminalis, quia agitur de aliqua pœna aliquo crimine imponenda, & in iſta terminus aſſignatur ad tres quindenas. Spec: Sax: lib. i. art: lxvij. Iur. mun: art: xvij. & lxvj. Iure mun: art: xvij. & lxvij. gloſ.

ACTIO Mixta, quæ vtroq; modo & criminaliter & ciuiliter intentari poteſt, vt eſt actio pro iniuria. § Pœna, inſti. de iniur. glo. in verbo extraordi. § in ſumma. Inſtit. eodem can. in c. ex literis de conſt.

De Reo.

REVS eſt, aduerſus quem contenditur. Dicitur hîc Reus non á reatu, quod ſit nocens; ſed a re, gratia cuius ei actio intentatur. forus. de verb. ſign. circ. fin.

Actori excommunicato Reus non tenetur reſpondere.

SCIENDVM eſt, Actori excommunicato, tam in foro Eccleſiaſtico, quàm in foro ſæculari; Reus non tenetur in iudicio reſpondere. vt in c. decernimus. de ſent. excom. vbi dicitur decernimus, vt Iudices ſæculares

 lares

lares per censuram Ecclesiasticam ab Ecclesiasticis iudicibus, canonica monitione præmissa, repellere excommunicatos ab agendo, patrocinando ac testificando in suis curijs & iudicijs compellantur.

Reus tamen excommunicatus potest se defendere, sed conuenire non potest· c. cum inter priorem. de exceptione.

De Procuratore.

Procvrator, qui apud Saxones Ferendarius dicitur. Est qui aliena negotia mandato Domini administrat. Et potest esse Procurator omnium rerum, vel vnius duntaxat. Et constituitur præsens, vel per nuncium, vel per epistolam.

Et est vsus Procuratorum perquàm necessarius, vt qui rebus suis ipsi superesse non volunt, vel nō possunt; saltem per alios possent, vel agere vel conueniri.

Ordinati itaque sunt ad communem vtilitatem Iuri & Communitati in obsequium, vt tam Actor quàm Reus a damno præcustodiantur, quod minimè euitari possit, si Fereudarij non haberentur.

Ferendarii autem, Iuris milites appellantur. Sicut etenim miles bellicosus gladio communem defendit vtilitatem; ita Ferendarius industria sua iustitiam fortificat, iniustitiam verò deprimit. Status enim Reipublicæ nedum armis, verùm & legibus fortificatur. vt Instit. de Proem.

Honorificumque est Ferendariatus officium, quum & vnusquisque iure dignus Ferendarius esse potest. vt Spec. Sax. lib. i. art. lx.

Et dicitur Procurator pro parte Actoris; Defensor verò, ex parte Rei. De hoc ff. de procur. & defens. per totum.

Et qui Ferendarium impetrauit, manifestè coram iudicio

iudicio loqui non debet: interrogatus verò à iudice, si dictis sui Ferendarij consentiat, respondere cogitur, sic vel sic, vel ad colloquendum seu consultandum inducias poterit impetrare, aut sententiam increpare. vt Spec: Sax. lib: i. art: lxij. Ratio hujus: Quamdiu etenim principalis in dicta sui caussidici non cõsentit; immutare & retractare illa ante prolatam sententiam poterit. Spec: Sax. lib. iij. art. xiiij. Iure Mun. art. xlij. C. de errore aduocatorum. l. Errores.

Et scias, quum vnus aliquem in Ferendarium accipit, ille licitè pro suo principali in omnibus actionibus, tum etiam in ipsius defensionibus sine licentia iterata, pro eo referat ac edisserat, quæ necessariò edisserenda veniunt, & hoc quamdiu iure sibi alienatus non sit, vel vnus alium per liberam cessionem non derelinquat. vt Spec. Sax. lib. i. art. lxj.

Et est iudicis officium, prouidere de Ferendario pupillis, feminis, debilibus, & his, qui suæ mentis non sunt, & qui per potentiam opprimuntur, etiam non petentibus. vt Spec. Sax. lib. i. art. xlvj. & ff. de postu. li. i. § ait prætor. & ff. de offic. præto. l. ne quicquam. § aduocatos.

Et Procuratores necessariò habere debent: Principes, Barones, Magnificæ personæ, & Sacerdotes. & hoc ideo, quia sunt negotijs publicis occupati: vel propter suam dignitatem, vel ne præsentia sua deterreatur Iudex vel aduersarius: vel ne aliqua eis dehonestatio circa iudicium inferatur in stando vel sedendo. Item, pueri & mulieres. Spec. Sax. lib. iij. art. xxx. glos.

Et sunt quidam homines, qui de iure, nullo modo Ferendarios habere possunt, veluti sunt infames, ac iure priuati, & capite diminuti.

Item, qui Ortilegium, siue sententiam increpare volunt.

ITEM, qui duellum alicui inferunt, aut duellariter alloquuntur.

ITEM, Ferendario carere debet is,qui folus perfonaliter coram iudicio refpondet. vt Spe: Sax. lib.eo. & art.

Et Ferendarius qui dolofe in negotio agit principalis, ita quòd fe beneuolè conuincere admittit, vel conductus per vnum, documentisq; & defenfa illius refcitis, ad aduerfarium fe conferat, vel aduerfarij cauffam defendat, in damnum prioris domini; pœna illius eft pro his exceffibus, quòd infamis efficitur. vt C. de aduoc: diuer: iud: lib: ij. & ff. de præuari: l. fi is.

Formula conftitutionis Ferendarij.

IN eo iudicio N. conftituit & plenipotentem fecit, cum poteftate fubftituendi B. in omnibus & fingulis cauffis fuis, quas habet & habiturus eft contra quafcunque perfonas, ad agendum & defendendum in forma pleniffima mandati, & id folidauit.

Subftitutio Procuratoris.

IN eo iudicio B. plenipotens, N. principalis ad cauffas eiufdem cum poteftate fubftituendi cõftitutus, fubftituit & plenipotentem fecit G. ex parte præfati N. fui principalis, in omnibus & fingulis ipfius cauffis, contra quafcunque perfonas ad agendum & defendendum in forma pleniffima mandati, quod folidatum eft.

De Syndico.

SYNDICVS Græcè, defenfor vel Actor Latinè dicitur, &

tur, & est Procurator, qui nomine vniuersitatis, vel collegij, vel communitatis conuenitur, vel agit tam in iudicijs quàm extra.

De aliis quæ considerantur in Iudicio.

Præter personas in iudicio etiam considerantur hæc, Forum competens, Tempus, Locus, Caussa.

DE FORO COMPETENTI.

FORVM & forus differunt. Forum enim in neutro genere, significat territorium cuiuscunque Iudicis, in quo potest in facinorosos animaduertere. vt ff. de ver. sig. l. pupillus. § territorium. Sed Forus in masculino genere, inquit Isidorus cap. ij. lib. xv. Originum, est exercendarum litium locus: vel est locus, vbi Iudex pro tribunali sedet, à fando dictus, siue à Phoroneo Rege, qui primus Græcis leges dedit. c. forus. de ver. sig. Item forum dicitur, locus deputatus ad emendum & vendendum, nomen habens, ab efferendis rebus venalibus.

Regulare documentum

ACTOR, sequitur forum rei. Quilibet ergo Clericus, coram Ecclesiastico Iudice respondebit, Laicus sub Sæculari, Miles sub Magistro suo. C. de foro compet. l. in crimin. & l. vlt. Laicus enim de iure stricto, nó tenetur respondere, nisi coram Sæculari Iudice. Et si quis laicus laicum coram Ecclesiastico Iudice impetierit in caussis ibi de iure non tractandis, & ei damnum dederit, si is pro eo ciuiliter accusetur; Iudici ad mulctam & damnum

damnum, passo ad emendam & ad prioris Iudicij indemnitatis obseruatione condemnetur. vt Spe. Sax. li. iii. art. lxxxviij. Iure Mun. art. xxviij

Caussæ quæ pertinent ad spiritualem Judicem.

CAVSSÆ, in quibus iure etiam Maydeburgẽsi Sæcularis coram Spirituali Iudice respondere tenetur, sunt quinque.

PRIMA, occasione fidei vel hæresis, vt extra de senten. & re iudic. c. ad Apostolicæ. lib. vj.

SECVNDA, occasione pacis fractæ Ecclesiasticis vel Ecclesiæ, vel si deliquerit contra decem præcepta. vt Spec. Sax. lib. ij. art. xiij. & lib. i. art. liiij. & extra de foro compet. c. cùm sic.

TERTIA, occasione periurij. vt extra de iudic. c. nouit. & de foro compet. c. vlt.

QVARTA, caussæ matrimoniales. vt xxxv. q. vj. c. multorum.

QVINTA, occasione vsuræ. vt in dict. c. cùm sic de foro compet. & Spec. Sax. lib. iij. art. lxxvij. Iure Municip. artic. xxviij.

Pœna litigantis coram non suo Judice.

POENA illius qui trahit alium ad non suum Iudicem est, quòd Actor cadit à caussa sua.

POENA Rei litigantis coram non suo Iudice est, si feratur sententia, valet in odium sui. vt C. de iurisdict. omni. iudic. l. criminali. Iure Mun. art. xxviij.

Quo-

Quomodo quis sortitur forum?

Conuenitur homo multipliciter. Primò, ratione originis. Deinde ratione contractus. Postea ratione domicilij. Quartò, ratione delicti; vbi enim quis deliquit, ibi puniendus est cessante omni priuilegio. C. vbi sena. vel li: i. Quintò, vbi quis querulatur, ibidem etiam respondebit. vt Spec. Sax. i. art: lxj. & lib: iij. art: lxxxix. & iij. q. viij. cuius in agendo.

De tempore Judicij.

IVDEX debet bannire iudicium sedendo, manè iam orto Sole, sobriè, die non feriato, & tenetur præsiderē Iudicio vsque ad meridiem, vltra non. In ferijs autem iudiciū bannire non licet. vt in S. S. lib: ij. art: x. & xj.

DE FERIIS.

FERIÆ, vt inquit Festus Grammaticus, dicuntur à feriendis, id est mactandis victimis, quæ diebus festis offerebantur. Et à ferijs postea festi dies, Feriatici dicti sunt, hoc est in quibus feriæ celebrantur. Alij pro Feriaticis diebus, Feriatos legunt, apud Vlpian. lib: 2. ff. de ferijs.

Vel feriæ, secundum Azonem Bononiensem Iurisconsultum; dicuntur à foro, quasi foratoriæ, id est, extra forum. præbent enim immunitatē à foro Iudiciali.

Diuisio Feriarum.

FERIÆ sunt triplices, Solennes, Repentinæ & Rusticæ.

Solennes, quæ ad Dei cultum & honorẽ, & Sanctorum reuerentiam introductæ sunt, vt sunt festa ab Ecclesia instituta: Quatuor tempora, Aduentus, & cum hoc à Septuagesima vsque ad festa Paschæ: Rogationum, Pentecostes, & tres dies ante festum sancti Ioannis, & alia. vt de Con. distin: iiij. pronunciandum. & C. de fer. l. omnes.

Repentinæ feriæ dicuntur, quas solus Princeps vel Superior indicit, ob publicam congratulationem; puta ob diem natalis sui, vel suæ coronationis, vel quia duxit vxorem, vel quia contra hostes triumphauit. Dicuntur autem repentinæ, quia incertæ sunt, imò repentè & subitò indicuntur seu imperantur: vnde & Imperatiuæ quoque vocantur. C. eod. l. à nullo.

Rvsticæ sunt, quæ propter rem rusticam seu propter publicam vtilitatem conceduntur, vt pro messibus & vindemijs colligendis.

Ad quid feriæ sunt institutæ.

Feriæ, ad hoc sunt deputatæ, vt homines quiescant à litibus: & diuitijs, ac alijs rebus necessarijs sint intenti.

Quid in Feriis agi possit vel non.

IN Ferijs agi non debent ea, quæ ad contentiosam spectant iurisdictionem. puta nõ debet aliquid ad caussam vocari, nec caussa tractari, nec sẽtẽtia feri. Quod si fiat, non valet quod agitur. Potest tamen si necessitas vrgeat, & his diebus agi, vel si pietas suadeat. Necessitas

cessitas quidem, vt si res sit tempore vel morte peritura. ff. eo: l. i. ij. & iij. Pietas verò, si caussa sit debilium vel miserarum personarum. Quia in operibus misericordiæ, non est habenda distinctio. de con: distinct: v. c. nunquam.

Quibus Ferijs renunciari non poßit, vel poßit.

Sollennibvs Ferijs, in honorem Dei & Sanctorum indictis, & repentinis; renunciari non potest. Imò processus tunc habitus, non valet. extra eod. c. fin. ea. l. prope finem. Rusticis autem seu publicis, partes renunciare possunt, quia in eorum fauorem introductæ sunt. c. fin. de fer. Sed si non renuncietur sententia, non tenet. ff. eod. lib. i. & l. si feriatus.

Quando dies Feriatici vel Feriati incipiunt.

Ivre Ciuili, & more Romano, dies à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur. ff. eod. l. more Romano.

Ivre verò Canonico & secundum Romanam Ecclesiam, dies feriati inchoantur à vesperis primis, & terminantur ad vesperas secundas. vt de con: dist. iiij. c. pronunciandum. & extra de ferijs c. i. & ij.

Hebræi autem, & olim Athenienses, & nunc plerique Italiæ populi, diem naturalem, qui habet viginti quatuor horas, vt Philosophi dicunt: incipiunt ab occasu Solis, in alterum immediatè sequentem Solis occasum.

BABYLONII, PERSÆ, CHALDÆI, ab vno Solis ortu in alterum sequentem.

ASTRONOMI tam Græci quàm Arabes, dies quoscunque naturales auspicantur, à meridie vnius diei, in meridiem vsq; alterius diei immediatè sequentis. glos. in verbo Roma. ff. eo. l. aleg.

De loco Judicij.

LOCVS Iudicij eligendus est, vtrique parti securus, congruus & honestus, & notus omnibus, in quo ius sine incommodo litigantium reddi possit. ff. de arbit. l. si cum dies. § si arbiter. & sequen. & extra de confir. vti, cum dilecta. de appel. ex parte de testi. cum olim. Spe. Sax. lib. art. iix. & art. lxij.

De Caussa.

CAVSSA est materia & origo negotij nondum discussionis examine patefacta: quæ dũ præponitur caussa est: & ideo dicitur à casu, quia frequenter casualiter occurrit præter voluntatem hominis, dum discutitur Iudicium, dum finitur Iustitia, quasi Iuris status, ita processu temporis mutat nomen. forus de ver. sig.

Diuisio Caussæ.

DIVIDITVR Caussa, in caussam criminalem, quæ pro aliquo crimine, puta furtò, incendio, & alijs criminibus, quæ accusatum infamant, criminaliter intentatur. In caussam ciuilem, quæ pro debito & alijs rebus quæ non notant accusatum infamia, ciuiliter obijcitur. Et in caussam mixtam, quæ pro illatis iniurijs vtroque modo, & criminaliter & ciuiliter proponi solet. vide supra in secunda Diuisione Actionum.

De

De partibus Iudicij.

PARTES Iudicij ſubſtantiales dicuntur illæ, quæ non debeat prætermitti nec confundi in iudicio, alias Iudicium erit nullum, veluti ſunt: citatio, querelæ propoſitio, litis conteſtatio, concluſio, ſententiæ pronunciatio.

Aliæ ſunt de ſolennitate Iuris, quæ ad dierum reuerentiam vrgente neceſſitate, vel in partium fauorem introductæ ſunt, & quandoque remitti poſſunt, vt ſunt Dilationes, Exceptiones, Replicationes, & cæteræ huiuſmodi. de quo dic. vt in c. vltimo extra de ferijs.

DE CITATIONE.

CITATIO, eſt iuridica ad Iudicis conſpectum vocatio. Et eſt, principium ac fundamentum ordinis iudiciarij. Inſti: de pœ. temer. litig. § vlt. Eſt autem a iure primæuo introducta. Nam & Adam in Paradiſo prius vocatus fuit. c. paſtoral. de ſen. & re iudic. in cle.

Diuiſio Citationis.

CITATIO eſt triplex: Vocalis, Literalis, & Realis ſiue Violenta.

De vocali Citatione.

CITATIO Vocalis vel verbalis eſt, quæ fit viua voce, vel per Iudicem, quando videlicet ipſe ſolus partibus terminum aſſignat ad comparendum, vel procedendum: Vel per Præconem iuratum, quando ſcilicet

Iudex decernit, & Præconi iniungit, vt talem N. ex mandato suo citet, ad instantiam talis vel talis, & præcipiat, vt die tali, hora tali, coram iudicio Ciuili compareat, tali N. responsurus.

Modus Citationis Vocalis.

SI quis alium citare voluerit, modum infrascriptum vt obseruet necesse est. Iudicem enim primùm adire tenebitur, vt citationem admittat per se, vel per Præconem. Eundem tandem Iudex interroget, pro quo eum citare velit: declarabit, quòd pro debito, vel alia quauis re. Quæret tandem Iudex, an contra eum agere, seu iudicialiter procedere velit? respondet Actor, quòd sic, ex eo quia id, quod meum est, non restituit, nec componere pro his mecum vult. Admittet tandem Iudex citationem per Præconem, & consignabit vtrumque, tam Reum, quàm Actorem. Si autem interim cõcordauerint, venire debent, & Iudici regratiare declarando, quòd pro debito satisfecit, vel secum composuit: & tunc Iudex nullam acquirit mulctam, id est pœnam. Si autem citatus pro primo termino non comparuerit; Iudici, propter contumaciam, mulctam demerebitur, & Actor contra eum primum iudicialem terminum obtinebit, & citari debet pro secundo, & tertio termino. Et si non comparuerit, qualibet vice Iudici ob inobedientiam mulctam præstabit, & Actor contra eum secundum & tertium iudicialem terminum obtinebit, & in expensis iuris condemnabitur, quas soluere cogetur, antequam ad responsionem admittetur. Si verò in tertio iudicio contumax fuerit, decernetur sibi adhuc ex superabundanti pro quarto termino importatio legalis impedimenti. Quòd si citatus ad iudicium non importauerit proximum, extunc Actor ius contra eum per-

eum perducet, & debitum sibi adiudicabitur cum pignoratione. vt Spec. Sax. lib. art. iij. § j. & ij. & lib. iij. artic. xxxix.

Si verò conqueratur occasione bonorum, tribus vicibus, adiudicabitur Actori propter contumaciã intromissio in bona, & illa bona seruabit Actor annum, & diem integrum, antequam diuendat: post intromissionem verò infra annum & diem; potest debitor intromissioni contradicere, & proprium obtinere persoluto debito & iuris impensis. vt Spe. Sax. lib. i. art. lxx.

Qui autem in caussa, quæ mortem aut membri amissiontm infert, tribus edictis citatus non comparuerit: propter contumaciam, proscribetur. vt eodem lib: artic. lxvij.

Item, si alicui actio famosa & criminalis coram Iudice intentatur; concordia de consensu partiũ terminari non potest. Ratio: quia crimina vndecunque claruerint, punienda sunt. vt xxiij. quæst: iij. Ecce autem. Interest enim Reipub. ne crimina maneant impunita. vt ff. ad l. Aquil lib. ita vulneratus.

Vnde in actione criminali tria necessariò considerãda veniunt.

Primo, quod cautio fideiussoria post querelam ex vtroque, tam Actori quàm Reo, per iudicem exigi debet: & qui fideiussorem habere non potuerit, nec ibidem habet hæreditatem, illum iudiciaria potestas reseruet, si aliquem criminaliter accusat, vel ipse accusatur. vt Spec. Sax. lib. i. art: lxi. Et qui propter carentiam fideiussoriam in carcerem mittitur, per hoc iuri non derogat suo. ibid. glos. & Iure mun. art. xxvij.

Secundo, quia in huiusmodi actione procedi non potest in alieno iudicio, nisi vbi commissum est nefas, vel vbi domicilium habeat ille, contra quem agere quis vult. vt Spe Sax. lib. iij. art. xxv. & C. vbi de crim. agi opor. l. quæstionis.

TERTIO, quòd cùm ad Iudicem caussa delata est, transfigi, vel ad concordiam venire non potest: accipiat vero si quis pecuniam ex concordia huiusmodi, is reddetur infamis. vt Spe: Sax: lib: i. art. xxxviij. & C. ex qui. cau. ali. infa. iroga. l. non damnatos.

De literali Citatione.

CITATIO literalis est, quæ fit per literas Iudicis. Et citatio literalis continere debet, quis citat, & eius nomen, & cognomen, quem, & super quo, vbi, & ad quem diem, & ad cuius instantiam citat, & quod per se, vel per legitimum procuratorem, & idoneum, atque ad caussam sufficienter instructum comparet.

Et literali citatione sub sigillo Aduocati scripta, secundum priuilegia, plebiscita, & consuetudinem quarundam Ciuitatum, honoris gratia citantur per Præconem Consules ciuitatis, & Nobiles personæ extra ciuitatem manentes, bona tamen ciuilia possidentes: & scribitur hoc modo.

Formula Citationis.

NOBILIS vel Famate N. compareas peremptoriè coram officio nostro ciuili L. feria sexta proxima post conductum Paschæ, ad instantiam Famati D. tertium, vel quartum iudicium, iuxta eius arestum, super bonis vel rebus vestris factum admissurus, vel iuris strepitu contradicturus, & ad quæuis obijcienda responsurus. Datum L. Anno tali, die tali, sub sigillo Aduocati ciuilis ciuitatis L.

Quandoque Aduocatus ciuilis seu Iudex, confert facultatem citandi ministeriali terrestri iurato personas absentes bona ciuilia possidentes, sub hoc tenore verborum.

Alia

Alia formula Citationis.

N. P. Aduocatus iuratus ciuitatis C. significo tenore præsentium, vniuersis & singulis, quibus expedit, quia ad instigationem talis N. contuli, & præsentibus confero omnimodam facultatem, & auctoritatem, prouido A. ministeriali terrestri iurato, exhibitori præsentium, vt ipse præconis nomine personaliter accedendo, nobilem talem P. eundem citet, ad instantiam nominati N. qui sibi actionem coram iure nostro ciuili intentare proponit, occasione debiti, vel hæreditatis, hîc in ciuitate nostra sitæ, pro feria sexta post festum Epiphaniarum sibi terminum præfigens & assignans, vt hora, & loco iudicij consueti legitimè compareas, & ad quæuis obijcienda iure ciuili nostro responsurus: alioquin contumacia illius non obstante, ad id quod iuris fuerit procedetur. In cuius rei fidem, & testimonium, sigillum officij mei præsentibus est subimpressum. Datum. &c.

De Citatione violenta.

CITATIO violenta, quæ & Realis dicitur, est, cùm quis in persona propria capitur, & ad iudicium inuito ducitur.

De tempore & loco Citationis.

CITATIO debet fieri intra ortum, & occasum Solis. non in die feriato, vel festo. non in nocte, in domicilio citandi, vel alio loco congruo, & honesto, non in tem-

templo, non in cœmeterio, non in aula principis, non in nuptijs, non in tabernis publicis, non in balneis, nó in prostibulo.

Effectus Citationis.

Tres sunt effectus Citationis.

PRIMVS, quia facit litem pendere.

SECVNDVS, quia facit locum præuentioni, etiam post domicilij mutationem.

TERTIVS, quia post citationem exsecutam, aduersarius coram alio Iudice te conuenire non potest. vide glo. in c. quouiam contra in verb. citationes in proba.

DE CONTVMACIA.

CONTVMACIA, est erga Iudicem commissa inobedientia. Et dicitur commissa, quia semper licitis obediendum est. vt de tempore obed. c. ad aures in glo.

Quis Contumax?

CONTVMAX est, qui trinis edictis, & vno peremptorio citatus non venit; vel si venit, non obedit, vel sine licentia iudicis recedit.

Quot modis committatur Contumacia.

Contumacia multifariam committitur.

PRIMO, non veniendo.

SECVNDO, non respondendo.

TERTIO, recedendo sine licentia.

QVAR-

QVARTO, absentando.

QVINTO, latitando, ne citatio ad eũ peruenire possit.

SEXTO, impediendo, vel procurando per se, vel per alium, ne citari possit.

SEPTIMO, in non restituendo ad mandatũ Iudicis

OCTAVO, in non emendando delicto.

NONO, in non exhibendo. Vide practicam Andreæ Alciati. Et ibidem iura per eum allegata. & Spec. Sax. lib. i. art. lxx.

De pœnis Contumaciæ.

POENÆ pro contumacia sunt, mulctæ Iudici præstatio, expensarum satisfactio, pignoratio, in possessionem caussa rei seruandæ missio, proscriptio, & in iure Canonico excommunicatio, & ab officio, vel beneficio suspensio.

DE LEGALI IMpedimento.

LEGALE impedimentum dicitur, iusta absentiæ caussa, quæ à contumacia liberat.

Quot sunt Legalia impedimenta.

LEGALIS impedimenti quatuor sunt caussæ: captiuitas, infirmitas, peregrinatio extra fines terræ, & publica expeditio. Et in his quatuor, aliæ omnes legitimæ caussæ includuntur, quæ vnumquemque possunt excusare: sicut est, equi amissio, inundatio, negotiatio. &c.

Si igitur alicui aliqua prædictarum caussarum, quòd ad terminum iudicialem sibi præfixum venire non posset, euenerit: ipse pro eo damnum non sentit aliquale, dummodo legale impedimentum per nuncium, vt iuris est, importetur, & iuramento per nuncium confirmetur, vel per illum qui importari procurat, vel per solum, cùm venerit: & obtinebit vsque ad primum iudicialem terminum post caussæ cessationem inducias, vt Spec: Sax: lib: ij. art. vij. Iure Muu. art. xlvij.

DE COMPARITIONE in termino.

SI Actor non comparuerit in termino, iacturam facit, & termini illius, & expensarum, maximè reo comparente. Si verò Reus non compareat, & contempserit Iudicem, procedetur contra eum, vt supra.

Si verò vterque compareat, tam Reus, quàm Actor per se, vel per procuratorem, ante omnia faciant sibi iuridicas reformotiones iuxta iuris cursum.

Reformationes Iuridicæ, tam Actoris, quàm Rei.

IN eo iudicio N. Procurator, & nomine procuratorio talis Actoris, vel partis respondentis exaudita insinuatione beniuola, ac præcustoditis sibi suis documentis, testimonijs, ac rebus omnibus subsidiarijs, dicebat se indigere informationibus iuri suo necessarijs; quas ad querelam suam, vel ad responsionem suam habere debet: & quæsiuit in iure, an sibi huiusmodi reformationes sequi debeant, aut quid sit iuris? Sententiatum

tiatum eſt. Ex quo Procurator N. Actoris talis; vel partis reſpondentis, in tempore & hora, poſtulat ſibi reformationes in cauſſa ſua neceſſarias fieri, extunc illi reformationes huiuſmodi ſequi debent de forma iuris.

Et pro primo N. procurator Actoris, vel partis reſpondentis reformabit ſibi. Quod ſi cauſſam prædicti A. ſui principalis perducere non poſſit, vt ille per ſecundum, & item tertium procuratorem, vel ſolus per ſeipſum, ſaluo conſilio, & meliori ordine, eandem quotienſcunque opus fuerit continuare, ſubleuare, & ad effectum perducere valeat? quæſiuitque, an hoc ſibi cum domino ſuo principali ſequi debeat, vel quid ſit iuris? Sententiatum eſt. Id quod N. procurator Actoris, vel partis reſpondentis ſibi reformauit, iuxta curſum iuris ciuilis Theutonici Maydeburgenſis; hoc ſibi ſequi debet, tanquam parti actoreæ, vel reſpondenti, de forma iuris.

Secundo, N. procurator Actoris, vel partis reſpondentis reformauit ſibi tractus, recurſus, & dilationes, ad reproducendum pro probatione intentionis ſuæ, teſtimonium viuorum hominum, actaq; & literas Regales, reſidentis Conſulatus, iudicij banniti, tam iſtius, quàm alterius Regni, & dominij, regiſtra, chyrographos, ac alia omnia, & ſingula documenta ſibi, ſuæque cauſſæ, quouis modo, & quocunque tempore neceſſaria, opportuna: & cùm id in tempore & hora præcuſtodiat: quæſiuit, an hoc ſibi cum ſuo principali ſequi debeat, vel quid ſit iuris? Sententiatum eſt. Id quod N. procurator Actoris, vel partis reſpondentis ſibi reformat, iuxta curſum iuris ciuilis Theutonici Maydeburgenſis, hoc ſibi cum Domino ſuo ſequi debet tãquam parti actoreæ, vel reſpondenti de forma iuris.

Tertio N. procurator Actoris, vel partis reſpondentis reformabit ſibi, ſi quid grauius & difficilius in

& post propositionem audiret, an inducias, aliàs Frysti ad colloquendum & consultandum cum suo principali per quindenam habere debeat, & quæsiuit, an hoc sibi cum domino suo sequi debet, vel quid sit iuris? Sententiatum est. Id quod sibi N. procurator Actoris, vel rei, iuxta cursum iuris Ciuilis Theutonici Maydeburgensis reformat, & præcustodit hoc sibi cum suo domino sequi debet de forma iuris. Iur. Mun. art. xx. & xiij.

Et factis reformationibibus, pars respondens capitalem propositionem audiat, vel beniuolam insinuationem Actoris pro propositione suscipiat, & postulet ab eo varendæ præstationem.

DE VARENDA.

Varenda est euictio, vel cautio iuridica ab Actore, ad postulationẽ Rei ratione indemnitatis præstita.

Modus faciendi Varendam.

Ferendarivs citati, exaudita beniuola insinuatione, aut capitali querela: quærat his verbis in iure. Ex quo quidem iam beniuola insinuatio negotij proposita est, quam pars respondens iudicialiter exaudiuit, & pro capitali querela acceptauit: quæro, an Actor post querelam, actionis varendam sibi præstare, seu leuare debeat, vel quid sit iuris? Sententiabitur, quòd sic, de forma iuris. Vltra, pars respondens quæret, quãdo illam sibi præstare debet? Sententiabitur ad inquisitionem partis respondentis, quòd iudicio durante de forma iuris. Postea, Actor vel Procurator suus quæret, quo pacto varenda iudicialiter præstari debeat de forma iuris? Sententiabitur, quòd erecto pollice sursum, & manica inuoluto, dum tamen benè appareat de

forma iuris. Tandem Actor vel suus procurator, si ad id mandatum sufficiens habuerit, erecto pollice præstet varendam, & quærat, an benè iuridiceq; præstitit varendam, vel quid sit iuris? Sententiabitur. Ex quo pars aduersa huic varendæ nihil contradixit, extunc benè, & iuridicè varendam præstitit de forma iuris. Tandē procurator quæret, an tempus sit deponere varendam? Sententiabitur, quòd sic de forma iuris. Si verò Actor varendam pro primo, & secundo, & tertio non ritè præstiterit, cadet ab actione, in expensisque condemnabitur, & Iudici mulctam præstabit.

De vtilitate ac effectu Varendæ.

MVLTÆ in iure Saxonico inueniuntur vtilitates Varendæ.

PRIMA, quia Actor ante præstitionem varendæ, liberam habet facultatem emendandi, & meliorandi suam querelam, quam post præstationem huiusmodi varendæ non est habiturus: sicut si te accusauit pro violentia, non potest post modum te inculpare pro homicidio.

SECVNDA, quia Actor post varendæ præstationem, omissa documenta pro probanda intentione sua reproducere non potest, quæ sibi licitum fuit ante varendæ præstationem apportare.

TERTIA, quia post præstationem varendæ, Reum pro eadem caussa, alter nullus de cætero impetere potest, & Actor, qui præstat varendam, illum defendere cogitur, qui impetitur, & cui varendam præstiterat.

QVARTA, quia qui coram iudicio caussam inchoauerit, pro qua ipsum varendam præstare oporteat: si varenda iam facta postmodum alter superueniēs, caussam apud Iudicem proponat eandem, & qui prior egerit su-

rit superuenientem iure per sententiam amouere non poterit, eum caussam dimittere oportebit cum recompensa sui dimidia, aut carere manu dextra, cum qua varendam promittebat, & Iudici mulctam præstabit. Et hoc intellige in actione criminali.

QVINTA: quia varenda si promittatur, aut præstatur pro rebus hæreditarijs, aut expedirorijs, aut pro vtensilibus, seu mobilibus, & si in his varendam ratam non tenuerit, quia scilicet sibi per sententiam infringatur, promissor Iudici dare mulctam, & res illas cum emenda dimittere cogitur.

SEXTA: quia si te duellariter, seu per duellum alloquatur, & nonnisi duas conditiones expresserit, varandamque post modum faciat: ruet in sua caussa. quia omnes tres in duellari actione proponere tenetur. De varenda quæ dicta sunt, habentur in Spec: Sax. lib: i. art: lxii. & lib: ij. art: xv. & lib: iij. art: xiiij. & iure Munic: art: xxxv. & xlj.

DE DILATIONIBVS.

DILATIO est temporis in caussa prærogatio. Item, dilationes sunt induciæ, quæ dantur quandoque ad probationes faciendas.

Et est dilatio, quæ datur à iure, vel ab homine ad aliquid explicandum, Dicta dilatio, quia differt negotium. ff. de feri. & dila. circa finem.

Actori induciæ præparatoriæ non dantur.

SCIENDVM est, Actori dilationes præparatorias ad caussam

caussam non dari. nam ad hoc debuit se priùs præparare, vt eam rem inferret in iudicium, & publicam motionem, quæ munita sit testibus idoneis, vel instructa apertissimis documentis. Ideo etiam in iuxe Saxonico in primo termino, Iudicio vigente, factis reformationibus iuridicis, & præcustodita sibi capitali querela, cogitur Actor beniuolè negotium insinuare citato: quæ insinuatio, seu innotescentia capitalis propositionis, in vulgari dicitur Lunprunk: quam insinuationem pars respondens poterit, si velit, in instanti pro capitali querela acceptare, aut petere dilationes ad aliud Iudicium per quindenam, ad ordinandum & constituendum sibi Ferendarium. Quindena autem aduenientе; pars aduersa constituto Ferendario, & factis iuridicis reformationibus, audire debet capitalem querelam, quam pars actorea cum probationibus, & documentis necessarijs proponet, vel beniuolam insinuationem suscipere pro capitali querela tenebitur. post hoc Reus petat, vt supra dictum est ab Actore actionis varendam, quæ est ei post querelam per Actorem faciendа: postquam autem Actor varendam præstiterit, pars respondens nullas vlteriores dilationes habere poterit, sed in continenti iterum præcustoditis suis documentis, testimonijs, ac rebus omnibus subsidiarijs, ad querelam respondere tenebitur. In actionibus autem criminalibus nullæ dantur dilationes, sed citatus illico durante Iudicio cogitur ad querelam respondere. Si autem Reus citatus in ipso termino fuerit contumax, secundo & tertio denunciatus non comparens, victus in caussa condemnatur & proscribitur. Spe: Sax. lib. ij. art. iij & Iure Mun. art. xcj. glos.

DE

DE CAVTIONE.

SCIENDVM est, Varendam in iure Saxonico esse speciem cautionis. Et cautio, est generale nomen omnium securitatum, quoties quis securus redditur de eo, quod sibi promittitur.

Diuisio Cautionis.

CAVTIO diuiditur in Satisdationem, & Cautionem in speciali.

SATISDATIO dicitur cautio fideiussoria, vel pignoratitia, vel etiam iuratoria. Et satisdatio eo modo appellata est, quod satisfactio. Nam sicut satisfacere dicimur ei, cuius desiderium implemus: ita satisdare dicimur aduersario nostro, qui pro eo, quod à nobis petiit, ita sibi cauimus, vt eum hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus, vel pignoribns, vel iuramento.

CAVTIO in speciali, est nuda promissio, cùm aliquis fidem tantum habet de me, quod contentus sit nuda promissione mea. ff. qui sat. cog: per tot. Institu. de re diui. § vendite. & l. sancimus. C. de verb. sig.

Pars igitur respondens exaudita querela, potest petere cautionem fideiussoriam, vel iuratoriam, ab Actore præsertim non possessionato super reconueniendo; vel si apparuerit eum litem mouisse iniustè, de expensis soluendis, & nacta cautione varendam tamen ab Actore petat, vt supra dictum est.

Actor quoq; licitè expetet cautionem à Reo non possessionato, quod vsque ad finem litis permanebit, & de soluendo iudicato, & expensis. vt Spe: Sax: lib: i. art: xli. & lib: iij. art. xiij.

DE

DE QVERELA.

QVERELA dicitur, propositio verbalis, continens personam Iudicis, Actoris & Rei. Rem quæ petitur, & Caussam petendi, contra aduersarium necessario inferens & concludens.

Quid continere debet Querela?

Et continere in se debet querela hæc: personam Iudicis, personam Actoris, personam Rei, Res petitas, Intentionem, Caussam, & petitionem Actoris, & Conclusionem contra aduersarium.

Diuisio Querelæ.

QVERELA est duplex. Perennis & Transitoria.

PERENNIS seu perpetua est, quæ etiam ad hæredes deuoluitur.

TRANSITORIA, seu temporalis dicitur illa, quæ cum persona, contra quam querulatur, cessat: vt est querela pro iniuria, pro maleficio. Est enim certissima Iuris regula: Ex maleficiis pœnales actiones in hæredem Rei non competere. filius enim non portat iniquitatem patris, nec è contra. vt inst. de perpet. & de tẽp. actio. § hoc loco. & Spe: Sax: lib: 2. art. 17.

Secunda diuisio Querelæ.

QVERELA est triplex: Ciuilis, Criminalis, & Mixta, vt supra dictum est, in diuisione actionis & caussæ.

Formula Querelæ Ciuilis realis.

DOMINE Iudex faueas mihi loqui verba. Res. Faueo. Domine Iudex, ego propono conquerendo in iure contra N. quia domum meam in loco tali sitam, ad me iure successionis, & deuolutionis spectantē, & pertinentem, post obitum olim P. patris mei ab annis duobus detinuit & occupauit, prout detinet & occupat, fructusq; & pensiones, qui ex ea per huiusmodi tempus prouenerunt, percepit ac sibi retinuit, ac prouenientes percipit ac retinet: quam domum cum fructibus & pensionibus mihi hæredi liberam & vacuam dimittere recusauit, prout recusat. Quare peto prædictum N. per vestram definitiuam sententiam compellendum esse & condemnandum, & compellatis & condemnetis, vt huiusmodi domum mihi liberam & vacuam dimittat & restituat: fructusq; & pensiones, vt profertur perceptas, quas ad decem aureos pro singulis annis æstimo, ac litis expensas, quas ob hoc fieri contigerit, tradat & persoluat.

De Querela occasione bonorum hæreditariorum.

CONQVERATVR si quis super alium in municipio pro bonis hæreditariis: quòd bona illa sua vera hæreditas sit ex parente ad eum deuoluta: quodq; illa bona huiusmodi cum iniuria sibi detinet & vsurpat. Is verò contra quem querela proposita sit, comparet, & dicat iustò esse suum præsidium censuale, habereq, defensorem bo-

rem bo-

rem bonorum illorum, quo & possedit anno, & die, sine contradictione, & iusta allocutione ipsum oportet suum nominare euictorem, eundemq; statuere ad Iudicium determinatum proximum, & vt sic obtinebit bona illa censualia possessa, si, vt iuris est, per euictorē id probauerit; sed si in euictore defectum patiatur, Actor conseruat suam proprietatem in eiusdem bonis, vt iuris est. Quiuis enim homo suam innatam hæreditatem faciliùs conseruat, quàm alter emptam, aut obligatam, aut prædium censuale conseruari posset: cùm & impossibile est aliquem naturali defraudari portione. vt iure mu: art: lxix.

Forma Querelæ criminalis personalis.

DOMINE Iudex peto audiri verba, N. & ea intelligere; N. querulatur contra A. quia ipse veniens in municipium, in via libera pacem in eo fregit, eundem mutilauit, ac violentiam in eo patrauit, quam probare potest, sed & vita ac bonis eum spoliauit, & sibi tantùm accepit, quod duello dignum est, petitq; ius super eo decerni. Exinde violator pacis aduocetur per prçconē, pro primo, pro secundo, pro tertio, ex nomine eundē acclamādo pro qualibetq; vice querela renouetur, dicendo. Quòd N. conqueritur contra A. quia, municipiū veniens in via Regia, eundem bonis & vita spoliauit, violentiamq; in eo patrauit, quam & ostendere potest, & petit super eo ius decerni. Itidem faciat, & pro tertio. Post hæc tandem ostendere debet vulnera, & quærat per sententiam dare, si violatorem alibi vbicunq; locorum peruenerit, an eum detinere possit de

forma iuris? cùm ſibi hoc definitum ſit, petat pacem, quæ & decerni ſibi debet, vt iur : mun. art: 42.

DE EXCEPTIONE.

EXCEPTIO eſt actionis, vel intentionis excluſio. Sed Replicatio, eſt excluſio exceptionis. Item exceptio datur Reo: replicatio datur Actori. Dicta autem eſt exceptio, quaſi quædam excluſio, quæ interponi actioni cuiuſcunque rei ſolet, ad excludendũ id, quod in intentionem condemnationemué deductum eſt. Replicationes nihil aliud ſunt, quàm exceptiones, & à parte Actoris veniunt. Quæ quidem ideo neceſſariæ ſunt, vt exceptiones excludant: ſemper enim Replicatio idcirco obiicitur, vt Exceptionem oppugnet. Illud tenendum eſt, omnem Exceptionem, vel Replicationem excluſoriam eſſe. Exceptio Actorem excludit, replicatio Reum; ſed contra Replicationem, ſolet dari Duplicatio, & contra Duplicationem Triplicatio, & contra Triplicationem rurſus Quadruplicatio, & deinceps multiplicantur nomina, dum aut Reus aut Actor obiicit. ff. de excep. l. exceptio.

Diuiſio Exceptionis.

EXCEPTIO eſt triplex: Dilatoria, Peremptoria, & Anomala.

DILATORIA Exceptio eſt, quæ differt actionem, veluti procuratoria exceptio dilatoria eſt. Nam qui dicit non licere procuratorio nomine agi, non prorſus inficiatur litem, ſed perſonam euitat.

PEREMPTORIA Exceptio eſt, quæ probata totam deſtruit cauſſam: qualis eſt, doli mali, pacti de non petendo,

tendo, rei iudicatæ.Sicut si contra me quæreris pro detendo, rei iudicatæ.Sicut si contra me quæreris pro decem, ego vero dico quòd te deferente iuramentum super eo feci, & absolutus sum: destruo tibi in totum querelam.

Anomala Exceptio est, quæ semper locum habet ante & post litis contestationem: nec sequitur aliarum naturam, vt est exceptio excommunicationis. vt ff. de eo. l. exceptiones. & Spe: Sax. lib: 3. art: 32.

Exceptiones in iure Theutonico omnes simul & semel in vno & eodem termino iudiciario proponendæ sunt, vt nota in processu communi.

Exceptiones contra Actorem.

Contra Actorem excipitur, quòd est proscriptus, excommunicatus; infamis, pupillus, vel infans sine tutore, prodigus, cui scilicet bonis interdictum est, vel demens, vel surdus, vel mutus, vel fatuus, qui non possunt sine Curatore agere in Iudicio, mulier sine marito, vel quòd Actor spoliauit Reum aliqua re.

Exceptiones contra Procuratorem.

Contra Procuratorem opponitur, quòd sit excommunicatus, iure priuatus, mulier, minor annis 21. proscriptus, infamia notatus, miles, clericus, monachus, in magistratu est, surdus, furiosus, potentior, seruus, accusatus de capitali crimine, non habeat sufficiens mandatum, nec ostendit, & est coniuncta persona, quòd caussa sit criminalis, publica, vel priuata, in qua Procurator non interuenit in agendo vel defendendo.

Exceptiones contra Iudicem.

CONTRA Iudicem excipitur, quòd ſit ſuſpectus, proſcriptus, excommunicatus, ſeruus, periurus, aut aliâs infamis, mutus, ſurdus, impuber, perpetuò furioſus, à dignitate propter turpitudinem remotus, mulier, hæreticus, iudæus, inimicus, conſanguineus, à perſona aduerſarij, & quòd eſt odio, fauore, gratia, prece, precio, metu, promiſſione, vel iuſſu alicuius potentis deprauatus, quòd non habeat Deum præ oculis, nec procedat ſecundum vſum conſuetum cauſſarum, vel quòd apud eum ſit acceptio perſonarum, neque via Regia procedat.

Exceptiones contra Iuriſditionem.

CONTRA Iuriſditionem excipitur, quòd citatus non ſit de ſua iuriſditione, quòd ſit clericus, monachus, miles, nobilis, vel ſcholaris.

Exceptiones contra Mandatum.

CONTRA Mandatum, ſeu procuratorium, ſeu plenipotentium opponitur, quòd ſit inſufficiens, vel quòd ſit generale mandatum: cùm talis cauſſa eſt, in qua exigitur ſpeciale, quod ſe extẽdat ad vnum actum, non ad totam cauſſam: vel quòd mandatum ſolùm ſit ad agendum, non tamen ad defendendũ: vel quòd ſit mandatum reuocatum.

Exce-

Exceptiones contra Citationem.

CONTRA Citationem excipitur, quòd sit ad locum inhonestum, vel minus tutum, vt vbi est timor hostium, vel pestis, vel vbi sunt inimici, quòd facta sit in die feriato, vel festo, licet fiat ad diem non feriatum, quòd terminus præfigatur ad diem feriatum, siue festiuum, & solennem, quòd facta sit in balneo, templo, taberna.

Effectus Exceptionis.

EFFECTVS exceptionis est, si est dilatoria, vt per eam differatur Iudicium, vel euitetur persona Iudicis, vel Procuratoris. Peremptoria verò, vt per eam perimatur actio agentis, vel excludatur intentio eiusdem secundum Hostiensem : in sum : de exceptio. Quis sit effectus in princip. & Spe : Sax. lib: 3. art : 16.

DE LITIS CONTEstatione.

LITIS contestatio, est negotii principalis hinc inde apud Iudicem facta narratio. id est, vt Actor proponat intentionem, seu querelam suam, & Reus asserat, vel neget, vel exceptionem opponat & eam probet.

Et propriè Litis cõtestatio fit per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam.

Et dicitur Litis contestatio, quasi confirmatio, vel comprobatio, aut assertio litis.

Et per Litis contestationem, Iudicium accipit exordium, & sine ea processus est nullus. vt 3. q. 4. c. offeratur. &

tur. & extra de litis cont. per totum ti. & C. eo tit. per totum. & Spe : Sax. lib: 1. art : 42. & lib. 2. art: 2. & arti : 9. & lib. 3. art. xxx. & art. 90.

De effectibus Litis contestationis.

SVNT autem Litis contestationis effectus plures. Nam Lite contestata, Iudex non recusatur. Item interrumpitur quælibet præscriptio. Item post eam non potest reuocari mandatum Procuratoris. Item post eam nulla exceptio dilatoria obiicitur. Item post eam iuratur, & probationes recipiuntur, quod ante non fit regulariter. Item per eam omnis personalis actio perpetuatur. Item post eam clauditur via multis malitiis, & Reus Iudici subiicitur & obligatur.

DE RECONVENTIONE.

VBI quis aliquem conuenerit, ibi licitè etiam reconuenietur. vt Spe : Sax: lib: i. art. lxj.

RECONVENTIO fit apud quemlibet Iudicem, tam Ecclesiasticum, quam Sęcularem, apud quem, & coram quo fit conuentio principalis. iij. q. j. c. accusatores. § cuius in agendo. C. de sen. & interlo. om: iud. l. cúm Papinianus.

CONVENTIO & RECONVENTIO de Iure Canonico pari passu ambulant, & vna ac eadem sententia terminari debent. verum est, si pari passu proponantur ante litem contestatam, & post litem contest. antequam procedatur ad alios actus; alioquin secus: quia non tenetur Actor exspectare Reum: nec e cótra. De Iure vero Ciuili & Saxonico querela reconuen-

tiona-

tionalis tunc instituitur, cùm vnus querulatur contra alium, per Iudicemq; responsio sibi decernitur. Iste tandem quærat per sententiam decerni, ex quo quidẽ sibi respondere tenetur, an ille viceuersa ad proposita sese iustificare sibi non debeat? Et decernetur quòd sic. vt in al. l. cùm Papinianus. Cùm verò ab Actore absoluetur, eundem viceuersa pars respondens conueniat. vt in Spe: Sax. lib: i. art: lxj. & lib. iij. art: xij.

Vbi Reconuentio non poßit fieri?

RECONVENTIO non potest fieri in caussa criminali. Item in caussis spiritualibus, de quibus etiam laicus nō potest cognoscere, vt sunt caussæ Iuris patronatus, decimarum, matrimoniales, & hisce similes. Item in caussa depositi. Item pro feudo nemo conuenitur, nisi coram suo Domino. Item excommunicatus reconuenire non potest. Item personæ spirituales, vt sacerdotes, monachi, si coram Iure seculari actionem intentent, ibidem reconuenti etiam respondere non tenentur. vide bonam glos. cum alleg. iurium. in Spec. Sax. lib: i. art. lxj.

Regularia documenta.

PRIMVM. Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat. vt ff. de proba. l. ij. In qua lege duæ ponuntur regulæ. Prima: quòd affirmans debet probare. Secūda regula est: quod qui negat non teneatur probare.

SECVNDVM Documentum. Actore non probante id quod asseuerat: Reus etiam, si nihil præstiterit, absoluitur. l. qui accusare C. de eden. & de iure Saxonico pro-

eo probatio vbi defuerit iuramentum reo cedit & vt sic absoluetur. vt Spe : Sax : lib : i. ar : vj. & art:xv.glos.

DE PROBATIONIBVS.

PROBATIO est rei dubiæ in Iudicio legitimè facta declaratio. Et secundum Platonem dicitur a probè Aduerbio : facit enim probè, qui probat. Manifestum enim dubium vicit aduersarium, & euitat pœnam non probantium. Vel dicitur probatio, quasi propalatio, vel manifestatio eius, quod dubium est.

De speciebus Probationum.

PROBATIO fit multipliciter : aut per testes, aut per confessionem partium, aut per instrumenta literasque authenticas sigillatas, actaq; alicuius officii, aut per iuramentum, aut per euidentiam facti, aut per aspectum, & aliis modis.

DE TESTIBVS.

TESTIS est, qui testimonium perhibet veritati in Iudicio. Vel testis est, rei gestæ probator.

TESTES autem antiquitus Superstites dicebantur, eò quòd super statum caussæ proferebantur : nunc, ablata nominis parte per aphæresin, testes solùm vocãtur. c. forus. de ver : sig.

Et possunt adhiberi testes non solùm in criminalibus caussis, sed etiam in pecuniariis litibus.

Et est regula generalis. Quilibet potest esse testis, qui non prohibetur. ff. de teste. l. i.

Et cõsiderãtur septẽ in testibus, iuxta hoc distichon.

Ætas, Conditio, Sexus, Discretio, Fama,
Et Fortuna, Fides, in Testibus ista requires. glo. in l.iij.ff.eu. & in c. ij. extra eo.

ÆTAS. Minor annis quatuordecim, in ciuilibus caussis non admittitur ad testimonium. In criminali autem non potest quis reddere testimonium, minor annis viginti. ff. de test. l. in testimoniũ. iiij. q. iij. testes.

CONDITIO. Sj quis est cõditionis seruilis, non potest ferre testimoniũ. Sæpè enim seruus metu dominãtis supprimit veritatem. de ver. sig. c. forus. § testes.

SEXVS. Mulieres testimonium in iudicio dicendi, ius ex eo non habent. quia varium & mutabile semper Femina. de ver. sig. c. forus. §. vlt.

Testimonio etiam non possunt vinci mulieres & virgines. vt Spe: Sax. lib: i. art: xlvj.

DISCRETIO. Fatuis, furiosis, vel phreneticis interdicitur ex eo testimonium, quia non sentiunt.

FAMA. Infames & iure priuati, vt periuri, fures, latrones, prædones, Simoniaci, adulteri, fidefragi, qui cutem & crines redemerunt, qui vitam vel membrum redemerunt, qui per sententtam abiudicati, qui anno & die in præscriptione imperij iacent, & generaliter omnes, quos turpitudo vitæ coinquinat, à ferendo testimonio repelluntur. Ratio: quia infamibus omnes actus legitimi interdicti sunt, ergo & testimonium. ff. de testi. l. testium fides, & extra eo, licet ex quadam. Et illud hoc loco non est ignorandum, quòd criminosi iure ciuili propter crimen & peccatum non repellũtur à dicendo testimonio, tanquam infames, nisi priùs sint de crimine conuicti, & iudicialiter condemnati. ff. de testi. li. iij. § quibus. Iure autem Canonico repelluntur criminosi à testimonio, etiamsi non sint condemnati de crimine, dummodò probetur eorum crimen. de testi. super eo. de exce. denique.

FORTVNA. Vilis pauper, puta qui est lusor, vel meretricator, vel potator, non admittitur in testem. quia suspicio est de corruptione.

Et vbi

Et vbi fidelis diues, & pauper fidelis, honestæ & inculpatæ vitæ inducuntur: semper ponderosior est vox diuitis, & in dignitate constituti. Quia semper magis creditur diuitibus. ff. de testi. l. iij. & iiij. quia potentioribus pares esse non possumus. ff. de alie. in mu. caussa. l. iij.

FIDES. Infideles, vt iudæi, pagani, hæretici non possunt esse testes contra Christianos. c. iudæi. de testi.

Et si contingat Iudæum contra Christianum testificari velle: hoc facere debet cum duobus Christianis, & vno Iudæo. Christianus verò contra Iudæum testificari potest, cum vno Christiano & vno Iudæo. l. iij. art: ij. glo. in Spe: Sax.

Item testimonium domesticum, consanguineorum, affinium, inimicorum, & laicorum contra Clericos, in actione criminali, & è contra Iure Ciuili & Canonico, reprobatur. ff. de testi. lib: iulia. & seq. extra eo. c. personas. & c. in literis.

Item ex singulari priuilegio, inuiti testimonium dicere non coguntur, senes qui sunt maiores annis septuaginta, valetudinarii. id est, qui morbo detinentur, milites, vel illi, qui cum magistratu Reipub. caussa absunt, vel quibus venire non licet. ff. de test. l. inuiti.

De Testium productione.

INTER omnes species probationis, efficatior est quæ fit per testes, cùm fiat viua voce.

Si ergo alieno, in iure Saxonico decernatur probatio per testes: ille ad producendum eos tempus habebit, ter quindenas, hoc est, sex septimanas, vel incontinenti, si voluerit producantur. vt in Spe: Sax. l. i. art: lxij. Et iure munici. art: lxxv.

Si verò, ad terminum limitatum negligat testes inducere,

ducere; ab actione cadet,& Iudici mulctam soluet propter mendacium.quia dicebat testibus illud notum esse, cùm tamen non sit. vt Spe: Sax: lib: i. art: iiij.

Si autem aliquo legali & vero impedimento impeditus, pro termino præfixo id facere non potuit: præstito, vt iuris est, ad sacra iuramento: obtinebit quartum terminum ad inducendum testes.

Dilationes autem vlteriores ad producendum testes, iure Saxonico non dantur. Iure mu. art ; xxxij.

Qualiter sint testes producendi?

VOLENS producere testes, petat per Iudicem sibi decerni citationem, tam cōtra testes nominatos,quàm contra partem contra quam producuntur: & competentem terminum (intra quem produci debent)præfigi. Iudex autem, & citationem decernet, & terminū seu dilationem competentem intra quam producat quis suos testes, assignabit.

In termino tandem assignato,in præsentia partis aduersæ coram Iudicio eos producet & declarabit, quòd citati comparuerunt, & petet sibi per sententiam decerni. Ex quo quidem testes citati comparuerunt, an rotæ iudiciali seu loco immitti debeant?

Decernetur sibi. Ex quo testes sunt citati, extunc rotæ iudiciali immiti debent.

Vltrà quæret Actor an exaudiri debeant? Decernitur quòd sic. & præstito ad sacra iuramēto,de veritate pro vtraque parte dicenda examinabuntur. vt Spe. Sax. lib: iij. art :xix.

Formula Iuramenti Testium.

EGO N. iuro dicere totam veritatem in caussa, quæ verti-

vertitur inter A. & B. pro vtraque parte mihi cognitam, & hanc veritatem non celabo propter amicitiam, odium, munera. Sic me Deus adiuuet, & omnes Sancti.

De exhibitione Articulorum.

QVI testes producit, debet suam intentionem ex querela & petitione sua elicitam per articulos, per verba affirmatiua specificare, & in Iudicio dare in scriptis, super qua Iudex testes examinabit. Et in Iure Canonico illa scriptura, quandoque vocatur articuli, quandoque assertiones, quandoque intentio, quandoque capituli.

De Interrogatoriis.

INTERROGATORIA dicuntur, quæstiones quas pars contra quam testes inducuntur secretè dat Iudici; super negotij circumstantiis, vt inquirantur testes & interrogentur de hora, loco, tempore, si ex auditu, vel visu, negotium eis notum sit & alia plura, quæ longum enumerare esset. Nam & res sunt finitæ, nomina verò infinita. vt ff. de præscrip. ver. l. nam. Spe: Sax. lib: ij. art. xxij. glo.

De Testium examinatione.

IN Testium examinatione sic procedēdum est. postquam testes iurauerunt super articulis datis: secretè & singillatim eos Iudex examinabit, exemplo Danielis xiij. præmonitione ad testes facta, nempe quàm periculosum sit falsum testimonium dicere, & veritatem celare. Nam os quod mentitur, occidit animam. Quisquis

quis ergo iurat, verum loquatur. quia scriptum est: Testis fidelis, non mentietur. xxij. quæstio. v. iuraméti.

Et etiam eis exponendum est, quomodo falsidicus testis, tribus personis efficitur obnoxius.

PRIMÒ, Deo, cuius præsentiam contemnit, & ideò imponitur ei pœnitétia septem annorũ. vij. q. i. quinq;.

SECVNDÒ, Iudici, quem mentiendo fallit, & ideò fit infamis, & verberibus castigatur. xxij. q. si quis conuictus.

TERTIÒ. proximo suo innocenti, quem falso testimonio lædit, & ideò iuxta modum læsionis punitur. iij. q. ix. nihilominus.

Et tandem Iudex dicta cuiuslibet testis, singillatim de verbo ad verbũ, diligenter & cautissimè conscribat.

De publicatione attestationum.

TESTIBVS productis & examinatis, & dictis eorum, per Iudicem, vel Notarium in scripta redactis: pars producens testes, petat in præsentia partis aduersæ attestationes publicari.

Et si testes in testimonio concordant, ita quòd alter non contradicit alteri: contra dicta testium, exceptio locum non habebit.

Si autem vnus testis sibi ipsi contradicit, vel quia dicit sibi contraria, vel aduersa, vel varia, vel verum in vno, & falsum in alio, repellitur.

Item si duo testes inducuntur, & alter alteri contrarius est, neutri statur. Nam quilibet in dicto suo, singularis est.

Si plures pluribus contradicunt: vel inducuntur ab vna parte tantùm, aut ab vtraque. Siquidem ab eadem parte plures inducuntur & concordant, & negotii qualitas, & motus animi Iudicis, cum his conuenerit: sequen-

ſequenda ſunt eorum dicta, & ſecundum ea eſt pronũciandum. ff. de teſti. l. ob crimen. § fi. iiii. q. iij. C. Si teſtes. Sed ſi inuicem contradicant licet in pari numero: ſtatur eorum dictis, qui naturæ negotii conueniunt, & qui omni carent ſuſpicione.

Et formabit Iudex motum animi ſui ex argumentis & teſtibus, quæ cauſſæ aptiora conſpexerit. nec enim ad multitudinem teſtium ſemper inſpicere oportet: ſed ad ſinceram fidem eorum, ex codi. c. in noſtra. & c. veniens. & Alciat.

De numero Teſtium.

REGVLARE eſt, in qualibet cauſſa duos teſtes idoneos ſufficere, iuxta illud. In ore duorum vel trium teſtium, ſtat omne verbum. Matth: vij. c. veniens. i. & c. licet vniuerſis, de teſti. Et hoc eſt verum, niſi expreſſe dicatur in lege vel canone, plures in aliqua cauſſa eſſe neceſſarios. Nam in criminalibus cauſſis requirũtur ſeptem teſtes. Item in cauſſa mortuæ manus, IureSaxonico teſtimonium venit ad ſeptem viros. Speculo Saxonum lib: i. art: vj. & vii.

Vnius autem teſtimonio nulla cauſſa terminatur. quia vox vnius, vox nullius, vt in Prouerbio eſt xxxiij. q. ij. c. admonere. Iure tamen Canonico teſtimonium vnius valet in cauſſis, quæ damna aut impedimenta non ferunt: ſicut an Eccleſia ſit conſecrata, vel ſi vnus baptiſatus eſt. Item vnius teſtimoniũ valet, in paſtore ex pecore damnum inferente. vt Spe: Sax. l. ii. art: liiij.

Quando teſtes ſunt recipiendi.

REGVLARITER lite non conteſtata, non proceditur ad teſtium receptionem: & ſi ante recipiantur, non valet quod agitur.

Fal-

Fallit hoc in aliquot casibus, in quibus testes recipiuntur ante litis contestationem. Primò, vbi timetur de morte testis vel testium, vt quia sunt infirmi, vel senio confecti, vel præcincti sunt ad bella. Deinde si timetur de absentiã diuturna. & alii plures, quos vide apud Alciatum.

Exceptiones contra Testes.

Si quis obiecerit testi inhabilitatem, eandem in instanti probare tenetur. Spe: Sax: lib. i. art.lj.

Opponi autem contra testium personas possunt hæc. Quod sit monachus vel alius religiosus. Quòd sit seruus. Quòd sit inimicus vel cum inimicis habitet. Quòd sit conspirator vel coniurator. Quòd sit parens, qui non potest testari contra filium, vel pro eo: nec filius pro, vel contra patrem. Quòd fit familiaris & domesticus, id est, de domo Actoris. Quòd sit in iure suo passus detrimentum, hoc est, infamis per sententiam pro aliquo crimine declaratus, puta pro furto, rapina, adulterio manifesto, periurio, & huiusmodi. Quod sit remotus ab aliqua dignitate propter turpitudinem. Quòd sit excommunicatus. Quòd sit mulier, impubes, mutus, surdus, furiosus, socius criminis, siue in eodem crimine irretitus. Quòd non nouerit personas litigantium. Quòd amore, odio, commodo, vel timore deposuerit, & alia huiusmodi.

Sciendum est, qui excipit, non infamat. Cùm ergo exceptionem obiectam aliquis probare non poterit, & protestatus est coram Iudicio se eam ex necessitate, non animo iniuriandi aut diffamandi proposuisse, manet sine damno. Omissa autem tali protestatione, infamatus testis, contra eum actionem iniuriarum habebit, & tenebitur illi iuxta decretũ Iudicis adinteresse. vt notatur in processu cõmuni. F

Exceptiones contra dicta Testium.

CONTRA dicta testium opponitur. Quòd discordent, de loco, tempore, & personis. Quòd non perhibent testimonium de auditu & visu suo: sed tantùm de credulitate & non scientia. Quòd super alio deposuerunt, quàm super quo fuerunt interrogati & inducti. Quòd interrogati, non reddiderunt caussam sui dicti. Quòd sunt varii testes, & in suis dictis vacillantes. Quòd sint verbosi & quòd obscurè, vel quòd confusè dixerunt: quare non valet eorum testimonium, nisi iterum deponant, & dictum suum declarent, quod facere possunt.

DE CONFESSIONE.

CONFESSIO est certa & clara assertio, id est, responsio eius de quo queritur in Iure, coram legitimo Iudice facta.

Vel sic. Confessio est probationis releuatio, quia per confessionem aduersæ partis releuatur litigans ab onere probandi. Et ideò Confessio non est propriè probatio, sed probationis releuatio. quia vbi adest cõfessio, non est necessaria probatio. de hoc ff. de confes. eo. ti. & extra eodem ti. per tot.

Effectus Confessionis.

SVNT autem effectus Confessionis quatuor.

PRIMVS. Quòd in Iure confessus, pro conuicto habetur. C. de confes. l. vnica. & extra eo. c. ij. oportet au-

tet autem quòd Iudex sit proprius, & quòd pro tribunali sedeat. iij. q. iij. § præuaricator.

SECVNDVS, quia Iudicis nullę sunt partes in confessione, nisi in condemnãdo, vt pronũciet. ff. ad l. aquiliam. l. prouidetur. § fi.

TERTIVS, quia confitens, se sua quodammodo sententia damnat. ff. de confes. li:i. in fi. Iuxta illud: Ore tuo te iudico. art: xxi. distin. c. nunc autem.

QVARTVS, quia confessus cogitur debitum soluere, vel aliam rem reddere in tempore à lege dato, hoc est, de iure Saxonico intra quindenam. vt Spe: Sax. lib: ij. art. v. iur: mu: art: xxxiiij. & xcij.

Quando Confeßio non valet.

CONFESSIO facta à pupillo sine auctoritate Tutoris, nulla est ipso iure. Quia ipsò Iure, tutus est. cùm eius ætas quod videat, ignoret.

Item non valet confessio facta metu mortis vel tormentorum, nisi perseueraret in confessione.

Item non tenet pro se, sed contra se benè tenet & præiudicat.

Item non valet, si fiat coram non suo Iudice.

Itém non tenet, si fit èxtra Iudicium. Item non tenet, si facta sit à furioso. Item non tenet, si sit contra naturam.

Item non valet, si fiat per errorem facti, vnde reuocatur quandoque ante sententiam, errore probato.

Item non tenet, absente aduersario vel procuratore eius.

Item non tenet, si sit super re litigiosa, vel si fiant in lite, quæ non potest procedere. puta, inter patrem & filium, dominum & seruum.

Vel si impubes, vel genitalibus carens, & de adulterio ac-

terio accuſatus hoc confiteatur : non valet. quandoquidem hoc committere nequit.

Item ſi ſit à non domino, non obeſt domino. Vnde confeſſio procuratoris, tutoris, curatoris abſente domino non poteſt obeſſe.

Item ſi ſit ſuper eo, quod Ius non admittit, non tenet, vt quod Iudæus habeat Chriſtianum mancipium.

Item non valet, ſi ſit incerta. Debet enim eſſe certa, pura, & de certa re, vel quantitate.

Item non tenet, ſi ſit contra rem fauorabilem : vt ſi ingenuus ſe confiteatur ſeruum coram Iudice, non tamen in Iudicio liberalis cauſſæ.

DE INSTRVMENTIS.

INSTRVMENTVM eſt ſcriptura ad aſſertionem ſeu probationem alicuius rei facta. Dicitur autem Inſtrumentum, quod inſtruat mentem. Dicitur etiam & Documentum, quod doceat. Poteſt dici & Munimentum, quod muniat producentem contra aduerſarium. Poteſt item dici, probatio vocis mortuæ.

Quot modis accipitur inſtrumentum.

INSTRVMENTORVM nomine, largè ſumpto vocabulo, omnia ea accipienda ſunt, quibus cauſſa inſtrui poteſt. Et ideò tam teſtimonia quàm perſonæ inſtrumentorum loco habentur. ff. de fide inſtru. li: i.

Strictè autem accipitur pro ſcriptura quæ fit ad probationem alicuius rei in futurum facienda, vel pro ſcriptura ad memoriam alicuius rei confecta.

Inſtru-

Instrumenta quare inuenta?

INSTRVMENTA inuenta sunt ad faciliorem probationem. Fiunt enim scripturæ, vt quod actum est, per eas faciliùs probari poterit. l.contrahitur.ff.de pig.

Vocabula Instrumenti.

ET sunt tria vocabula principalis instrumenti, scilicet Originale, Authenticum, & Exemplar.

Item alia tria nomina inde extracta, scilicet Index, Exemplum, & Sumptum, & etiam memoria. C.de eden. aut. si quis in aliquo.

Diuisio Instrumenti.

INSTRVMENTVM est duplex, Publicum & Priuatum.

PVBLICVM seu authenticum, quod per manum publicam scriptum est; id est, per manum Notarii, qui est publica persona: vel quod sigillo authentico sigillatum est: vel quod auctoritate Iudicis exemplatum est. vel quod in Iudicio scriptum, est apud Acta publica: vel quod habet subscriptionem trium, (vel secundum Canones) duorum videntium testium, etiam si sit per priuatam manum scriptum: vel quod de archiuo publico producatur liber, scilicet, rationum vel alterius rei, & ei creditur si habebit publicum testimonium, scilicet si Iudex confiteatur, illud esse de archiuo productum, ext. de præscrip. c. ad audientiam in auth. de his qui ingredi: ad apel. § si vero. ff. de proba.l. vsus.

Et sciendum quòd omnis scriptura dicitur publica, cui de-

cui de publica vel speciali consuetudine ceu de Iure creditur. extra de fide instru. c. cùm dilectus.

INSTRVMENTVM PRIVATVM est, quod per priuatam manum confectum est, vt chirographum, & codex rationum mearum, vel tuarum.

Cui Scripturæ creditur?

REGVLARE est, quòd publicis instrumentis vel scripturis authenticis, fides habetur sine aliquo adminiculo. intellige hoc, si ibidem nihil falsi appareat. Vnde literæ, postquam ad Iudicium importantur, diligenter inspici & legi debent, si non sit aliquid abrasum inter lineas vel scriptum, & si aliqua litera in loco nociuo innouata non sit, quod posset suspicionem inducere, & ita reiicerentur. vt Spe: Sax: lib: ij. art: xlii. in glo. C. eo. l. sinceris.

Quando priuatæ scripturæ fides habetur?

QVANDO priuata scriptura inducitur contra eum, qui eam facit, nec ipse eam negat fecisse: ei statur. Si verò neget esse suam: de Iure Saxonico iurabit mettertius, quod sua non sit, nec sigillum suum, nec aliquando fuit, & sic euadet. vt Spe: Sax. lib: i. art: xv. in glos.

De Iure autem Canonico & Imperiali, conuincitur per testes, vel per comparationem literarum. C. de prob. l. instrumenta: alioquin si est scripta manu illius, contra quem agitur, facit fidem contra scribentem. Quòd si neget esse suam, recurritur ad comparationẽ litterarum. l. comparitiones. C. eodem. Ipse negans conde-

condemnatur in duplum; si probatur de manu sua cõfecta. in Aut.cont.qui propriam.C.de non mu; pec.

De Chirographo.

CHIROGRAPHVM dicitur, scriptura priuata manu cuiusque subscripta, quasi manuscriptum. Et conficitur in omnibus contractibus à duobus paciscentibus sub vna eademq; forma verborum, instar duarum chartarum, quæ postea per medium intercidantur & mutuò tradantur: Atque ob eam caussam literæ illæ dicuntur Intercisæ.

Diuisio Chirographi.

CHIROGRAPHVM complectitur in se, Apocham & Antapocham.

Apocha quid sit?

APOCHA dicitur chirographum Creditoris, in quo testatur se à debitore pecuniam accepisse.

Formula Apochæ.

EGO N. confiteor præsentibus, me recepisse Cracouiæ mutui debiti aureos hungaricos ducétos boni valoris & iusti ponderis in Actis Consularibus Leop. ad soluendum mihi pro festo Sancti Martini Episcopi Anno Domini, 1539. inscripti promissi & obligati, a prouido A. principali debitore, de qua plenaria & integra satisfactione & solutione ducentorum aureorum hungaricalium prædictorum, eundem B. quieto, libero & peni-

penitùs absoluo, cassans insuper, irritans & adnihilans præsenti chirographo, manu mea coram testibus infrascriptis confecto ac sigillo meo solito consignato, prædictam obligationem & inscriptionem, occasione huiusmodi debiti Leopoli coram Dominis Consulibus factam. Datum Cracouiæ. Anno, de quibus supra præsentibus, &c.

De Antapocha.

Antapocha autem, est chirographum quo debitor Apocham à Creditore accipiens, testatur Creditori se persoluisse tantùm. Et dicitur ἀνταποχὴ, quasi, viceuersa cautio ad Apocham Creditoris. Est enim inducta ad securitatem Creditoris. Qui enim alieno nomine possidet & pensionem soluit, vel Creditori suo vsuras repræsentauit: ille vtitur Antapocha. C. l. i. Plures apochas.

Formula Antapochæ.

Ego B. recognosco tenore præsentium, me Cracouiæ soluisse mutuo recepti debiti Creditori meo Domino N. ducentos aureos hungaricales boni valoris & iusti ponderis, in die S. Martini. Anno Domini, 1539. iuxta obligationem & inscriptionem Leopoli coram Dominis Consulibus factam. In cuius rei testimonium & fidem, hanc Antapocham, manu mea conscripsi, & sigillo meo consignaui.

DE SIGILLIS.

Sigillvm est notorium signum auro, vel plumbo, vel ceræ impressum, corroborans omne factum. Di-

Diuiſio Sigillorum.

SIGILLA ſunt duplicia, Authentica & non Authentica.

AVTHENTICA ſunt, quæ ſola per ſe literis appoſita confirmant omne factum. vt ſunt ſigilla Principum, Ciuitatis, Iudicum in cauſſis coram ipſorum Iudicio agitatis.

NON AVTHENTICA ſigilla dicuntur, quæ ſola per ſe appoſita ſine fideli teſtimonio, nihil perpetuum poſſunt confirmare. vt ſunt ſigilla priuatarum perſonarũ.

Quot modis derogatur Sigillis?

SIGILLIS derogatur tribus modis. Primò, ſi ſuperſcriptio illius eſt omnino abolita. Secundò, ſi ſigillum eſt inciſum, vel notabiliter fractum. Tertiò, ſi ſignum ſigilli eſt incognitum. Spe: Sax. lib: i. art: xlij. glo. & ſumma Ray.

DE IVREIVRANDO. ſiue Iuramento.

IVSIVRANDVM, eſt affirmatio vel negatio, adhibita religione.

Comites Iuramenti.

OMNE iuramentum debet habere tres comites, ſcilicet Veritatem, Iudicium, & Iuſtitiam. Sic enim dicit Propheta Hier: Et iurabunt, viuit Dominus, in veritate, iudicio, & iuſtitia. vt de iureiuran. c. & ſi Chri-

ſtus. ver. Iacobus 23. q. 2. c. Animaduertendũ. & 22. q. 1.

Et iurabunt in veritate, ſcilicet ſecundum conſcientiam, vt ſicut gerit in corde, ita exprimat in ore.

Et iurabunt in iudicio, ſcilicet vt fiat cum diſcretione animi, & deliberatione. Et ideò furioſi non poſſunt iurare, nec pupilli proximi infantiæ. ff. de arbi: l. diem proferre. § coram. & de ſuc. ab inteſta. c. vlti. cum ſimilibus.

Et iurabunt in iuſtitia, vt ſcilicet id quod iuratur ſit iuſtum, licitum & honeſtum, aliâs periurium erit & temerarium iuramentum. vt de iureiuran. quinta vallis 17. q. vltima, c. vlti. & 13. q. 2. Si quis. cum ſimilibus.

Iusiurandum, introducendum eſt ad lites dirimendas.

RELIGIO Iuſiurandi continet maximum remedium expediendarum litium, quo vel ex pactione ipſorum litigatorum, vel ex auctoritate Iudicis, decidentur controuerſiæ.

Et continet Iuſiurandum ſpeciem tranſactionis, maioremq́; habet auctoritatem, quam res iudicata. ff. eo. lib: 1. & 2.

Diuiſio Iuramenti.

REPERITVR multiplex Iuramentum, in Corpore Iuris. Eſt enim Voluntariũ, Neceſſarium, & Iudiciale.

IVRAMENTVM Voluntariũ, quod pars parti extra Iudicium præbet. ideò ſic dictũ, quòd ex volũtate defertur, & ex volũtate ſuſcipitur, & delatũ vel relatũ volũtariè ſuſcipitur, vel recuſatur. ff. de iuran. l. Iuſiurandum.

IVRAMENTVM Neceſſarium, quod ipſe Iudex defert

fert, & etiam compellit ad iurandum, & nemo poteſt recuſare nec deferre, niſi prætendatur iuſta cauſſa recuſationis. C.eo. l. generaliter. § ſui autem.

IVRAMENTVM Iudiciale, quod pars parti in iudicio defert Iudice approbante & confortante. Dictum à Iudicio. Iſtud non eſt neceſſarium ſubire, imò poteſt recuſari. C. eo. l. delato. Et iſta iuramenta dicuntur de veritate.

Effectus Iuramenti.

EST ergo effectus Iuramenti, vt dato Iureiurando, nihil aliud quæratur, quam an iuratum ſit, remiſſa quæſtione, an debeatur? quaſi ſatis probatũ ſit iureiurando.

Eſt & manifeſte turpitudinis & confeſſionis, nolle iurare, nec Iuramentum referre. l. Iuſiuran. ff. de iureiuran. & l. proprietas. C. de prob. & Spe: Sax. lib: i. artic. 18.

Juramentum iuxta querelam fieri debet.

IVRAMENTVM fieri debet, ſecundum id quod querulatum ſit, ſi ille in Iure ſuo perfectus eſſe vult. Vt ſi pro hæreditate inculpatur quis: iurabit, quòd hæreditatem pro qua accuſatus ſum habeo ab iſto vel iſto, (nomen exprimendo vẽditoris) emptam vel donatam: vel ex ſucceſſione patris legitimè nactam, vel iudicialiter coram Iudicio & Scabinis (qui poſt donationem factam, iam mortui ſunt) acquiſitam. Sic me Deus adiuuet & omnes Sancti.

Juramentum Teſtium quo pacto fieri debet?

IVRA-

IVRAMENTVM etiam testium, qui alterius iuramentum confirmare volunt, hoc pacto fieri debet.

IVRAMENTVM quod P. peregit ratione donationis, est iustum & sincerum. Ita me Deus adiuuet, & omnes Sancti. Vel sic:

DONATIO, quam P. iuramento confirmauit suo: est iuste & legitimè facta. Ita me Deus adiuuet & omnes Sancti.

IVRAMENTVM autem occasione obiecti homicidii hoc pacto fit.

Quemadmodum mihi obiicitur per P. quòd amicũ vel fratrem eius occidissem vel vulnerassem: istius facti innocens sum. Sic me Deus adiuuet, & omnes Sãcti.

Illi verò qui iuramentum eius confirmabũt sic dicẽt.

IVRAMENTVM quod N. fecit pro homicidio sibi obiecto, est iustum & sincerũ. Ita me Deus adiuuet, &c.

IVRAMENTVM præterea illorũ quibus obiicitur, quòd conscii sint facti, aut mortis, hoc modo fit.

Secundum quod mihi obiicitur, quòd consilio auxilioué adessem, consciusq; sim homicidii ipsius, innocens sum. Sic me Deus adiuuet. &c.

Illi verò qui cum eo iurant, sic pronunciabunt.

IVRAMENTVM quod N. fecit, quòd conscius non sit facti: est iustum & sincerum. &c.

Et eo modo contra omnes querelas mutatis mutandis, Iuramentum exsequi debet.

Si quis igitur sacramentum Iuramenti pro debito, vel pro alia quacunque re, coram Iudicio promissum vel decretum, tempore determinato non exsoluerit expleueritq;: talis indebitè, vel in re illa pro qua impetitur, & in pœna Iudici præstanda condemnatur; nisi legali impedimento se defendat.

Si verò Reus paratus sit ad iurandum tempore & loco statuto, & Actor iuramentum respuerit, aut præsens

ſens non fuerit: Reus liber decernetur eſſe à ſacramento & debito, vel à re, pro qua impetitur. vt Spec: Sax: lib. ij. art: xj.

Si verò in termino limitato vterque comparuerit, tam Actor quàm Rèus: Ferendarius illius qui iuramétum facere debet, dicet ſic.

Domine Iudex iuxta exigentiam termini hodierni hîc præſens aſtat N. & poſtulat formam iuramenti ſibi decreti declarari, quæritq; in Iure, an id fieri debeat? Decernetur, quòd ſic.

Vltrà Ferendarius quærat, an ſibi præcuſtodiri admittantur, ea omnia quæ circa huiuſmodi actum, præcuſtodienda veniunt, præſertim ſi iuramentum iuxta iuris curſum peragere non valeat pro primo, quoties ſe releuare debeat? Decernetur. Si iuratura eſt mulier: quoties illi opus fuerit. Si verò vir: admittetur ſibi iteratio, bis poſt primum. Et ſi pro ſecundo, & item pro tertio iuramentum non expleuerit: peramplius dicta ſua meliorare minimè poteſt, ſed & pro ſingulis iuramenti reiterationibus Iudicii mulctam ſoluet ſi coram Burgrabio actum ſit, ſexaginta ſolidos; coram Aduocato verò, octo ſolidos.

Quæret vltra Procurator: quomodo ad ſacra accedere debeat? Decernetur, flexis genibus.

Quæret vltrà, an iam tempus ſit digitos ad ſacra reponere? Decernetur, quòd ſic.

Et non eſt ignorandum hoc loco. Si vir iuramentum coram Iudicio præſtare debet licitè, & ſine pœna, digitos ſupra apponere & deponere ſuper crucem poterit abſque licentiæ Iudicis, & per illud nihil admittit, nec Iudici quidquam dare cogitur. Iu: Mun. art: 99.

Quæret vltra Ferendarius. An tempus ſit Iuramentum decernere, pronunciari, & exſequi? Sententiabitur. quòd ſic.

Et hîc nota, quòd Procurator iuraturi, aut aliquis alius licitè & sine pœna potest intercedere, vt Iuramétum suo principali dimittatur, & si dimissum sit de cōsensu Iudicis, absoluitur à re inculpata, & Iuramenti denarium, hoc est, Iudicis mulctam ex iuraméto prouenientem, nullus dare cogitur.

Si verò dimissum sit Iuramentum sine consensu Iudicis, quia fortè Iudex dixit, dimittas iuramentum saluo iure meo, absoluitur accusatus à re inculpata cum mulcta Iudicis. vt C. de modo mulctarum per totum. & Iure Municip. alleg. art: 98.

Si verò Iuramentum dimittere noluerit, tenebitur illud explere, prout Scabini decreuerint. Quod videlicet facti pro quo inculpatus est per N. innocens sit, vel quòd non tenetur debitum, vel quòd soluit rem, vt forma Iuramenti sonat. Ita me Deus adiuuet, & eius Sancti.

Expleto autem ritè & iuridicè iuramento. Procurator quærat in Iure: An Iuramentum legitimè & iuxta Iuris cursum expletum sit? Sententiabitur. quòd legitimè & iuxta Iuris cursum expletum sit, de forma iuris.

Vltrà quærat, an digitos de sacris deponere tempus sit? Decernetur, quòd sic.

Quæret tandem, an tempus sit assurgere? Decernetur, quòd sic.

Vltrà quærat: An à caussa pro qua inculpatus fuerat liber sit, & an quicquam contrarii in eadem caussa pati debeat? Decernetur. Ex quo quidem inculpatus erat pro re tali, ille verò in responsione allegabat, nihil sibi teneri, propter quod iuramentum sibi adiudicatū iuris ordine peregit; ideò liber esse debet à caussa huiusmodi, nihilq; contrarii pati debet in eo, quod tangit caussam prædictam de forma iuris. vt in communi processu.

Proba-

Probatio contra iuramentum non admittitur.

SCIENDVM est in iure Saxonico, cùm vnus defert Iuramentum alteri: non potest vlterius contra eum agere, in illa caussa, si iurauerit. Ratio, quia iuramento liber euasit.

Sed nec poterit Actor contra eum super periurio procedere. nec enim sibi istud competit, sed Deo omnipotenti committendum est negotium. Istud enim est Ius speciale & Priuilegiatum Saxonum, quòd quicquid Saxo in Iudicio non fecerit, si sacramentaliter negare voluerit: hoc quidem facere potest, conuincibili probatione aliqua non obstante. In Spe: Sax: lib: 1: art: 18. & lib: 2. art: 34.

Cōtra quas iniuriarum querelas, quis iuramēto absolui nō potest?

OMNES iniuriæ & querelæ vbi probatio habetur, coramq; Iudicio cum clamore inchoatæ sunt: pro illis iurare non poterit. Sed si nulla probatio sit, extunc citiùs vnus iure se expurgabit, quam quis eum conuincere possit. Iure Municip. art: 40.

Principalis non Plenipotens iurat.

IVRAMENTVM adiudicatum Plenipotenti, Principalis illud explere tenetur, non Plenipotens. vt in S.S. lib: 2. a rt 2.

Item, vbi iuramentum mulieribus decernitur: non tutor sed persona principalis iuret. negatiua tamen præsens fieri debet per tutorem. vt S.S. lib: 1. art: 46.

De iuramento Iudæorum.

IVDÆI Iurameutum facere debent, secundum aliquos: modo infra scripto.

Prout mihi N. culpam dat, quòd sibi iniuriatus sim: huiusmodi accusationis innocens sum. Ita me Deus adiuuet, qui cœlum, terram, gramina & omnes res creauit, meamq; Iudaicam legem statuit. & vt sic, proficit in Iure suo.

Alij verò in iuramentis Iudæorum hunc obseruant modum qui sequitur. Et dicunt quòd iuramentum Iudæi facere debent super libro Mosi, ante Synagogam tenendo catenam, qua Synagogæ ostium attrahitur ad occludendum, & quòd nudipes stet, pronunciabiturq; sibi Iuramentum hisce verbis.

Prout tibi culpam N. dat, quòd tu innocens facti es: sic te Deus adiuuet. Et si iniustè iuras: quòd te Deus confundat, qui cœlum & terram creauit, aërem & gramina. Et si iniustus es: quòd te Deus perdat, qui in Arca octo homines tempore diluuii enutriuit. Quòd si falsus in iuramento sis, vt te Deus perdat, qui Ciuitates quinque, Sodomam, Gomorrham, &c. igne infernali combussit: quodq; te Deus confundat, qui cum Mose ex rubo igneo locutus est. Et si iniustus es, quòd te Deus perdat, qui Mosi legem tradidit, ac digitis propriis in tabulis lapideis eandem conscripsit. Et si iniustè iuras, quòd te Deus perdat, qui Pharaonem in mari rubro contriuit, & Iudæos liberè ad terram fluentem melle & lacte transduxit. Et si iniustè Iuramentũ profers, quòd te Deus confundat, qui Iudæos quadra-

ginta annis in deserto manna pauit. Quodq; Deus te perdat, ad infernumq; transmittat cum corpore & anima. Iure Municip. art: vltimo.

Iudæis quatuor potissimùm interdicuntur.

NOTANDVM præterea, quòd Iudæis quatuor præcipue interdicuntur, à quibus abstinere eos oportet.

PRIMÒ, quòd nullus Christianus cum eis manducare audeat, nec è contrà. vt 29. q. 1. c. Omnes. Nec eis famulari. vt extra de Iudæis, c. Iudæi, 1. & 2. Cum paganis quidem munducare Christianis permittitur. vt 11. q. 3. c. Ad mensam.

SECVNDÒ, quòd nullum officium publicum habere debent, in quo Christianis præessent. vt 54. dist. c. Nulla.

TERTIÒ, Medicinæ ab eis non accipiantur. vt 28. q. 1. c. Nullus.

QVARTÒ, quòd diebus Parasceues exire non audeāt, nec fenestras apertas habeant. vt extra. deinde. c. Quia super his. & C. de Iudæis, & cælicolis. l. Nullus Iudæi.

Præterea nullum Christianum in seruitorem habere debent. vt extra de Iudæis. c. Multorum, &c. Ad hæc, nec scholas seu synagogas nouas construere. vt extra eo: ti. c. Consuluit.

DE PVRGATIONE.

PVRGATIO, est de obiecto crimine, innocentiæ ostensio.

Diuisio Purgationis.

Est autem purgatio duplex. Canonica & Vulgaris.

CANONICA, quæ fit per Iuramentum, & hæc approbatur.

VVLGARIS, quam vulgus diabolico instinctu inuenit. hæc olim fiebat per ferrum candens, duellum, aquam bullientem, in quam nudi mittebantur, &c. Sed hæc iam reprobata, prohibitaq; est, ex tribus caussis.

PRIMA, quia inuenta est diabolico instinctu & inuidia fabricante.

SECVNDA, quia Deus in ea tentari videtur.

TERTIA, quia per eam sæpè innocens condemnatur.

De forma Purgationis.

FORMA purgationis hæc est, vt infamatus iuret se immunem esse crimine super quo infamatur. Et Compurgatores iurabunt, se credere, verè illum iurasse.

De numero Compurgatorum.

NVMERVS Compurgatorum de Iure Canonico arbitrarius est, inspecta personæ qualitate, & infamiæ quantitate. De Iure autem Saxonico in criminalibus fit, cum septima manu.

DE SENTENTIÆ PRONUNCIATIONE.

LITE contestata, confessionibus, probationibus, allega-

legationibus auditis, omnibusq; caussæ meritis diligenter inuestigatis, die non feriato, ante meridiem, Iudiciario ordine seruato, partibus præsentibus, vel per contumaciam vna absente, & in summa, iuxta proposita & responsa partium, ferenda est sententia. vt in Spe: Sax. lib: 1. art: 42.

Sententia quid sit?

SENTENTIA seu Ortilegium, non est aliud nisi decretum & decisio, quam Iudex in Iudicio facit, per quam vnum absoluit, & alium condemnat. vt ff. de re iud: lib. 1. & Spe: Sax: lib: 1. ar: 62.

Diuisio Sententiæ.

DVPLEX est Senteētia, Interlocutoria & Definitiua.

SENTENTIA INTERLOCVTORIA est, quæ fertur inter principium caussæ & finem, non super principali, sed super incidentibus quæstionibus, vel emergētibus. puta, super dilatione danda vel deneganda, & aliis exceptionibus.

SENTENTIA Definitiua est, quę principalem definit quęstionem. Et debet semper continere condemnationem, vel absolutionem.

Sententia quid debet continere in se?

In qualibet sententia sex contineri debent. Primò, nomen Iudicis. Secundò, nomina litigatorum. Tertiò, tenor perditionis in Iudicio porrectæ. Quartò, substantia processus caussæ. puta, litis contestatio, iurament

menti præstatio, & huiusmodi. Quintò, quòd fiat mẽtio partes esse præsentes, vel per contumaciam absentes. Sextò, quòd contineat condemnationis, vel absolutionis pronunciationem. & alia quæ videbuntur Iudici optima. Vide Alciatum.

Conditiones bonæ Sententiæ.

Sex sunt conditiones bonæ sententiæ.

PRIMA, quia antequam feratur debet esse benè discussa ex actitatis in Iudicio, & à Iurisperitis deliberata.

SECVNDA, quia non debet fieri, nisi citatis partibus ad eam audiendam.

TERTIA, quia ferenda est à Iudice sedente pro tribunali in loco consueto, vel aliâs honesto, vtraq; parte præsente, vel altera contumacione absente.

QVARTA, quia debet fieri secundum allegata & probata, & non secundum conscientiam.

QVINTA, quia debet fieri quandoque secundum consuetudinem loci, in quo contractum est, vbi litigatores sunt diuersorum locorum.

SEXTA, quia debet esse certa. Plures conditiones, vide apud Speculatorem.

A quo sit Sententia ferenda & inuenienda.

SCIENDVM est de inuenienda & pronunciandæ sententia, diuersitatem esse, inter Ius Imperiale, & Saxonicum.

Iure etenim Imperiali, & secundum leges, Iudex solus inuenit, per osq; proprium sententiam pronuntiat. vt C. de sen. experi.

Iure

Iure verò Saxonico, hoc modo edicitur sententia. Iudex enim auditis partium propositionibus & respó-sis, Scabinos super sententia interrogat: qui tandem colloquio inter se facto, eandem edicunt & pronunciant. vt Spe: Sax: lib: 1. art: 62. & lib: 2. art: 12.

Et in summa. Iudex æquus esse debet omnibus hominibus: nec debet sententiam inuenire, nec inuentam increpare. vt Spe: Sax: lib: 3. art: 30.

Quæ Sententia prius edicitur?

SENTENTIA priùs postulata, primò erit pronuncianda. vt Spe: Sax. lib: 1. art: 62. Iuxta regulam. Qui prior appellat, prior agat. ff. de iud. l. qui prior, & in c. cùm dilectus. de ord. cog.

Quis Sententiæ effectus?

SENTENTIA, à qua de Iure Saxonico in instanti, Iudicio durante post pronunciationem, non est appellatum: facit Ius inter partes, inter quas lata est; & transit in rem iudicatam. vt Spe: Sax: lib: 2. art: 6. Iure muni. art: 10. 11. & 13. Et res iudicata, pro veritate accipitur. vt ff. de reg: iur. li: Res iudicata.

De executione Sententiæ.

SENTENTIA quæ non est per appellationem suspensa, exsequi debet per ipsos Iudices ordinarios, qui eam tulerunt. Si autem ab ea fuerit appellatum, differri debet, donec appellationis quæstio decidatur. ex. de off. del. c. pastoralis. § præterea. & § fi.

DE APPELLATIONE.

Appellatio (quæ in Iure Saxonico dicitur Increpatio sententiæ) secundum Azonem est, à minori Iudice per inuocationem maioris Iudicis, prætextu iniquitatis primæ latæ sententiæ, recessio. ff. de minori. l. præfecti.

Vel Appellatio est, ab inferiori Iudice ad superiorem gradatim facta prouocatio. Estq; appellatio de Iure naturali, cùm sit defensio.

Cur inuenta est Appellatio?

Appellatio inuenta & inducta est, propter duas caussas.

Primò, propter corrigendam iniquitatem vel imperitiam Iudicis.

Secundò, propter supplendum, quod incautè in priori Iudicio fuerat omissum. vt ff. de appel. & relati. li: i. Spe: Sax: lib: ij. art: xj.

Quis poßit appellare?

Omnis oppressus, seu iniustè grauatus quicunque sit, in omni caussa, & ex omni grauamine appellare potest. q. vj. c. omnis oppressus.

Ad quem sit appellandum?

Regulariter à minore ad maiorem appellatur: & quidem gradatim, id est, ad eum qui in gradu proximo superior est ei, à quo appellatur: veluti in Regno Polo-

Poloniæ, ex Ciuitatibus & oppidis in Iure Saxonico constitutis: recurritur in appellando ad Ius supremũ Theutonicum, Prouinciale, in Castro Cracouiensi, per olim Diuum Cazimirum magnum Poloniæ Regem locatum: ab illo verò tandem prò instantia vltima ad tribunal Regium, vel Commissarios sex Ciuitatum perpetuos & priuilegiatos prouocatio fit, iuxta priuilegia desuper data.

In Russia autem, ex Ciuitatibus & oppidis fit appellatio, ad Dominos Consules Leopolien. Caussa istius est. Quia in tota Prouincia Russiæ, LEOPOLIS est Ciuitas pręcipua, & antiquior, & ita est caput Iuris aliarum Ciuitatum illius Prouinciæ.

A D. Consulibus autem Leopolien. appellatio fit, ad Ius supremum Maydeburgen. Castri Cracouien. Deinde ad Regiam Maiestatem, vt supra Iure mu. ar: xi. & xij. in glo. & marg.

Quando, & intra quod tempus appellandum sit?

SECVNDVM Iura Saxonica Prouincialia, & Maydeburgensia municipalia, statim & incontinenti durante Iudicio, siue ab Interlocutoria, siue à Definitiua sententia appellandum est. Ratio istius est: Quia apud Saxones interrogantur partes, an sententiam suscipiant necné? Et si consenserint: eandem, posthac increpare non possunt. vt ff. de re. iu. l. impetrata. Et Spe: Sax: lib: ij. art: vj.

Secundum autem Canones & leges, dantur decem dies & non vltra ad appellandum; & hoc Decemdium, computatur à die latæ sententiæ. vt extra de re. iud. quod ad consultationem. Et in Auth: de appella. & infra quæ tempora. §ij. col: iiij.

Qualiter fieri debeat Appellatio?

Post latam sententiam, pars quæ se grauatam senserit : petat licentiam à Iudice ad abscedendum & consultandum super sententia acceptanda, vel refutanda. Hanc autem licentiam tamdiu obtinebit : donec ad instantiam alterius aduersæ partis, de mandato Iudicis, per Præconem tribus vicibus aduocetur, & interrogetur : An sententiam contra se latam, pro Iure suscipiat necné?

Quòd si à Iudicio discesserit, nec reuertatur Iudicio durante : sententia illa robur habebit, nec in posterum locus appellandi dabitur. Si autem ad Iudicium redierit, & appellare voluerit, sic Procurator eius loquatur.

Domine Iudex, N. Principalis meus gratias agit, quòd fauore vestro admissus est ad abscedendum & consultandum, super sententia lata. Hic solus astat, & grauatum se foro sententia lata allegat ; quam tanquã iniquam reprobat, & offerendo pecunias de Iure & consuetudine reponi solitas, Appellationem ab ea facit, trahendo se ad altius tribunal Iuris supremi Theutonici Castri Cracouien. vbi de Iure se trahere debet, petitq; per sententiam sibi decerni, an id sibi sequi debeat, vel quid sit Iuris? Sententiabitur. quòd sic. Tandem Procurator appellantis reposita Iudicio vna sexagena, vel prout moris est: & solutis Iudici seu Aduocato pro mulcta octo solidis, qui faciunt gros. quinque, obulos sex: & Scabinis pro emenda solidos triginta, qui faciunt xx. grossos : petet sibi per sententiam decerni, an dies vlterior persequendi Appellationem & importandi sententiam ex Iure supremo sibi sequi & admitti debeat necné? Decernetur, quòd sibi admitti & sequi debet de forma Iuris. Quinetiam si vult præcusso-

custodire, potest: si & in quantum citiùs sententiam ex Iure supremo reportare valeat: an id licite facere possit? Sentẽtiabitur, quòd id sibi licebit, citata ad id parte. Tandem Scabini rotulum sigillo suo clausum, cum toto processu caussæ, & omnibus ac singulis documentis partium litigantium, & sententia desuper lata, ad Ius supremum per nuncium suum tempestiuè transmittet, cum literis taliter confectis. vt Spe: Sax: lib: ij. art: ij. & iure mu: art: lxxiiij.

Formula Legationis ad Ius supremum.

FAMATI Domini, amici honorandi. Noueritis caussam in Iudicio nostro fuisse ventilatam inter famatos Conciues nostros N. ex vna, & P. ex altera partibus, occasione mutui debiti, vel hæreditatis talis, in qua vna partium dictus N. grauatum se fore allegans, sententiam nostram pro Iure acceptare noluit, sed ab ea ad Ius vestrum supremum appellauit. Mittimus itaque vestris D. per nuncium nostrum, totius istius caussæ processum, sigillo nostro clausum; cum omnibus & singulis documentis partium, & sententia nostra desuper lata, vt vestræ D. pro officio suo, nos certiores reddere vellint, an secundum Iuris formam, inter præfatas partes litigantes sententiã inuenimus, & tulimus. vel quid sit Iuris. Datum à prolatione sententiæ die tali. &c.

Sententia reportata, vbi aperiri debet, & quo pacto procedendũ?

Cùm sententia reportatur ex loco, ad quem appellatū fuit: aperiri non debet, nisi ante quatuor scamna, seu ante sedem Scabinalem, ibidemq; pars vtraq; præsens erit.

Et si pars appellans in termino diei vlterioris non cōparuerit: tunc aduersa pars petat sibi per sententiā decerni. An Sententia à qua appellatum fuit, non tamen est prosecuta, permanere debeat rata, & transire in rem iudicatam? Sententiabitur, quòd sic.

Si verò appellans comparuerit aduersa parte non comparente; petat, vt apperiatur sententia, & publicè legatur. Quod si Sententia in damnum istius præsentis lata sit, & ille qui absens est, pro commodo suo nuncium non habeat qui eam acceptet, vel absentem excuset legale impedimentum declarando: Ius perdit suum. quia Ius neminem ingratum frui facit, & ita propter ingratitudinem perdit Ius. vt ff. de reg: iur. l. nemo. & Spe: Sax: lib. i. art: lxvij. & iure mun. art: xi.

Parte verò vtraq; comparente, ad instantiam earum de mandato Iudicis per Notarium Ciuitatis debet aperiri Sententia, & coram Iudicio publicè legi, quam si nemo litigantium increpauerit: faciet Ius inter partes litigantes.

Si vero is contra quem lata est, grauatum se fore senserit, & ab ea appellare voluerit: petat à Iudice facultatem ad abscedendum & consultandum. Reueniendo tandem, his verbis appellet.

Domine Iudex, sententia ex Iure supremo portata, lata est in grauamen Iustitiæ meæ, quare eam pro Iure suscipere non intendo, nec volo: sed offerendo pecunias de Iure & consuetudine offerri solitas, ab ea appello ad sacram Regiam Maiestatem, ad Commissarios suæ Maiestatis sex Ciuitatum perpetuos & priuilegiatos, vbi de Iure appellare debeo, petoq; per sententiam de-

am decerui, an id mihi sequi debeat? Sententiabitur eodem modo, quo supra, in prima instantia.

Tempus prosequendi Appellationem ad Regiam Maiestatem.

Sciendum est, quòd tempus prosequendi appellationem ad Regiam Maiestatem, sit longior dies qui facit sex septimanas. Et hoc intelligendum est, Regia Maiestate exsistente in Regno. Quando autem Regia Maiestas extra Regnum moratur, pro fatalibus prosequendi appellationem, datur triplicatus dies longior, qui facit septimanas decem & octo. Quando autem facta fuerit appellatio ad Commissarios sex Ciuitatum: tempus prosequendi eam, durat ad primam congregationem & sessionem eorum, in prætorio Cracouiensi.

Quis sit effectus Appellationis?

Effectvs Appellationis is est, vt ea pendente nihil innouetur, sed omnia in eodem statu permaneat, in quo erant tempore Appellationis emanatæ. vt ii. q. vj. c. post appellationem iuterpositam. ff. nihil in no. appel. pen. l. vnica. C. de Appel. iij. & Spe: Sax. lib: ij. articulo xj.

A quibus non appellatur, & in quibus casibus non teneat Appellatio?

Non appellatur à Rege. cùm in temporalibus, non recognoscat superiorem.

2. Item à Commissariis sex Ciuitatum.

3. Item à sententia Arbitri.

4. Item à Iudicibus, quos communis consensus elegit.

5. Item ab executore, nisi modum excedat.

6. Item appellatio in caussis criminalibus non admittitur: vnde homicida, veneficus, adulter manifestam violentiam inferens, insignis latro, concitator seditionis, dux factionis, raptor virginum, si sit argumentis superatus, testibus conuictus: non auditur appellans, sed statim sententia exsequenda est in prædictos.

7. Item non appellat is, qui tempus neglexit increpandi. Iure enim nostro tempus appellandi est in instanti, & Iudicio durante. vt Spe: Sax. lib. i. art: vj. & lib. ij. art: xj.

8. Item non appellatur in momentanea possessione, & quando res dilationem non capit. vide Spec.

DE PRIVILEGIO Commissariorum sex Ciuitatum Iuris supremi.

Forma Priuilegii Iuris supremi Maydeburg. Theutonici, Castri Cracouien. per Magnum Kazimirum Regem Poloniæ dati.

In nomine Domini, Amen. Quia humana conditio, dominantis sibi iugo libenter caruisset, & homines libertatem minimè abdicassent: si non impunita vitia, graui pernicie scelerum redundassent. Ideò Diuina senten-

ſententia dati ſunt Reges populo, & Domini ſubiectis: vt neceſſariò Iuſtitiæ & Iudicio ac Imperio Regum ſubeſſent vniuerſi, vt cuilibet æquo libramine, ſtatera lance appenſa, ipſi Reges Iuſtitiam miniſtrent.

Et proinde nos CAZIMIRVS Dei gratia Rex Poloniæ, necnon terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Pomeraniæq; Dominus, & hæres Ruſſiæ.

Ad extollenda iuſtorum præconia, & tranſgreſſorum inſolentias reprimendas: animaduertentes noſtro Regno contra decorem & honorem illibatum eiuſdem Regni noſtri, præter ſcientiam noſtræ Regiæ Maieſtatis verſaſſe corruptelas.

Quia cùm Aduocati, Sculteti, Scabini, Iurati, iudiciorum bannitorum Iuris Theutonici, aut litigantibus in Iudiciis eorum bannitis contendentibus, ſententias interlocutorias & definitiuas in cauſſis quàm pluribus promulgant, dicti contendentes ad partes remotas Rynenſes in Maydeburg Ciuitatem, cui nullo iure ſubſunt, & ultra fines Regni noſtri, appellationes & prouocationes interponuntur: noſtræ Maieſtatis proprio ſolio & Tribunali, necnon proprii Principis & Domini iure & iuriſditione omiſſis & contemptis, & in detrimentum Regni noſtri, damnum, & regnicolarum noſtrorum grauamen.

Aduocati verò, Sculteti, & alij Scabini, Iurati, prædicti noſtri Regni, a contendentibus eiſdem, pro emendis ſententiis à Scultetis in Maydeburg, per nouem ſexagenas, latorum groſſorum Pragenſium, & nonnullas ſummas pecuniarum pro expēſis exigant, & extra Regnum noſtrum in Maydeburg pro prędictis ſententiis emendis tranſmittant: per quæ honori, decori, iuriſditioni, ſolio, tribunali, illibatis noſtris prædictis detrahatur, & turpitudini reſeruatur.

Et quod

Et quòd deteriùs est, dicti Aduocati, Sculteti, Scabini, Iurati, in sua iurisditione Theutonicali more litigantibus, cum iustitiæ reddere deberent complementum, difficiles se in hoc præstiterunt.

Ac Ciuitatum nonnullarum dicti Regni nostri Consules, Aduocati, Scabini, Iurati, quibus super Iure supremo, & dandis sententiis Iuris Maydeburgen. extra eorum loca constituta, vltra terminos iurisditionis ad alias Ciuitates, villas, & loca nulla eis prorsus à nostra Regia Maiestate auctoritas specialis vel est vel fuit concessa, sed ex quadam temeritate coram se in caussis tam magnis quàm paruis, pecunias ponere compulerunt non paucas, quibus à dictis Ciuitatum Regni Cósulib⁹, Aduocatis, Scabinis, Iuratis, nulla prorsus ad hoc auctoritate fruetibus sentétiis extraxerűt, & ius emerunt, quod viribus caruit & non subsistebat. Atq; ita insontes cótendentes deludebãt sumptib⁹, laboribus, impésis & expensis fatigando minus iuste. Contra quæ in Regno nostro clamor ascendit, & insinuatio manifestauit; quę à Maiestate nostra, fama deferente, & clamore incitante, sine periculo & sine scandalo tollerari, & per nostram serenitatem oculis conniuentibus pertransiri non potuerunt.

Cum Reuerendis in Christo Patribus, Iaroslao Archiepiscopo Gnesnensi, Bodzanta Crac. Sbiluto vladislauiensi, Ioanne Posnaniensi, Nicolao Plocensi, Ioanne Lubucensi, Episcopis, necnon Abbatibus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, cæterisq; Prælatis & Canonicis, tam Cathedralium quàm Collegiatarum, & aliarum Ecclesiarum, Capitulis & Beneficiatis, tam sæcularibus quàm regularibus, exemptis & non exemptis, necnon Magnificis Castellanis, Palatinis, Camerariis, Succame-

Camerariis, Iudicibus, Subiudicibus, Baronibus, Militibus, & Nobilibus, Consulibus, Aduocatis, Scabinis, Iuratis ciuitatum Sculteris, & Officialibus Villarum & locorum singulorum vniuersis, Synodum, Conuentionem, & Concilium celebrauimus.

De quorum omnium & singulorum consilio, appellationes, prouocationes in dictis Iudiciis faciendas, à litigantibus prædictis, pro pecuniis prædictis, emendas, exigendas, ad mittendum, sententiasq; & Ius in Maydeburg emendum, & ad Ciuitatem aliquarum dicti Regni Iudicibus, Aduocatis, Scabinis, Iuratis, Ius aliquod absque nostra speciali auctoritate, per quospiam Iudices, Aduocatos, Scabinos, Iuratos, litigantes emendum & recipiendum, aut ea pro Iure habendum sub pœna amissionis omnium bonorum suorũ, auctoritate nostræ Maiestatis Regiæ inhibemus.

Volentesq; prædictis nostris Regnicolis, damna, grauamina, fatigas, & sumptus remouere: profectum quoque & vtilitatem eis, nostroq; Regno, & Regiæ Maiestatis honorem & decorem ampliare: libros Iuris Maydeburgen. ordinauimus, & in thesauro nostro Crac: deposuimus, in eodemq; castro Cracouien. constituimus Ius supremum Theutonicale prouinciale, vice & loco Iuris Maydeburgen. de libris eiusdem promulgari debere sententias & Iura per Aduocatum nostrum, & septem Sculteros seu Aduocatos & Iuratos dicti Iuris prouincialis, peritos iuris prædicti.

Quos nostræ Maiestatis procurator generalis, qui pro tempore fuerit dicti Castri terræ nostræ Crac. vna cum Aduocato nostro, & locis infrascriptis inter Aduocatos & Sculteros seu alios Iurisperitos, potiores duxerit: recipiendos, nominandos, eligendos, & ad tota tempora vitæ eorum pro Iudicio nostro supremo prouinciali Castri Cracouien. banniendo more con-

suero,

ſueto, temporibus competentibus & locis, videlicet de Bochnia & Vieliczka, de Ropczyce & Lipnica, de Myślimice & Ilkuſz, de Wolbran Ciuitatibus, Aduocatis de Lipnik, de Sułoſzowa, de Irſzmanowice, de Przecinia, de Sandruman, de Balin, de Zubrouice, Scultetis Maieſtatis noſtræ Regiæ, de Bodzanow, de Igołomia, de Lapſzycze, de Skauina, de Rybna, de Lyſtry Tinicen. de Brzeſko, de Gonow Brzezen. Abbatis, de Lubocza, de Pobiedny, de Tubicze Sruerzmen. Præpoſiti monaſteriorum Aduocatis & Sculteris, necnon aliis locis Scabinis & aliis honeſtis & circumſpectis perſonis in dicto Iure Maydeburgen. peritis, & qui ſede Scabinali fuerint digni, quòd ſint ſeptem in numero ſemper præſidentes perpetui, & quòd ſeptenarius numerus non excedatur.

Ad quod quidem Iudicium noſtrum Supremum, Prouinciale, Theutonicale Caſtri noſtri Cracouien. & Aduocatum noſtrum, necnon Aduocatos, Scultetos & alios ſeptem præſidentes, eidem noſtro Iudicio loco prædictarum prouocationum & appellationum in Maydeburg prorumpi conſueuerunt: licitum erit eis ab omnibus Iudicibus, Aduocatis, Scultetis, Scabinis, Iuratis, tam Ciuitatum quàm Villarum quibuſcunque contendentibus & litigantibus appellare & prouocare, & coram eiſdem proſequi, finire & decidere ſuam appellationem, ſeu ſuper eiſdem & aliàs per ſimplices propoſitiones ſiue appellationes ius & ſententias poſtulare, de libris noſtris prædictis iuris Maydeburgen. quibus ſententiis & Iuri per eoſdem promulgatis, auctoritate noſtræ Regiæ Maieſtatis decernimus, vel vt legi ſtandum, vel tanquam legem obſeruandum.

Niſi aliqui contendentium prædictorum duxerint ſuper ſuis quæſtionibus & cauſſis ius melius, & ſententias

tentias meliores in oppositum ipsorum promulgatorum Iuris & sententiarum proponendum. Eisdem ab ipsis ad Tribunal & Solium nostræ Maiestatis licebit appellare, & infra tempus dicti Iuris Maydeburgen. librorum nostrorum, à nobis super eorum prouocatione obtinere certos Commissarios, quos volumus & decernimus fore Consules Ciuitatum, vnde ipsi appellantes nominauerint, alteri parti non suspectos, de qualibet Ciuitate per duos Consules, videlicet de Cracouia, de Sadecz, de Bochnia & Wieliczka, de Kazimiria & Ilkusz, qui ex nostra speciali commissione decident appellationem, & finem negotij appellationis caussæ imponent.

Et ne præfati, Aduocatus noster, & alii Aduocati, Sculteti, Scabini, septem prædicti perpetui præsidentes circa Iudicium nostrum, & Iura prædicta danda, & laborando dies suos in vanum exponant: & litigantes prædicti, laboribus, fatigis, & expensis more pristino grauentur. Constituimus obseruandum in posterũ pro qualibet sententia danda, duntaxat per septem scottos, videlicet pro Fisco nostro medietatem, aliam prædictis præsidentibus septem Scabinis, inter ipsos pro labore ipsorum diuidendos, præter Notarij salarium, memorialia, & priuilegiorum literas eorum dandas, de quibus iuxta eorum moderationem disponere debebunt, ratione oneris leuandas.

De pœnis autem dicti Iudicii nostri, pro nobis Aduocatus noster quatuor pœnas & quintam pro Scabinis prædictis exigere debebit.

Et vt præfati Aduocatus noster, & septem Scabini dicti Iudicii nostri supremi, eò fortiùs & cum exacta diligentia Iudicio supremo prædicto & sententiis promulgandis diligentiùs insistant & continuent: ipsos Aduocatum & Scabinos Maiestas nostra extollere volens,

lens prærogatiua fauoris & gratiæ specialis: ipsos eximimus ab omnibus exactionibus, tributis, contributionibus, aliis collectis, laboribus, seruitiis, expeditionibus, & quascunque partes per nos & per nostros successores fiendis obedientiis quibuscunque, tam nostris quàm ipsorum Dominorum, necnon a iudiciis, & iurisdictionibus ipsorum dominorum Castellanorum, Palatinorum, Iudicum, Subiudicum, Camerariorum, cæterorumq; Officialium terrestrium, necnon Aduocatorum, Consulum, Scabinorum, & quarumcunq; potestatum: quibus nulla ratione obediant, neque citati in magnis vel paruis caussis, coram ipsis comparere & respondere tenebuntur. Sed duntaxat cùm ad præsentiam nostram, & per speciale Sigillum nostrum citati fuerint: tunc coram nobis, aut coram speciali Cómissario nostro ad hoc deputando, respondere tenebuntur Iure suo Maydeburgen. & quilibet eorum respondebit.

Vt autem præmissa omnia robur obtineant perpetuæ firmitatis, præsens Priuilegium de consilio & consensu prædictorum omnium Adsessorum nostrorum, scribi, & Sigilli nostræ Maiestatis Regalis maioris appensione, fecimus communiri.

Actum & datum Cracouiæ, Anno Domini, Millesimo, Trecentesimo, Quinquagesimo Sexto. In crastino S. Francisci. Præsentibus præfatis Archiepiscopo Episcopis, nec non Magnificis viris, Dominis, Iuratis: Castellano Imbramo, Palatino Andrea Iudice Cracouien. & Vilczkone Sandomirien. Raphaele Vislicien. Petro Sadecen. Castellanis, & aliis quam pluribus testibus fide dignis.

DE

DE LITERIS COMMISſariorum ſex Ciuitatum.

Forma Literarum ſex Ciuitatum priuilegiatarum ſub ſigillis eorundem.

Nos Conſules ſex Ciuitatum, Cracouiæ, Sadecz, Cazimiriæ, Bochnia, Wieliczka & Ilkuſz, deputati ad Iudicium Regale ſupremi Iuris Theutonici Maydeburgen. Recognoſcimus publicè per præſentes, vniuerſis & ſingulis, quibus expedit. Quia dum Sereniſſimus Princeps, SIGISMVNDVS Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ. &c. Dominus noſter gratioſiſſimus, literis ſuis patentibus nobis ſtrictiùs præcipiendo mandauit & commiſit, vt cauſſam inter nobiles Nicolaum Salomonem ex vna, & Nicolaum Glinski Ciues Cracouien. partibus ab altera, occaſione locationis domus lapideæ in circulo Cracouien. inter domum Eraſmi Bethman, & Ioan: Gerſchman domos ſitæ, iudicaremus, ac finali ſententia ac decreto decidendo terminaremus: in hoc nobis totam auctoritatem conferendo, tanquam illis à quorum Iudicio, velut Regio & ſupremo, iuxta priuilegium nulli vlterius appellare licet.

Quæ quidem cauſſa ex Iudicio Cracouienſi, ad Ius ſupremum Maydeburgen. caſtri Cracouien. & demum ab eodem Iudicio ſupremo ad Iudicium noſtrum per appellationes eſt deuoluta, prout hoc legationes ipſæ latiùs in ſe continent.

Nos itaque huiuſmodi commiſſioni, & mandato ſuæ

Maiestatis in toto obediendo: ad diem certum in prætorio Cracouien. iuxta consuetudinem antiquitùs obseruatam primùm conuenientes, literas cum toto caussæ processu, à Iure supremo Castri Cracouiensis sigillo munitas, & per partem appellantem coram nobis repositas, suscepimus. Quibus reuisis ac partium propositis ac responsis, inscriptionibus, literis testimonialibus, documentis, processibusq; iudiciariis, & ortilegiis vtriusque Iuris diligenter examinatis: tandem in arce Cracouiensi in Iudicio Regali bannito sedentes: cui Generosus Dominus Stanislaus Gorski, vices gerens Domini Capitanei Cracouiensis, & Spectabilis Ioannes Cimerman Proconsul Cracouiensis, & nostri Iudicii Burgrabius, pro tunc præsidebant: vbi accersitis per ministerialem vtrisque partibus, priuilegioq; de auctoritate nostri Iudicii publicè lecto, neutri partium fauendo, sed solum Deum & Iustitiam præ oculis habendo: talem inter ipsas partes iure Maydeburgensi disponente, tulimus & ediximus sententiam, eo sub tenore.

Ex quo Dominus Nicolaus Salomon, Iuris ordine concitauit ad Ius Ciuitatis Cracouiensis, Dominum Nicolaum Glinski, & quæsiuit apud eum censum trium annorum, à conductione domus suæ hæreditariæ in circulo Cracouiensi, inter domum Erasmi Bethman & Ioannis Gerschman domus sitæ, quam Dominus Petrus Salomon auus & tutor naturalis, eiusdem Nicolai Salomonis, & nomine tutorio eiusdem Domino Nicolao Glinski ad tres annos continuos pro centum quinquaginta marcis pecuniarum numeri & monetę Polonicalis consuetis locauit & conduxit, prout hoc in sua insinuatione iudicialiter facta latiùs deduxit. Insuper idem Nicolaus Salomon Actor, in eodem Iudicio Ciuili reposuit literas testimoniales Dominorum Consulum

sulum & Iudicii Cracouien. sigillo sub eorum ad quas se referebat & eis inhærebat: quibus literis suam proprietatem, quam ad eandem domum habet, sufficienter probauit & docuit: easdem literas tanquam documentum principale suæ proprietatis legationi ad Ius supremum castri Cracouien. includi & transmitti postulauit, prout hoc legatio ipsa testatur. Et Dominus Nicolaus Glinski factis reformationibus suis, ad quas se iam per Ius dedit insinuationi Actoris contra se iudicialiter factæ, obtulit literas MaiestatisRegiæ, quibus se à responsione Actoris excipere noluit, quod tamen facere minimè potuit. Insuper idem Dominus Nicolaus Glinski, videns & audiens literas testimoniales Dominorum Consulum & Iudicii Cracouien. per partem actoream ad quas se referebat, in Iudicio fore repositas, lectas, iudicialiter confirmatas: illis non contradixit, sed huiusmodi documenta proprietatis eidem Nicolao Salomoni Actori contra se producere iudicialiter confirmare, & legationi includere absque omni contradictione permisit. Ac præterea literas Regiæ Maiestatis detinuit, de quib[a] in sua melioratione verbalem tantùm mentioné fecit, cum qua à responsione ad insinuationem Actoris à iure se excipere voluit: easdem tandem literas, neque circa suam meliorationem factam (licet per Dominos Consules Cracouienses iudicialiter admonitus fuisset) reponere noluit neque legationi tanquam documentum suum principale in subsidium inserere voluit: quod tamen de Iure facere debuit, quemadmodum & Actor fecit, videlicet sua documenta reponendo, prout hoc legationes vtriusq; Iudicii testantur. Ex tunc Dominus Nicolaus Glinski, pro huiusmodi censu inculpato pro domo, vt supra iacente, & sibi per Dominum Petrum Salomonem auum & tutorem Nicolai Salomonis ad tres annos continuos pro

os, pro centum quinquaginta marcis pecuniarum locata & conducta eidem Nicolao Salomoni tanquã proprietario & Domino hæreditario iuxta ipsius insinuationem & testimonia literarum respondere debet de forma iuris: & in hoc sententia & melioratio appellãtis progressum non habet, & est cassa. Sententiæ vero Dominorum, videlicet supremi Castri & Ciuitatis Cracouien. in earum vigore permanere debent, de forma Iuris.

Quam sententiam nostram Nicolaus Salomon pro Iure suscipiendo, solidauit.

Deinde per Simonem procuratorem suum quæsiuit in Iure, an Dominus Nicolaus Glinski eidem sententiæ satisfacere debeat, vel quid sit iuris? Sententiatum est, quòd Dominus Nicolaus Glinski sententiæ latę satisfacere debet Iudicio durante.

Deinde Dominus Nicolaus Glinski, accepta licentia ad cosultandum, rediens per Andream Pisawa procuratorem suum respondit asserens: quomodo Dominus Nicolaus Glinski non sederet in aliqua locatione domus Domini Nicolai Salomonis; sed sedet in eadem domo cum vxore sua domina Anna, sorore germana Nicolai Salomonis, quæ habet medietatem dictæ domus; sicut & Nicolaus frater eius.

Nihilominus tamen idem Nicolaus Glinski satisfaciendo sententiæ nostræ superiùs expressæ, misit tractum Nicolao Salomoni vt Actori, ita videlicet, si auderet & vellet iurare, quòd Dominus Nicolaus Glinski eam domum ab ipso vel ab altero aliquo nomine eius conduxisset: ex tunc sententiæ supra memoratæ satisfacere vellet.

Quem tractum iuramenti, Nicolaus Salomon iudicialiter sibi adiudicatum suscepit, paratus illud præstare Iudicio durante, secundum rotæ tenorem, prout

hoc iu-

hoc iudicialiter decretum erat. Quæ quidem iuramẽti rota adoptata Domini Nicolai Glinſki, ibidem palam facta eſt, in hæc verba:

Ego Nicolaus Salomon iuro, quia Dominus Petrus Salomon auus & tutor meus, domum meam hanc, nomine meo, Domino Nicolao Glinſki conduxit. Ita me Deus adiuuet, & hæc ſancta Crux.

Poſt cuius rotæ lectionem, Simon procurator Salomonis, quæſiuit an pecuniam cenſus pro conductione domus circa Iudicium reponi debeat? Sententiatum eſt, eandem pecuniam cenſus circa Iudicium reponẽdam eſſe.

Qua verò ibidem poſita, Nicolaus Salomon inhærendo ſententiis noſtris: flexis genibus, vt iuris eſt, voluit iuramentum præſtare. Dominus tamen Nicolaus Glinſki illud ſibi dimiſit. Et ibidem, ſententia noſtra mediante, decretum eſt eundem Nicolaum Salomonem à tali iuramento iam liberum eſſe, ac iuri ſuo ſatisfeciſſe, quod ſpectabat ad huiuſmodi iuramentum.

Præterea Nicolaus Salomon pecuniam cẽtum quinquaginta marcarum per Dominum Nicolaum Glinſki ſibi pro cenſu domus præfatæ repoſitam, ibidem realiter & cum effectu leuauit & recepit.

Tandem Simon Procurator Nicolai Salomonis quęſiuit in iure. Ex quo Nicolaus Salomon per literas teſtimoniales Dominorum Conſulum, & Iudicii Cracouien. ac per ſuum iuramentum, à quo liberè ac ſententialiter dimiſſus eſt, ſufficienter probauit & docuit ſe eſſe verum & vnicum hæredem, proprietariumq; domus prænotatæ: & Dominum Nicolaum Glinſki conductorem ſuum in eadem domo minimè deinde habere vult: ideò quærit in Iure, an eandem domum ſibi euacuare debeat, vel quid ſit iuris?

Ad quod quæſitum, Andreas Piława Procurator

Domini Nicolai Glinſki replicando reſpondit. Ex quo hîc actio ſolùmmodo agitur pro cenſu & non pro domo, quæro an cauſſa quæ tangit euacuationem domus, debeat remitti ad Iudicium Crac. vbi cauſſa ipſa principaliter inchoatâ, aut quid ſit Iuris?

Nos verò auditis partium huiuſmodi propoſitis & reſponſis; cauſſam eam quæ concernit euacuationem domus; ſententia noſtra mediante emiſimus & remittimus, ad Iudicium Crac. vbi primùm & principaliter eſt inchoata.

Tandem ad requiſitionem Nicolai Salomonis per Simonem Procuratorem ſuum ibidem iudicialiter factam, ſententialiter decretum eſt.

Ex quo Nicolaus Salomon ſentẽtiam capitalem pro ſe obtinuit: ex tunc Dominus Nicolaus Glinſki, pro impenſis per eundem Nicolaum Salomonem in vtroq; iure factis, ac in viginti ſex ſolidis, ac memorialibus nobis Iudicio repoſitis, precio, notariorum inſcriptionibus, acticationibus librorum, & pro literis, miniſteriali, nunciis, ac pro aliis impenſis in eadem cauſſa factis, faciendis quoque, & quicquid iure docuerit coram Iudicio Ciuitatis Cracouien. vbi cauſſa incepta eſt in die longiore, videlicet abhinc in ſex ſeptimanis, ſatisfacere debet de forma Iuris. Pro quibus impenſis, ſicut præmiſſum eſt, in die longiore ſoluendis, Michael Bogacz Pellifex Ciuis Cracouien. fideiuſſit.

Poſtremò ad ambarum partium requiſitionem iudicialiter factam: decretum eſt literas huiuſcemodi cauſſæ coram nobis iudicialiter ventilatæ & agitatæ, vtriq; partium extradendas, & dandas eſſe per Notarium Ciuitatis Cracouien. iuxta conſuetudinem ſub Sigillis noſtris.

Actum feria ſecunda in profeſto Sancti Franciſci. Anno Domini, M. D. XIIX. In quorum præmiſſorũ fidem

fidem maiorem, ac testimonium euidentiùs, Sigilla nostra præsentibus sunt subimpressa.

De Processu de plano.

Seruatur & alius Iudicii breuior & expeditior in vsu processus, qui dicitur, De plano. quando scilicet Iudex Ciuilis pro rebus paruæ æstimationis, simpliciter, iuris terminis, & solennitatibus non attentis, omissa etiam litis contestatione, exaudita tantummodò Actoris querela & Rei responsione: fert sententiam etiam stando, & diebus feriatis. De hoc dicit glos. Spe: Sax. lib. 2. art: 47.

DE VERIGELDO.

QVONIAM sæpenumero in hoc libro primo, mentionem fecimus, & in aliis sequētibus libris faciemus, Verigeldi, Emendæ, Mulctæ, Pœnæ, Quæstionis seu tormenti: propterea, ne quempiam ignorantia vocabularum fallat: de singulis breuiter dispiciendum est.

Quid sit Verigeldus?

VERIGELDVS in Iure Saxonico dicitur, compensatio seu satisfactio, quæ fit parti læsæ pro aliquo excessu, ex negligentia vel improuisione patrato. Vt si quis iniuriatus sit alteri, vel interficiat alium ex improuisione, aut in defensa, expurgaueritq; sese, vt Iuris est, non ex proposito fecisse: talis absoluitur Verigeldo. Iure Municip: art: 130.

VERIGELDVS secundum vniuscuiusque hominis generationem, & statum, æstimatur & præstatur. Non

coæquantur enim rustici personis illustribus, specta-bilibus, & nobilibus in Verigeldo. vt Spe:S.lib:3.art:45
Secundum autem Ius Municipale Compensatio aliàs Verigeldus est, decemocto talenta numorum, quæ communiter in vsu habentur illic, vbi demeruit compensam.
Media recompensa, nouem talenta. Iure Mun. art: 47.
De Emenda & Verigeldo vniuscuiusque status hominum. vide Spe: Sax. lib: 3. art: 40.
Et de Verigeldis diuersorum animalium. vide eodem lib. art: 51.

Verigeldus rerum, non debet minui.

OMNIS res de Iure Saxonico debet plenè & integrè solui, intra tres menses, hoc est, intra duodecim septimanas, secundum statutum in Iure Verigeldum, pecuniis communiter in prouincia currentibus. Illud enim quod Iure taxatum est, non oportet post modum minorari vel adaugeri.
Si autem alicuius rei non habetur in Iure expressus Verigeldus, Actor æstimabit seu taxabit rem: respondens verò seu Reus, æstimationem Actoris seu valorem rei, iuramento minuere poterit. vt S.S. lib:2.ar:47.
Sed Ius Cæsareum ac Canonicum in eo casu discrepat a Iure nostro Saxonico, quia secundum leges & canones, quodlibet damnum taxatur, per illum cui illatum est, Iudexq; minuit & moderat, & illam moderationem Iudicis, Actor Iuramento confirmabit, quod videlicet damnum non minoris precii fuit, nisi secundum quod Iudex taxauit. vt C. de Iud. l. 1. properandum. § Sui autem. Et in Aut; de Iud. & vt nullatenus cum iuretur. § 2. col: 6.
Veri-

Verigeldi, Emendæ, & Mulctæ differentia.

SCIENDVM est differentiam inter Emendam, Verigeldum, & Mulctam hanc esse. Nam per Emendam melioratur vel purgatur noxa, quam quis in hominem commisit, & maxima mulcta sunt solidi triginta, vltra se non extendit. vt Spe: Sax. lib: 3. art: 45. Iure Munic: art: 50. Verigeldo autem purgatur factum in homine ex negligentia vel improuisione patratum.

Mulcta autem datur Deo vel Iudici in sede Dei residenti, propter id quod patrauit noxam in homine contra mandatum Dei. vt C. de modo mulctarum. Et in Iu: Mun. art: 120. glo.

Nec illud prætereundum est, quòd mulcta soluenda est post sex septimanas. Emenda post mulctam in quindena. Recompensa seu Verigeldus in duodecim septimanis. vt Spe: Sax. lib. 2. art: 5. Iure Municip. art: 46.

Differentia inter Pœnam & Mulctam.

INTER Pœnam & Mulctam multùm interest. Cùm pœna generale nomen sit, & omnium delictorum coercitio, & sit in corpore & pecunia.

Mulcta autem specialis est peccati: cuius animaduersio est pecuniaria. ff. de verb: & reb: sig. l. aliud est. & Spe. Sax: lib: 2: art: 3: glo.

DE

DE POENIS.

Quid ſit Pœna?

Et definitur ſic: POENA eſt delicti vel delictoru ſatisfactio, quæ lege vel à miniſtro legis imponitur.

Propter quid Pœna imponitur

Certum eſt, quòd pœna imponitur propter delict aut enim facta puniuntur, vt furta, cædesq; : aut dict vt conuicia : aut ſcripta, vt falſa, & famoſi libelli : a conſilia, vt coniurationes & conſpirationes latronu ff. de pe. l. aut facta.

Sed in his attenditur, vtrum delictum proueniat e animo, an non? Si enim ex animo non proueniat, ple rumque nullo modo punitur : maximè ſi caſu, vt ven do, vel impetu, vel per furorem fortem, vel ebrietate committatur. vt ff. ad l. pom. de par. l. pe. Et de off præf. dimiſ. Et de pœ. l. reſpiciendum. Et aliquand punitur leuiùs, vt cùm laſciuia vel malo exemplo c mittitur. vt ff. ad l. cor. l. de ſicca. 3. § ſi ex. l. 3. § 1. E ff. de pe. l. abſentem. § vlt.

Genera Pœnarum quot ſunt?

Et ſunt, ſecundum Vlpianum, ſeptem genera Pœnarum, quibus Iudices aliquem afficere poſſunt. Pœnæ enim aut vitam adimunt : aut ſeruitutem iniungunt: aut Ciuitatem auferunt : aut exſilium adferunt aut coercitioné corporis continent, veluti fuſtium admonitio, vel flagellorum caſtigatio, vel vinculorum

verbe-

verberatio: aut damnum pecuniarum cum infamia: aut dignitatis alicuius depositionem. De quibus in l. Si quis fortè in fi. Cum duabus se. ff. de pœ.

Capitales Pœnæ.

CAPITALIVM autem pœnarum isti sunt gradus. Nam Supplicium videtur, ad furcam damnatio. Item viui concrematio. Item capitis amputatio. Item bestiis subiici. Deinde proxima mortis est pœna, in metallum, vel opus metalli damnatio, & in insulam deportatio, & aquæ ignisq; interdictio, id est, omnis cōsortii seu omnis conuersationis hominum sublatio.

Iudex non debet mitigare, vel augere pœnam à Iure decretam.

SCIENDVM est, quòd Iudex non debet pœnam Iuris pro arbitrio suo minuere aut augere. per l. aut damnum. § proinde. ff. de pe. & l. & si seuerior. C. ex qui. cau: infa. irrogans. Iudex igitur damnato aliam pœnam decernere & infligere non debet: nisi à Iure decretam, etiam si damnatus petat. Quia sic, reus erit animæ & sanguinis eius.

Sanguinis quidem, quia eum occidit, & non sententia iudicii decreta. Vt si decernatur lege rota plecti, Iudex verò caput amputare facit: iniustè agit. Non enim potestatem habet, creaturam occidere Dei: sed iudicio duntaxat, ipsi, hæc facultas data est. vt 23. q. 5. c. Iudex. Monendi ergo Iudices, ne ex fauore vel odio sententias pronuncient: pœnasq; à Iure statutas ex-

tas ex-

tas excedere non debent. vt infra lib: 2. art: 13. C. de pœna iudi. qui ma: iudi. l. de eo. & 11. q.3. c. non licet.

Animæ verò ipsius reus erit, quia qui metu pœnæ aliam sibi eligit, & petit mortem non eam, quæ sibi decreta sit: seipsum interficit, & inter damnatos computatur. vt 23. q. 5. c. Placuit in omnibus.

Iudex dimittens mulctas malè facit.

IVDEX mulctas à Iure pro excessibus statutas iuste recipit, & eas dimittere non debet ex tribus caussis.

PRIMÒ, quia mulcta est quasi recompensatio, vel pœna Dei, propter excessus hominis statuta: quare dimitti non debet. vt 13. q. 4. c. duo ista.

SECVNDÒ, quia si mulcta non reciperetur: auctoritas & honestas Iudicii vilesceret. vt supra lib. 1. art. 59. & C. de modo mulcta. l. mulctarum.

TERTIÒ, mulcta recipitur, vt populus à maiori damno præcaueatur. vt in Authen. de manda. princi. § quod si. & in Authen. defenso: ciui. § audient. col. 3.

DE QVÆSTIONIBVS seu Tormentis.

Quid sit Quæstio?

QVÆSTIO est, inquisitio veritatis per tormenta.

Vel sic:

QVÆSTIO est tormentum, seu corporis dolor, ad eruendam veritatem adhibitus.

Et di

Et dicitur Quæstio, à quærendo. quia Iudex per tormentum inquirit veritatem.

Et dicitur tormentum, quod torquendo, id est cruciando, mentem inueniat. no. per doc. in c. contemplatione. de reg: iur. in decre.

Quando & quatenus adhiberi debent Quæstiones?

In criminibus inuestigandis, solet adhiberi quæstio. Et Diuus Augustinus constituit, non esse à tormentis inchoandum: sed tunc quando suspectus est Reus, vel aliis indiciis, vel argumentis probatio adiuuatur. vbi autem non sunt indicia: non est facienda quæstio. Nam quæstio est res fragilis & periculosa, quæ veritatem fallit. Nam plerique patientia siue duritia, ita tormento condemnantur: vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit. Alii, tantæ sunt impatientię, vt in quouis mentiri, quàm pati tormenta velint. & ita fit etiam, vt vario modo fateantur, & non tantùm se, verùm etiam alios criminentur.

Tria requisita ad Quæstionem.

Quapropter tria ad Quæstionem requiruntur.

PRIMÒ, ad quæstionem requiritur, quòd veritas aliter haberi non possit. nam tormētum infertur, caussa inuestigandi veritatem, & in subsidium. vt in l. diuus pius. ff. de quæst. & 5. q. 5. c. illi.

SECVNDÒ requiritur, quòd præcedant aliqua indicia siue præsumptiones, siue semiplenæ probationes. Nam sine indiciis, non est inferenda quæstio. vt in l. ex libero. ff. de quæsti.

TER-

TERTIO requiritur, quod quis perseueret in co fessione in tortura factæ, id est, quòd extra loca t mentorum iterum confiteatur, ratificando prior confessionem, ita tamen quòd non videat ista torme ta; aliàs videtur fecisse metu tormentorum in l. 2.ff. quæsti. & ibi Ba. & 15. quæstio: 6. c. 1. & 31. q. 2. latæ

Et scias pro generali documento, quòd latrones malefici insignes, etiam diebus solennibus torturis plicari possunt. Ita enim dicit Lex.

Prouinciarum Præsides moneantur, vt in quæsti nibus latronum, & maximè Isaurorum, nullum Q dragesimæ tempus, nec venerabilem Paschæ diem stiment excipiendum; ne differatur sceleratorum p ditio consiliorum, quæ per latronum tormenta quæ da est: cùm facilimè in hoc summi numinis spere venia, per quod multorum salus & incolumitas p curatur. C. de feriis. lege Prouinciarum.

DE MALEFACTORIBV confugientibus ad Ecclesiam.

SCIENDVM est, si quis pacis violator, vel mal cus ad Ecclesiam, cœmeterium, vel cœnobium aufu rit, in manualiq; facto, vt Iuris est, insequatur: e dem detineri possunt in fuga, in cœmeterio sine multu vel armorum strepitu, Ecclesiarumq; mini vel Sacerdotes illic non sint præsentes, qui illum defensam suscipiant; potest exinde capi. Præca tamen debet ne tumultus sanguinolentus eueniat.

Si verò Presbyteri sint præsentes, siue sit Præla Plebanus, Monachus, Monialis, illudq; prohibe nomine Dei & priuilegiorum Ecclesiæ: abstinere nentur ex obedientia. Ius enim & officium hanc

cu

cultatem non habent: vt istum ex inde violenter trahere possint, ex quo eis prohibitum est. vt Insti. de re. diuin. § sanctæ quoque res.

Ecclesia non defendit quinque genera hominum.

SCIENDVM est, quòd quinque genera hominum ex Ecclesia vel cœmeterio liberè extrahi possint.

PRIMO Iudæi, vnde Iudæus si aliquid mali patrans in Ecclesiam fugerit, dato quòd baptizari vellet: accipi debet, signanter si se armis defendat. Arma enim Iudæis sunt interdicta. vt Spec. Sax. lib. iij. art. ij.

SECVNDO, non defendit Ecclesia, seruos fugitiuos. Extrahi enim debent liberè. vt C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt. l. Si seruus.

TERTIO, Ecclesiarum & sacri loci violatores, etiam defendendi minimè debent.

QVARTO, violatores & oppressores mulierum.

QVINTO, adulteri, & publici scortatores, tum etiam qui Deo dicatas virgines opprimunt: non defenduntur ab Ecclesia. Item agrorum depopulatores, & homicidæ, liberè ex Ecclesijs tolli possunt. vt 3. Authent. vt licima. & Authen. §. quia verò. col. viij.

FARRAGINIS ACTIONVM

Iuris Ciuilis, & Prouincialis Saxonici, Municipalisq; Maydeburgen. De acquirendo rerum Dominio.

LIBER SECVNDVS.

DE RERVM DIVISIONE.

Prima diuisio Rerum, ratione sensus exterioris, & potissimum Tactus.



RES sunt duplices. Quædam enim Corporales sunt, quædam Incorporales.

CORPORALES eæ sunt, quæ sui natura tangi possunt: veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, & denique res aliæ innumerabiles.

INCORPORALES autem sunt, quæ tangi non possunt, qualia sunt ea, quæ in Iure con-

re consistunt: sicut hæreditas, vsusfructus, vsus, & obligationes quoquo modo contractæ. Instit. de reb. corp & incorp. lib. 2. tit. 2.

Secunda diuisio Rerum ratione Qualitatis.

RES sunt duplices. Nam aliæ sunt Diuini iuris, aliæ Humani.

DIVINI IVRIS sunt, veluti res sacræ, religiosæ, & sanctæ. Quod autem Diuini iuris est; id nullius in bonis est.

Dicuntur autem res sacræ, quæ ritè per Pontifices Deo consecratæ sunt, vel ad ministerium diuinum ritè dedicatæ sunt, siue in Ciuitate, siue in agro; veluti ædes sacræ, cruces, calices, thuribula.

Res religiosæ dicuntur, nostra loca, quæ ipsi voluntate nostra facimus religiosa, dum mortuum in ea inferimus & sepelimus.

Res sanctæ propriè dicuntur, quæ nec sacræ, nec profanæ sunt, sed sanctione quadam confirmatæ: vt leges sanctæ sunt, & muri, & portæ Ciuitatum. quia pœnales sanctiones constitutæ sunt in eos, qui aliquid moliuntur in portis vel muris. & ideo si quis violauerit muros, capite punitur, sicut qui transcendunt scalis admotis, vel alia qualibet ratione.

HVMANI IVRIS res sunt, veluti profanæ. Hæ autem res quæ humani iuris sunt, aut publicæ sunt, aut priuatæ. Quæ publicæ sunt, nullius in bonis esse creduntur. Ipsius enim vniuersitatis sunt. Quæ autem priuatæ sunt, singulorum exsistunt. ff. de re. diuin. & qualit. per tot. titul.

Tertia diuisio rerum, ratione Iurium.

Res sunt quinctuplices. Quædam enim naturali iure communes sunt omnium, veluti aer, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris. Item lapilli, gemmæ, quæ in littore inuenimus, iure naturali, statim nostra sunt.

Quædam res sunt publicæ, veluti omnia flumina perpetua, & portus maris. Et quemadmodum flumina publica sunt, ita & vsus riparum ipsorum fluminum, Iure gentium publicus est. propterea ius piscandi omnibus commune est in portu fluminibusq́; . Similiter, cuilibet liberum est, naues ad ripas appellere, funes ex arboribus ibi natis religare, retia siccare, & ex mari deducere onus aliquod & in ijs reponere, per ipsum flumen nauigare; attamen proprietas eorum, illorum est, quorum prædijs hærent, qua de caussa arbores quoque in ijsdem natæ, eorum sunt. Et publica sunt quidem in vsu communi totius populi, sed non conceduntur occupanti.

Quædam res Vniuersitatis seu Communitatis sunt, non singulorum hominum seu priuatorum, veluti quæ in Ciuitatibus ad vtilitatem, necessitatem, vel delectationem populi factæ sunt: vt theatra, stadia, latæ viæ, picturæ in palatio, curia communis, palatium, nauigium, fundi, serui Ciuitatis, & si quæ alia sunt communia Ciuitatum.

Quædam res sunt nullius, veluti res sacræ & religiosæ, & sanctæ.

Quædam autem res sunt singulorum, sicut sunt res priuatorum hominum. Insti. de rerum di. per to. tit.

Quar-

Quarta diuisio rerum, ratione loci vel situs.

Res ſunt duplices, Mobiles & Immobiles.

MOBILES, quæ facilè de vno loco ad alium moueri poſſunt, veluti ſunt ſerui, pecora, veſtes, pecuniæ, & alia mobilia.

IMMOBILES res ſunt, quæ de loco ad locum facilè moueri non poſſunt.

Et hæ iterum ſunt duplices: Quædam ſunt ſtantes, veluti domus, prædia. Quædam verò iacentes, ſicuti agri, nemora, prata. vt Spec. Sax. lib. i. art. lij.

DE DOMINIO RERVM.

Diuiſio Dominij rerum.

Rerum Dominium eſt duplex: Directum & Vtile.

Dominium DIRECTVM ſeu proprietatis dicitur, quod habet verus & principalis dominus rei.

Dominium VTILE dicitur, quando quis in veritate non eſt Dominus, ſed habet vtilitatem rei ac ſi eſſet Dominus: vt Feudatarius, Vaſalus, & ſimiles.

Per quas perſonas acquiritur nobis rerum dominium?

ACQVIRIMVS nobis Dominium rerum, nō ſolùm per noſmetipſos, ſed etiam per eos, quos in poteſtate habemus.

Eſt autem poteſtas duplex, Dominica & Patria.

Dominica, quæ sub se habet seruos. Quicquid igitur seruus acquirit: id Domino acquiritur. Item per homines liberos, & per seruos alienos, quos bona fide possidemus, vel in quibus vsumfructum, vel vsum habemus.

Est & alia potestas Patria, quæ sub se habet liberos. Liberi enim nostri vtriusque sexus, quos ex iustis nuptijs procreauimus: in potestate sunt nostra. Quicquid igitur acquirunt liberi (exceptis videlicet castrensibus peculijs) hoc parentibus suis acquirunt. Inst. per quas person. nob. acquir. per tot.

Item, acquiritur rerum Dominium per Procuratorem, Tutorem, Curatorem, Rectorem Ciuitatis, & Prælatum Ecclesiæ. vt ff. eod. l. i. § procuratorem. & § vlt. ff. de con. & demon. l. municipibus, extra de pecu. cleri. per totum.

Quot modis nobis res acquiruntur?

Rerum Dominia, acquiruntur dupliciter: vel Iure gentium, vel Iure ciuili.

Ivre Gentivm res acquiruntur pluribus modis. Quandoque per occupationem, veluti feræ, bestiæ, & volucres, & pisces, & omnia animalia, quæ in cœlo seu aëre, in mari, ac terra nascuntur, simul atque ab aliquo capta fuerint, Iure gentium statim occupantis esse incipiunt. Quod enim ante nullius est, id naturali ratione, occupanti conceditur.

Quandoq; rerum Dominia de Iure gentium acquiruntur, per accessionem discretam aut concretam. Per accessionem quidem discretam, quæ ex animalibus Domino nostro subiectis, nata sunt. Per accessionem vero

verò concretam multipliciter, veluti per alluuionem, per intexturam, aut ædificando, aut plantando, aut seminando, aut scribendo, aut pingendo.

Quandoque specificatione & materiarum confusione, & specierum mixtione, vt si ex alieno vino, & melle, mulsum quis fecerit.

Quandoque Iure gentium res acquiruntur per venditionem, emptionem, per traditionem, alienationem, donationem, & iuridicam resignationem. Nihil enim tam conueniens est naturali æquitati, quàm voluntatem Domini, volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi.

Item, res acquirunt per inuentionem, thesauri scilicet, aut rei habitæ pro derelicto. Habetur autem res pro derelicto, quam Dominus ea mente abiecerit, vt illam in numero rerum suarum habere noluerit, ideóque statim Dominus eius esse desinit; & quisquis eam occupauerit, statim eius Dominus efficitur. veluti cùm missilia iactantur in vulgus, tempore coronationis Imperatorum, Regum. &c.

Ivre Ciuili autem, id est proprio Ciuitatis Romanæ, acquirimus rerum Dominia per possessionem, vsucapionem, præscriptionem, per arrogationem, testamentum, successionem, hæreditatis aditionem, de quibus singulis dispiciendum est.

DE POSSESSIONE.

Possessio quid?

Possessio est ius quoddam, quo quis rem corporalem verè vel interpretatiuè in sua potestate hebet. Vel aliter.

Possessio, est corporalis rei retentio, corporis & animi & Iuris adminiculo concurrente.

Dicitur Possessio Retentio ideo, quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit. Nam appellata est possessio, à sedibus, & à verbo pono, quasi sedium atq; habitationis positio & collocatio. Dicitur Rei corporalis, Quia sola corporalia propriè possidentur. Incorporalia autem dicuntur quasi possideri, & quasi tradi per patientiam & vsum. Nam incorporalia non possunt corporaliter apprehendi: sicut Iura & Seruitutes,& ideo non possidentur.

Dicitur Corporis, Animi, & Ivris. Quia hæc tria, vt quis verè dicatur possidere,concurrere debent; scilicet actus corporis, effectus animi; & adminiculum Iuris. Ad hoc enim vt iusta Possessio sit, requiritur, quòd non sit improbata Iure; vt in re sacra & simili, quia res sacra vel religiosa, nec ab ignorante, nec à sciente possidetur. Et quod dictum est de corpore,nõ est intelligendum, quod semper sit necessarium corpore, verbi gratia, pedibus rei insistere. Sufficit enim visus oculorum, vel animi affectus, cùm tradentis voluntate, ad acquirendam possessionem. ff. de acquiren. vel amitt. poss. l. qui vniuersas § 1.

Diuisio Possessionis.

Possessio autem duplex est. Vna, quæ iure consistit · altera, quæ corpore. Hæc naturalis seu corporalis dicitur, illa ciuilis.

Possessio Naturalis seu corporalis dicitur, quãdo rem possessam teneo manu, vel in ea pedem figo,vel saltem cùm res est in conspectu meo, vt ipsam videam, per partem eius.

Possessio Ciuilis seu mentis dicitur, cùm rem meam mente & animo atque cogitatiòne teneo, Iureque pos-

reque possideo, licet desinat esse in manibus meis. Pone exemplum de mercibus, quas aliquis tempore naufragij proijcit in mare. Talis desiit quidem eas possidere corpore; sed tamen ex possessione animi non cessit, quia non voluntariè eas à se abiecit.

Ad quid Possessio est vtilis.

POSSESSIO vtilis est ad Vsucapionem & Præscriptionem, quæ non procedunt sine possessione, iuxta regulam Iuris. Sine possessione, præscriptio non procedit. lib. vj. de reg. iur.

Item, quando quis petit rem, & nõ potest illam probare esse suam; remanebit res penes possidentẽ, quamuis non sit verus dominus rei.

Præterea. Si iura possessoris & petitoris sunt dubia: pro possessore iudicari solet. melior ergo est conditio possidentis. C. de proba. l. Actor. & Initit. l. interdi. & C. de eden. l. non est nouum.

Si verò tu probaueris, quòd res tua sit, & ego dixero rem esse meam, quia mihi eam dedisti vel vendidisti: hac contradictione, propior sum ad probandum. C. de proba. l. cùm res. & l. vis eius. & ff. de excep. l. 1. & extra de proba. cap. 2. Spec. Sax. lib. iij. art. iiij.

Item Possessiò nemini auferri debet, licet mala fide possideat; nisi iudicialiter accusato, victo; & per sententiam iuridicè propulso, seu remoto, aut per contumaciam absenti. Iure Mun. art. xxjx.

Ad veram possessionem bona fides requiritur.

Ad veram possessionem requiritur bona fides posses-

soris carens dolo & fraude, fraudisq; suspicione, cum scilicet aliquis tempore venditionis, donationis, ab cessionis, seu iuridicæ resignationis, credit tradentem esse Dominum, vel habere ius distrahendi, licet erret in facto. ff. de verb. sig. l. bonæ fidei.

Et hæc bona fides semper præsumitur, cùm lex dicat, Præsumitur ignorantia, nisi probetur scientia. ff. de proba. l. verius.

Item, si quis habet dubiam conscientiam: bona fides dicitur. ff. de vsu l. qui scit. § bonæ fidei. Mala autem fides é contrario dicitur, cùm scilicet aliquis sciente possidet rem alienam, aut induxit dolo venditorem ad vendendum, aut contra interdicta legum mercatur, aut rem emit à pupillo sine auctoritate tutoris. in S. S. lib. I. art. xxix. gloss.

DE VSVFRVCTV.

Vsusfructus quid?

VSVSFRVCTVS est ius alienis rebus vtendi, fruendi, salua rerum substantia. ff. eo. l. Est enim vsusfructus ius, id est, seruitus in corpore: quo sublato, & ipsum tolli necesse est. Destructa enim domo, destruitur & vsusfructus, qui habetur in ea. ff. eo. l. ij.

FRVCTVARIVS autem, vel substantiuè Vsusfructuarius dicitur, qui vtitur & fruitur rebus alienis.

Diuisio Vsusfructus.

VSVSFRVCTVS est duplex. Formalis & Caussalis. FORMALIS est, de quo hîc loquimur, qui est seruitus, quando separatus est à proprietate.

CAVSSA-

CAVSSALIS autem est, qui cum sua caussa, id est, proprietate coniunctus est, quod infra planiùs erit.

Vsusfructus pluribus modis constituitur.

VSVSFRVCTVS constituitur, vel Testamento, vel sine Testamento inter viuos pactionibus, & stipulationibus. ff. eo. l. iij.

In quibus rebus constituitur Vsusfructus?

Constituitur autem Vsusfructus non solùm in fundo & ædibus, verumetiam in seruis & iumentis & cæteris rebus: ac in his quoq; licet improprie, quæ vsu consumuntur vel minuuntur: quo in numero sunt, vinum, oleum, frumentum, vestimenta, aurum, argentum, quibus proxima est pecunia numerata, quæ assidua permutatione quodammodo exstingui videtur. ff. de vsufr. ea. rer. quæ vsu consum. vel mino. per totum.

De commodis Vsusfructuarij.

Emolumentum Vsusfructus maximum est, & attenditur secundum qualitatem rei. Si enim Vsusfructus constituitur in fundo seu prædio rustico: quicquid in fundo nascitur, quicquid inde percipi potest, vel ipsa natura, vel industria hominis: ipsius Fructuarij est, sic tamen, vt boni viri arbitratu fruatur. ff. eo. Itẽ si fundi.

Quibus

Quibus modis Vsusfructus finiatur.

VSVSFRVCTVS finitur sex modis.

PRIMO, morte naturali ipsius Vsusfructuarij.

SECVNDO, capitis deminutiõe maxima, vel media.

TERTIO, si Vsufructuarius non vtatur per modum & tempus, id est, vel pro arbitrio boni viri, vel per moderatum tempus, scilicet decem annorum inter præsentes, viginti inter absentes.

QVARTO, per cessionem, quando fructuarius cedit vsumfructum Domino proprietatis. Nam cedenti extraneo, nihil ageret.

QVINTO, per consolidationem vel confusionem rei, id est, si vsusfructus formalis, redeat ad suam caussam, hoc est, ad proprietatem, quod tunc fit, quando vsusfructuarius proprietatem rei acquisiuerit.

SEXTO, interitu vel mutatione rei. Si enim ædium vsusfructus mihi constitutus sit, & ædes incendio consumptæ fuerint, vel etiam terræ motu, vel vitio suo corruerint, sine dubio vsus fructus ita exstinguitur, vt nec areæ quidem vsusfructus debeatur.

Cùm autem finitus totus fuerit Vsusfructus, reuertitur ad proprietetem; & ex eo tempore, scilicet nudæ proprietatis Dominus incipit plenam in re habere potestatem. ff. & insti. eo. per tot.

DE VSV NVDO.

VSVS est ius vtendi rebus alienis salua rerum substantia, proprietate, & dominio.

VSVARIVS autem dicitur ille, qui alicuius rei vsum capit.

Vt, si

Vt si tu, qui es Dominus huius serui, concesseris mihi vti ministerio eius, salua proprietate & dominio.

Et vsus nudus ijsdem modis constituitur & finitur, quibus & vsusfructus. Instit. eo. circa prin.

Differentia inter Vsum nudum & Vsumfructum.

In nudo vsu, minus est iuris quàm in vsufructu. Nam is, qui fundi vel domus nudum habet vsum, nihil vlterius habere intelligitur quàm vt fundi oleribus, pomis, floribus, fœno, stramentis & lignis, ad vsum quotidianum vtatur. In eo fundo vel domo potest habitare cum coniuge sua, & familia, & liberis. Potest quoque hospitem recipere, & inquilinum, dummodo ipse inhabitet sic, vt neq; Domino fundi molestus sit, neq; ijs, per quos opera rustica fiunt, impedimento sit, nec vlli alij ius quod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis concedere potest, cùm is qui vsumfructum habet, possit hæc omnia facere. Instit. eo. § i.

DE VSVCAPIONE, PRÆscriptione, & Vsurpatione.

Vsvcapio est acquisitio, vel adeptio dominij per continuationem possessionis temporis lege præfiniti. ff. eo. ti. l. 3. Vsucapio verò inde dicta est, quòd per vsum quendam & consuetudinem possidendi, capit & acquirit dominium.

Præscriptio autem est, ius quoddam ex tempore congruens, legum auctoritate vim capiens, pœnam negligentibus inferens, & finem litibus imponés. Et di-

Et dicitur Præſcriptio, præciſa & imperfecta locutione, pro; Præſcriprio ex poſſeſſione longi temporis.

Differentia inter Vſucapionem & Præſcriptionem.

Vsvcapio, propriè locum habet in rebus mobilibus. Præſcriptio autem in rebus immobilibus. Largè tamen Vſucapio recipitur pro Præſcriptione: & è contra. vt ff. & Initit. eo. in toto titulo.

Cauſſæ propter quas inducta eſt Vſucapio & Præſcriptio.

Vſucapio introducta eſt ad vtilitatem omnium, contra communem æquitatem naturalem. Quamuis enim hoc natura æquum ſit, neminem cum alterius damno vel iniuria fieri locupletiorem (ff. de con. inde. l. nam hoc) nihilominus introducta eſt Vſucapio, propter tres cauſſas. Prima eſt, ne ſcilicet quarundam rerum dîu & fere ſemper incerta dominia eſſent. Secunda, in odium negligentium, quibus ſufficere debet ad inquirendas res ſuas ſpatium temporis à iure ſtatuti. Tertia, propter finem litium, introduxerunt iura Vſucapionem. ff. & inſtit. eo. circa prin.

Diuiſio Præſcriptionis.

Duæ ſunt ſpecies Præſcriptionis, ſcilicet Longi temporis, & Longiſſimi temporis.

Longi temporis, quæ contra præſentes ſpatio decem annorum: contra abſentes, ſpatio viginti annorũ

completur. C. de præscrip. x. vel xx. anno. l. vltima.

PRÆSCRIPTIO longissimi temporis est, triginta vel quadraginta annorum.

Præsentes & absentes qui dicuntur?

PRÆSENTES dicuntur, qui in eadem Prouincia degunt. Sed absentes, qui in alia. vt C. de præscriptione temp. l. finali.

Requisita ad Præscriptionem.

Ad Præscriptionem si valere debet, sex requiruntur. Bona fides, quò ad initium contractus; iustus titulus: continua possessio: res præscribenda: persona præscribens: & persona contra quam præscribitur. Atq; inter hæc possessio, & bona fides: sunt maximè substantialia. vt not. in c. illud de præscrip.

Quis potest Vsucapere?

Vsucapere potest scilicet Paterfamilias, & Filiusfamilias.

Maximè miles acquisitum in castris vsucapiet.

Pupillus vsucapit, si cum tutoris auctoritate possidet; & sine tutore auctore, cum animum possidendi habeat, id est, quando est iam doli capax, & pubertati proximus.

Item furiosus, quod ante furorem possidere cœpit, vsucapiet. ff. eod. l. iiij.

Quæ

Quæ res possunt præscribi?

OMNES res tam mobiles quàm immobiles, quæ bona fide, & iusto titulo possidentur; præscribi & vsucapi poterint. Vnde præscribi non possunt famuli nostri, quantocunque tempore nobis seruiunt. Itém res sacræ quæ emuntur. Item res fisci. Item res furtiuæ seu vitiosæ. Item res per violentiam occupatæ. Item serui fugitiui. ff. eo. l. 4. Et Spec: Sax. lib: 1. art: 31.

Quanto tempore res vsucapiantur?

RES mobiles, secundum leges præscribuntur & vsucapiuntur per trienniũ. Immobiles verò per longi temporis possessionem, id est inter præsentes decennio, inter absentes viginti annis vsucapiũtur. Inst. eo. cir. prin.

Secundum autem iura Saxonum, præscriptio rerum mobilium vnius anni spatio terminatur. Præscriptio autem bonorum immobilium, fit contra absentes triginta annis, & anno & die. Contra præsentem anno & die. Contra Ecclesiam quadraginta annis. Contra Ciuitatem nullo modo præscribitur. Contra Imperium in quinque annis. Contra Imperatorem vel Imperatricem in instanti. S. S. lib: 1. art: 28. Et lib: 2. art: 44. Iur: Municip. art: 20. 140.

Rerum autem donatarum præscriptio fit, per triduum. Lib: 3. art: 81. Et Iure Municipali art: 30.

De interruptione possessionis seu præscriptionis.

VSVRPA-

VSVRPATIO est vsucapionis interruptio. Oratores autem vsurpationem, frequentem vsum vocant. ff. eo. l. 2.

Interrumpitur autem possessio duobus modis: Naturaliter & Ciuiliter.

Naturaliter possessio rei immobilis interrumpitur, cùm quis de possessione vi eiicitur, vel alicui res immobilis eripitur. Itē per inundationē maris & fluminis. ff. eo. l. naturaliter. CIVILITER interrūpitur possessio, per libellū Principi oblatum. Item per litis contestationem. Item per debiti recognitionem. Item per solutionem vsurarum. Item per precii oblationem. Itē per cautionem à debitore factam. Item per Synodalem proclamationem. vide glos. & doct. in c. placuit. 16. q. 3. Et C. illud autem, de præscript.

DE ADOPTIONE.

ADOPTIO est actus legitimus, per quem quis fit filius, qui aliâs nō est, inde appellata est, Adoptio, quia per eam optionis filius quis efficitur.

Diuisio Adoptionis.

ADOPTIO est duplex. Habet enim se vt genus & species: cùm diuidatur in arrogationem, & adoptionem simplicem.

ARROGATIO fit auctoritate Principis, quando adoptatur is, qui sui iuris est. Quia & is qui adoptat, rogatur, id est, interrogatur, an velit eum quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse: & is qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiatur. inde & arrogatio dicta est, quasi Adrogatio. Atq; hoc modo adoptatus transit cum

omnibus bonis & liberis in potestatem adoptatoris.

Adoptio simplex, fit imperio Magistratus, id est, cuiuslibet Iudicis de eo, qui in potestate parentis est, & manet in eiusdem potestate, adoptione etiam facta. Arrogantur itaque auctoritate Principis, ij qui sui iuris sunt, & qui habent quæ possident, ac cum his omnibus transeunt in potestatem Adoptatoris. Adoptatur verò imperio Magistratus filii familiâs, qui in patris naturalis potestate sunt, nec adoptione esse desinunt, vnde dici solet:

Arrogo qui suus est, & habet: meus esse necesse.
Patris adopto suum, nec patris desinit esse.

ff. de adopt. & eman. per tot.

Sciendum est, quòd adoptiones apud Saxones non seruantur: sed succedunt sibi Iure hæreditario, secundum lineam cognationis naturalis. Spe: Sax: lib: 3, art: 30. Vide librum nostrum de Cognationibus.

DE REI VINDIcatione.

Rei vindicatio, est actio quæ datur ratione dominii, vel quasi; possessionis vel quasi. Vindicare autem est, coram Iudice dicere & allegare rem esse suam, petereq; vt sua esse declaretur, & sibi dominium applicetur. Quod Iure & per Sententiam fieri debet, his verbis: Domine Iudex, peto mihi de Iure admitti, vt rem vindicem meam. quod & Iudex sibi admittere debet. ff. eo. per tot. Et Iure Municip. art: 135.

Rem poßidēs duplicem defensam habet contra Vindicatorem.

REI

REI Possessor, duplicem defensam contra Vindicatorem habet. Vna est extra Iudicium, alia verò coram Iudicio.

Extra Iudicium contingit, cùm defendo meum, si quis mihi illud violenter accipere vel auferre contra Iustitiam velit. Vim enim vi repellere licet. vt ff. de vi. & vj. arma. l. idem est. § si autem. Et Specu: Sax: lib: 2. art: 13.

Item extra Iudicium defensa fit: si alienum apud me habeam, & reddere nolo, tametsi pro fure vel prędone reputabor. Pro vno enim & eodem reputatur, qui bona alterius rapit, & qui aliquem in vsufructu propriæ rei impedit. vt Instit. de vi. bo. rapt. § qui res.

In Iudicio, Possessor rei, triplicem habet defensam. Aut enim dicit rem sibi emptam vel donatam: aut dicit pecus domi suæ esse educatum: aut dicit rem ad se per hæreditatem esse deuolutam.

Si dicat rem emptam vel donatam fuisse: statuere Varendatorem tenetur. Quod si Varendator haberi non potest, & dicit rem in communi & libero foro emptam; nummos perdit, & cum hoc, Iudici mulctam soluit.

Si verò dicat, quòd solus animal educauit, vel rem elaborauit: mettertius probare tenetur.

Si verò dicat, quòd per deuolutionem hæreditariam rem obtinuit: declarabit, vt Iuris est. Iur: Municip. art: 136. Et Spe: Sax: lib: 2. art. 36.

DE INTERDICTO seu Aresto.

ARESTVM est, alicuius personæ vel bonorum eius, per mandatum Iudicis impeditio ne moueatur à loco,

 donec

donec conquerenti respondeat. vt in l. relegatorum, ff. de interdic. & releg.

Et cùm Arestum sit res odiosa, non debet ex leui & facili caussa per Iudicem admitti. Dicit enim regula Iuris: Odia restringi, & fauores conuenit ampliari.

Et obseruandum est pro regula infallibili, quòd Arestum primùm in res, quàm in personã præmitti debet.

Et personæ graues in Iure Ciuili possessionatæ, quæ sunt soluendo: tam ipsæ, quàm res eorum non debent grauari aresto. Personæ autem impossessionatæ & leuis æstimationis, puta lusores, bibuli, rerum suarum dissipatores, & quarum bona pro solutione debiti non sufficiunt: & ipsæ & bona earum arestari possunt: primùm tamen bona, quàm personæ arestari seu consignari debent. Iure Municipali art: 53.

Quomodo verò rerum furtiuarum debet fieri arestatio, seu vindicatio, seu allocutio. vide Spe: Sax: lib: 2. art: 36. Et Iure Municipali art: 132. & 135.

Formula positionis Aresti.

N. Aduocatus iuratus Ciuitatis P. Significo vniuersis & singulis, tenore præsentium. Quomodo in præsentiam officii mei Aduocatialis, veniens talis A. fecit Iudiciale arestum super omnia & singula bona mobilia & immobilia, talis A. & debita ipsius, vbicunque locorum, & apud quascunque personas exsistentia in summa debiti sibi contracti mille florenorum communis monetæ, & numeri Polonicalis, quemlibet triginta grossis computando: & est primus & immediatus in aresto, quod protestatum est, famatis N. & C. Scabinis iuratis. Actum die Sancti Galli. Anno Domini, &c.

For-

Formulæ adstationis Terminorum in caussa Aresti iudicialiter facti.

In eo Iudicio N. procurator & nomine procuratorio talis A. sui principalis iuxta Iudiciale arestum, factum super omnia & singula debita, & bona mobilia & immobilia vbicunque locorum, & apud quascunq; personas exsistentia talis B. in summa debiti mille florenorum, in aresto descripta & designata adstitit, ad primum, secundum & tertium Iudicium. Cui decretum est, ad quartum Iudicium, personaliter concitare præfatum B. debitorem.

Quod si post arestum factum lite pendẽte indecisa, moriatur principalis debitor: decernetur adcitatio contra ipsius propinquiores hæredes, aut contra eorum tutores si minorennes fuerint, de forma Iuris.

Quartum Iudicium.

In eo iudicio M. plenipotens nomine sui principalis A. adstitit, ad quartum terminum in caussa iudicialis aresti super omnibus & singulis bonis & debitis olim B. facti, in summa debiti mille florenorum, & allocutus est super hæredes propinquiores seu tutores liberorum & bonorum præfati olim B. vt coram Iudicio compareant, quemadmodum sunt personaliter adcitati; admissuri quartum Iudicium, vel Iuris strepitu contradicturi.

Et si non comparuerint, quæsiuit in Iure, an in sua caussa ceciderunt, aut quid iuris sit?

Ex aduerso P. comparens & adstans coram Iudicio cum filiis & hæredibus olim B dixit & allegauit, eos esse in Iure Ciuili benè possessionatos: sed orphanos non habentes annos perfectæ ætatis, seu discretionis, neque tutores, & neque se defendere scientes & potentes: quæsiuitq; in Iure, an caussa huiusmodi aresti, differri & durare debeat ad annos discretionis ipsorū, aut quid sit iuris?

Continuatio Termini.

Ad allocutionem ipsius M. & responsionem P. Iudicium caussam ipsam ad deliberandum super ferenda sententia ad proximum Iudicium continuauit & prorogauit, Iuri partium in nullo nocendo de forma Iuris.

Fertur Sententia in alio Iudicio.

IVDICIVM auditis & maturè discussis partium allocutionibus & responsis, decreuit. Ex quo filii & hæredes olim B. sunt in Iure Ciuili nostro benè possessionati, sed minorennes & orphani, tutores non habentes, nec defendere scientes & potentes: ex tunc prædicta caussa Aresti durare & differi debet ad annos discretionis, seu ætatis perfectæ ipsorum de forma Iuris. Quam sententiam præfatus M. plenipotens ex parte A. sui principalis pro Iure non suscepit: verùm in hoc ad Ius supremum Prouinciale Castri Cracouiensis appellauit, & portare debet sibi exinde rem subsidiariam in die longiori de forma Iuris.

Præcustoditio Iuris sui.

In eo

In eo Iudicio M. plenipotens solenniter protestatus est, quòd ipse præcustodit & non prætermittit Ius Domini sui principalis, vt ageret contra apportatum Ortilegium ex Iudicio supremo, donec eum præsentem assequi poterit, quod solidauit.

Aperitur & publicatur Ortilegium in alio iudicio.

In eo Iudicio publicatum est Ortilegium Iuris supremi, latum in caussa aresti bonorum & debitorum olim B. quod partes audientes an illud pro Iure debeant suscipere necné? ad deliberandum ad proximum expositum Iudicium sibi receperunt. quod solidatum est.

Ab Ortilegio Iuris supremi ad M. Regiam appellatio.

In eo Iudicio M. Procurator & plenipotens dixit & allegauit principalem suum A. sententia nostra, & item Iuris supremi Theutonici Maydeburgensis CastriCracouiensis in confirmationem nostræ sententiæ lata, fore grauatum, à qua ad Sacram Regiam Maiestatem Dominum nostrum clementissimum, tanquam ad Iudicem supremum appellauit. Cui appellationi nos ob reuerentiam suæ Maiestatis Regiæ detulimus, & eam admisimus de forma Iuris.

DE SERVITVTIBVS.

Seruitutum Diuisio.

SERVITVTES sunt duplices: Personales & Reales.

PERSONALES sunt: vt vsusfructus, vsus, habitatio, opera siue ministeria seruorum. Dicuntur autem Personales, propterea quia & hominibus debentur, & cum iis pereunt atque exstinguuntur. l. 8. ff. tali. ff. eo. l. 2c.

REALES autem seruitutes sunt, quæ Prædiorum sunt, & sine prædiis tanquam rebus immobilibus atq; stantibus, constitui non possunt. Inst: eo. lib: 1.

Et quoniam prædia sunt duplicia, rustica & vrbana: iccirco seruitutes Reales duplices sunt. Aliæ rusticorum prædiorum: aliæ vrbanorum. ff. eodem titulo, lege prima.

De Seruitutibus rusticorum prædiorum.

Rusticorum prædiorum seruitutes sunt, quæ prædiis rusticis debentur. Et sunt hæ, Iter, Actus, Via, Aquæductus.

ITER est ius eundi, ambulandi, homini, non etiam iumentum agendi vel vehiculum. Siue ergo quis eat solus, siue sella aut lectica vehatur, vel equo, vel quouis animali ire dicitur, sed agere iumentum, vel plaustrum ducere non potest. Quia iter tantum habet. Insti. eo. in prin.

ACTVS est ius eundi, ambulandi; agendi iumentũ vel vehiculum. Itaq; qui iter habet, actum non habet: qui actum habet, iter habet, id est, commoditatem itineris, eoq; potest vti etiam sine iumentis, non tamen habet duas seruitutes. vt ff. de annun. l. 1.

VIA est ius eundi, & agendi, & ambulandi. Nam & iter, & actum, in se via continet.

AQVÆDVCTVS est, ius aquæ ducendæ per fundum alienum.

Inter

Inter rusticorum prædiorum seruitutes, quidam computari rectè putant, aquæ haustum, id est, ius hauriendi aquam de puteo vel fonte vicini.

Item pecoris ad aquam appulsum, id est, ius appellendi pecora agri mei, per prædium vicinum, ad fontem vel puteum.

Item ius pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ. Insti. eo. § inter rusticorum prædiorum.

De Seruitutibus vrbanorum prædiorum.

PRÆDIORVM vrbanorum sunt seruitutes eæ, quæ ædificiis inhærent. Ideò vrbanorum prædiorum dictæ, quoniam ædificia omnia, Vrbana prædia appellamus, etiam si in villa ædificata sint.

SERVITVTES autem vrbanorum prædiorum sunt hæ: vt vicinus onera vicini sustineat: vt in parietem eius liceat vicinio tignum immittere: vt vicinus stillicidium, vel flumen vicini recipiat in ædes suas, vel in aream, vel in cloacam, vel non recipiat: & ne altiùs quis tollat ædes suas, ne luminibus vicini sui officiant, cæteraq; istis similia. Insti. eo. § prædiorum vrbanorũ.

DE DONATIONIBVS.

DONATIO, est rei licitæ, nullo iure cogente, mera liberalitate facta collatio. vt in l. donare. ff. de reg. iur. Dicitur autem donatio à dono, quasi doni datio. ff. de mort: caus. donat. l. senatus. § 1.

Dictum est in definitione REI LICITÆ, quia illicitæ rei donatio non tenet. veluti, si quis donaret rem quæ in alterius dominium transire non potest. vel cu-

ius commercium haberi non poteſt. puta, rem ſacram vel religioſam, vel Solem, vel Lunam. Inſti. de inuti. ſtip. rum. i. & § i. & ii.

Dictum eſt, NVLLO IVRE COGENTE, quia naturaliter & vi pacti obligatus, ſi ſoluat: non donat, ſed debitum ſoluit. ff. de donat. l. hoc Iure. § pe.

Dictum eſt MERA LIBERALITATE, id eſt, ex animi voluntate, quia propter nullam aliam cauſſam facit, quàm vt liberalitatẽ & munificentiã exerceat donator.

SI ERGO ex neceſſitate fiat, non eſt donatio. Nemo enim in neceſſitatibus liberalis exſiſtit. ff. de adi. vel trans. leg. l. rem legatam.

IDEO PRÆLATI, impropriè dicũtur conferre beneficia: cùm neceſſe habeant hoc facere. Niſi enim infra ſex menſes hoc fecerint: deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem. de conceſſ. preb. c. 2.

Diuiſio Donationum.

Donationum duo ſunt genera. Cauſſa mortis, & inter viuos.

CAVSSA Mortis donatio eſt, quæ fit propter timorem vel ſuſpitionem mortis inſtantis vel futuræ.

INTER viuos donatio eſt, quæ ſine vlla mortis cogitatione fit. Inſt. de donat. § 1. & 2.

Donatio CAVSSA MORTIS eſt, cùm quis habere ſe mauult, quàm eum, cui donat: magisq; eum cui donat, quam hæredem ſuum, fitq; propter manifeſtum aliquod mortis periculum. Et ſic apud Homerum Odyſea 17. Telemachus Vlyſſis ex Penelope filius, munera quæ ſecum claſſe à Menelao aduexerat, Piræo fido ſocio ſuo donat, ea conditione, vt ſi à Procis occideretur, iis Piræus tanquam ſuis frueretur: ſin autem

cem ipse Procos interficeret: vt ipsi postea omnia restitueret. Ait enim se magis velle, vt Pyræus potiùs illa dona habeat, quàm aliquis Procorum. ff. de mort. causs. donat. l. 1. Inst. eo. § Et in summa.

Donatio Mortis caussa non est, nisi exprimatur Mors.

Et in effectu, Donatio mortis caussa dicitur, quandocunque in donatione, habetur mentio vel suspicio mortis. Si verò mors non exprimitur, donatio etiamsi fiat ab infirmo, dicitur inter viuos. ff. eo. l. seia. § fi. & ibi doct.

Legatum, & Donatio Mortis caussa, quomodo conueniant & differant?

DONATIO mortis caussa, æquiparatur legato ferè per omnia: quantùm ad vim & potestatem. Quia sicut legata morte confirmantur, vt reuocari non possint: (Morte enim donatoris confirmantur) ita donationes mortis caussa.

Differunt autem in quibusdam, vt filius familias mortis caussa donat, sed non legat etiam consentiente patre.

Item legatum semper ab hærede traditur: donatio autem quandoque à defuncto, quandoq; ab hærede.

Sunt & aliæ differentiæ quas enumerat glo. insti. de don. § 1.

Dona-

Donatio Mortis caussa, reuocatur tribus modis.

DONATIO mortis caussa reuocatur tribus modis videlicet, si donator conualuerit: si eum donationis pœnituerit. Quia voluntas est ambulatoria vsque ad mortem. vt ff. de ad. leg. l. iij. in fi. aut si prior decesserit is, cui donatum sit. insti. eos. § 1.

Potest quis donare, caussa mortis suæ & alterius.

MORTIS caussa capimus non tunc solùm, cùm quis suæ mortis caussa nobis donet: sed etiam si propter alterius mortem id faciat: veluti si quis vel filio vel fratre suo moriente, donet Mæuio ea conditione vt si conualuerit alteruter eorum cuius intuitu donatur, reddatur sibi res: si decesserit, maneat apud Mæuium. ff. eo. l. xviij. Nam quicquid propter alterius mortem obuenit: omnibus caussa mortis capere permittitur, qui scilicet legata accipere possunt. l. ix. ff. eo.

Donatio inter viuos quid?

DONATIO inter viuos secundum Azonem est, quando rem quam dono, malo habere illum cui dono, quam me.

Diuisio donationis inter viuos.

Est autem Donatio inter viuos duplex: Alia ob caussam est, alia simplex.

Do-

DONATIO ob cauſſam eſt, quæ fit ob cauſſam interpoſitam, vt aliquid fiat vel non fiat, veluti eſt donatio propter nuptias. ff. de donat. l. 1. & c. de con. ob cauſſ. pro.

SIMPLEX eſt, quæ ob nullam cauſſam fit, ſed merè gratis. & eſt duplex. Perfecta & Imperfecta.

PERFECTA ſeu pura eſt, cùm aliquis eâ mente donat, vt ſtatim velit accipientis fieri, nec vllo caſu ad ſe reuerti. Et hæc propriè donatio appellatur.

IMPERFECTA eſt, cùm donat aliquis vt tunc demum accipientis fiat, cùm iſtud ſecutum fuerit, cuius intuitu donat. Hæc autem non propriè donatio appellatur, ſed eſt donatio ſub conditione, vel modo, vel certo tempore.

Fit autem donatio ſub conditione, per dictionem SI, ita dicendo: Dono tibi centum, ſi Rex intra annum redierit in Poloniam. Vel: Do tibi Pandectarum librum, ſi fies Conſul. vel ſic: Dabo vel donabo tibi hoc, ſi feceris hoc vel illud. Et donatio ſub conditione facta, non tenet niſi aduenieute conditione, vel ea impleta. ff. de condi. & demonſt. per totum.

DONATIO ſub modo fit, per dictionem VT. Verbi gratia: Do tibi dono rerum mearum proprietatem ita, vt poſt mortem tuam ad me redeant. Vel ſic: Dono tibi fundum, vt curã meorũ liberorum habeas. Vel ſic: Dono tibi tres marcas auri, vt puellas pauperes dotes, vel redimas captiuos, vel mihi monumentum ædifices, vel vt in ſingulis annis, pro me tributum ſoluas, vel aliquid huiuſmodi. Et donatio facta ſub Modo, tamdiu non reuocatur, quàmdiu modus ſeruatur: modo autem illo non exſiſtente, donatio reuocari poteſt. c. de don. quæ ſub mo. l. i. ii. & iij. & v.

CAVSSA autem in donatione ſignificatur per dictionem QVIA. Exempli gratia: Dono Titio decem: quia

quia negotia mea gessit. Do, Bertæ aureum pomum, quia fratri meo nupsit. Vnde dici solet:

Scito, quòd VT, Modus est: SI, Cõditio: QVIA, Caussa. de hoc glo. in C. de cond. ap.

DONATIO autem simplex, perfecta & pura, perficitur. cùm Donator voluntatem suæ liberalitatis in scriptis, vel sine scriptis, id est nudo consensu donato manifestauerit, puta per verba talia: dabo vel donabo tibi talem rem. Et perficitur nedum inter præsentes, sed & inter absentes per nuncium, vel per epistolam, cuius nec breuitas nocet. Quid enim in donationibus verbis superfluis opus est, quæ rerum effectus nullus sequitur? de donat. l. vlt. & inst. eo. § Nec refert. Vtrum Donator suam voluntatem manifestauerit per verba futuri temporis, dabo vel donabo: quia donatio potest fieri instar stipulationis, quæ in futurum concipitur: vel per verba præsentis temporis, do vel dono, quia donatio fit nudo pacto, & pactum etiam fit per verba præsentis temporis. vt c. eo. si quis argentum. § si. de pact. l. tale.

Donator cogitur rem tradere.

DONATIONES perfectæ, traditionis necessitatem ad exemplum venditionis in se habent. Vt enim Venditor rem venditam numerato sibi precio, tradere cõpellitur: ita donatori, post emissam liberalitatis vocem; auctoritate legum, necessitas traditionis rei incumbit. Insti. eo. § aliæ autem.

Ad quid tenetur donator?

TENETVR igitur donator, ad traditionem rei, quam dare promisit, vel ipsius æstimationem, si rem tradere non po-

non poteſt. Si verò res euincatur, non tenetur de euictione, niſi ex pacto ita conuenerit. Sed ſi non poteſt ſoluere vel reddere quod promiſit; condemnabitur in quantum facere poteſt. id eſt, ratione ipſius habita, ne egeat. ff. de re iud. l. ſunt qui. & l. inter eos.& l. Neſennius.

Donatarius tenetur ad Antidora.

DONATARIVS, naturaliter, id eſt, Iure primæuo & naturali adſtringitur ad ἀντίδωρα, id eſt, ad remunerationes. Vt, quia ego tibi benè feci: vnde & tu teneris mihi naturaliter ad antidora. Quia ſecundum naturam, nedum homo, ſed & cætera animalia, mouẽtur benefacere benefacienti; hoc eſt, vicem rependere, & beneficium recognoſcere. & ſic defendit canis benefactorem. ff. de peti: hære. l. ſed & ſi lege. §Conſuluit.

Quæ donatio inſinuatione eget?

DONATIO ſimplex, quæ ſummam quingentorum aureorum excedit: inſinuationem requirit, id eſt, ſcripturam factam in præſentia publicarum perſonarum. Si fuit in Actis apud Iudicem competentem: non eſt neceſſarium priuatos teſtes adhiberi, cum publica munimenta ſufficiant. C. eo. l. in donati. Donatio verò, quæ ſummam quingentorum aureorum non excedit: ſine ſcriptura fieri poteſt. C. eo. l. pe. § fi.

Quæ donationes non egent ſcriptura?

Excipi-

Excipiuntur quædam donationes, quæ licèt quingentos aureos excedant, tamen nullam insinuationem desiderant, sed in se plenissimam habent firmitatem, veluti, si donetur in redemptionem captiuorum; vel piis locis: vel à Magistro militum donetur militibus: vel in refectionem domus donetur alicui; vel si donat Imperator, vel ei donetur: vel in donatione propter nuptias, vel si remittantur vsuræ futuri temporis. Insti. eo. § 2. & glo. inibi.

Quis poßit donare?

Donare potest secundum Hostiensem: Paterfamilias & dominus, & compos mentis, & cui per leges nó est interdicta donatio.

Donare ergo non potest Filiusfamilias, seruus, monachus vel conuersus: quia propriũ non habet. similiter nec minor xxv. annis, nec pupillus sine auctoritate tutoris, nec furiosus, vel prodigus, nec is cui interdictum est alienare: vt quia commisit crimen læsæ Maiestatis, vel hæreticus est, nec is qui condemnatus est de publico crimine, licèt ante sententiam donare possit. ff. eo. l. post contractum. & l. donationes. § vlt.

Item nec mulier quicquam dare potest sine consensu mariti. Iure mu. art: lxv.

Senectus autem ad donationem faciendam sola non est impedimento. quia homo vel mulier ætatis decrepitę, ita potest donare; sicut si esset in ætate virẽte vel forti. c. e. l. senectus.

Cui poßit donari?

DONARI cuilibet potest, nisi per legem prohibeatur, siue absens sit siue præsens, notus vel ignotus, amicus vel meretrix, paterfamilias vel filiusfamilias, extraneus

traneus tamen. Filio enim familias suo, vel vxori propriæ, donatio facta non valet, nisi morte confirmetur. c. de do. inter vir. & vxor. l. donationes.

Fallit in milite, qui meretrici donare non potest: & si fecit aliquam donationem, potest eam reuocare. c. de do. inter vi. & vxo. l. si ancillam.

Ergo multò minus, inquit Hostiensis, Clerici suis focariis dare possunt: & videtur quòd nec aduocati, quia & isti milites dicuntur, & isti tres æquiparantur. xiiij. q. i. militare. tamen hi & isti quotidie donant.

Caussæ ex quibus reuocatur donatio liberto facta.

DONATIO perfecta per patronum facta liberto, & quod maius & speciale est, res ex pecunia, donata empta, si ingratus sit, & obsequia negligit præstare; reuocatur. c. de reuoc. do. l. i. Sed tamen licet in hoc casu donatio reuocetur: nō tamen libertas. c. de lib. e. l. solo.

Similiter si patronus liberos non habens bona omnia vel partem aliquam facultatum libertis donatione largitus fuerit, & postea susceperit liberos: ipso iure tota donatio reuocatur. c. eo. l. si nunquam.

Donationes inter viuos, ex quinque caussis reuocantur.

Donationes inter viuos etsi plenissimę sint, factę extraneo vel filio emancipato: tamen ex quinq; caussis reuocantur.

Prima, si Donatarius graue damnum, in bonis donatoris intulerit. Secunda, si Donatarius, atroces iniurias

 in Dona-

in donatorem effundat. Tertia, si manus impias seu violentas in eum iniecerit. Quarta, si vitæ periculum aliquod ei inferre præsumpserit. Quinta, si conditionem in donatione impositam non impleuerit. Vnde carmina:

Quinq; modis perdo, mihi quæ donata fuêre.
Infero si damnum grauiter donantis in ære.
Huic per me si sit atrox iniuria facta,
Si persona fuit manuali vulnere tacta.
Quando suæ vitæ crudeliter insidiabor,
Ingratus domino, re donata spoliabor.
Ingratum factum, dic mecum frangere pactum.

Et debent istæ caussæ ex quibus reuocatur donatio, in Iudicio probari dilucidis argumentis.

Et quod solus donator non reuocauit, eius hæredes reuocare non possunt. Quia hæ reuocationes sunt personales, nec extenduntur ad hæredes illorum, qui in vita sua siluerunt. Vnde dicit lex, hoc tamen vsque ad primas personas tantummodò stare censemus, nulla licentia concedẽda donatoris successoribus huiuscemodi quærimoniarum primordium instituere. Et enim si ipse, qui hoc passus est, tacuit; silentium eius maneat semper, & non à posteritate eius suscitari concedatur, vel aduersus eum, qui ingratus esse dicitur, vel aduersus eius successores. c. de reuoc. do. l. in fi.

In tribus casibus, Matri secundò nubenti, competit donati reuocatio.

Quod Mater filio donat, ex ingratitudine non reuocatur, postquam transiret ad secundas nuptias; nisi ex tribus caussis.

PRI-

PRIMA, si vitæ eius insidiatur.

ITEM si manus impias in eum intulerit.

TERTIA, si totius substantiæ molitus est iacturam, c. de re. donat. l. his. & Authen. ibi sig.

Quare donationes prohibitæ sunt inter coniuges?

DONATIONES simplices inter virum & vxorem, constante matrimonio: tam iure Canonico quàm Ciuili, prohibitæ sunt quatuor ex caussis.

PRIMA, ne coniuges mutuo amore se inuicem spoliarent, donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate vtẽtes. l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.

SECVNDA, ne fortè coniugibus intentis ad acquirendum pro donatione, non esset studium liberos educandi vel habendi. ff. eo. l. ij.

TERTIA caussa est, quia sæpè futurum esset, vt discuterentur matrimonia, id est, separarentur, si non donaret is, qui posset, atque ea ratione euenturum, vt venalia matrimonia essent, quod esse non debet. ff. eo. l. ij. & C. de inuti: sti. l. ij.

QVARTA ex caussa, leges inter virum & vxorem donationes prohibuerunt, æstimantes amorem honestum, solis animis non lucro. Famæ etiam coniunctorũ consulentes: ne concordia, precio conciliare videretur: neúe melior in paupertatem incideret, deterior ditior fieret. ff. eo. l. iij.

Donationes lucratiuæ sunt prohibitæ.

PRO-

PROHIBVERVNT igitur leges, istas donatio inter coniuges constante matrimonio fieri: quibus ctis, donans fit pauperior in rebus suis, & recipi locupletior: & si fuerint factæ, non tenent: nisi fuer confirmatæ morte donatoris, & istæ appellantur, l cratiuæ donationes.

Remuneratiuæ donationes pe missæ sunt.

REMVNERATIVÆ donationes constitutioni Principum sunt permissæ: puta, si plebeius nobil vxorem ducat, aut plebeia militem, vel rusticana literatum, aut dignitate præditum recipiat: pote compensationem præeminentiæ aliquid donare. c ti. per totum.

Casus in quibus donatio inter coniuges valet.

DONATIONES simplices, factæ inter coniug constante matrimonio, non valent, etiam si interue nerit iuramentum, nisi morte confirmentur donato puta, si is qui donauit, vsque ad vltimum diem vi suæ in eadem voluntate donationis perseuerauerit. dem libro i. & iij.

Item valet donatio, si alter coniugum non fit id in rebus suis pauperior, licèt alter fiat ditior: vt si m ritus hæres ab aliquo institutus non adeat hæredi tem, vt vxori substitutæ locum faciat.

Similiter tenet donatio, si alter non fiat ditior, li alter fiat inde pauperior: vt si vir vxori, cuius ædes i cendi

cendio consumptæ sunt, ad refectionem earum pecuniam donauerit: valet donatio intantum, inquantum ædificii extructio postulat. Ratio, quia nō videtur accipiēs locupletior, cùm de suo tantùm amiserit. l. quod si. ff. de donat. inter vir: & vxor.

Quatuor modis reuocatur donatio inter coniuges.

Donatio inter virum & vxorem infringitur & reuocatur quatuor modis.

PRIMO, expressè per pœnitentiam donatoris. Nam debet attendi suprema voluntas eius qui donauit, quæ ambulatoria est vsq; ad vitæ supremum exitum. l. cùm hic status. ff. eo.

SECVNDO per mortem, si donatarius suo donatori præmoriatur. ff. eo. l. e. &c. donatio. de donat: inter virum & vxor.

TERTIO per diuortium, si diuortium post donationem propter adulterium intercesserit: exstinguitur donatio. Si autem separantur coniuges cum bona gratia, non cum ira sui animi, & offensa; vt caussa religionis, valebit donatio. Item donatio tenet, si post diuortium factum, deinde matrimonium restauratur, & donator in eadem voluntate decesserit. ff. eo. l. e.

QVARTO, reuocatur donatio inter coniuges per sequentem obligationem aut alienationem rei donatæ per donatorem factam. Verbi gratia: vir donauit vxori fundum, postea vir obligat, vendit, vel alio quouis modo fundum alienat: ex huiusmodi obligatione, aut alienatione, reuocatur donatio à viro in mulierem facta. C. eo. l. si maritus.

Jus Ciuile prohibet donation[e] inter has personas.

Ea quæ diximus de donatione inter virum & v[x]orem, non solùm virum & vxorem complectuntur; [s]ed etiam cæteros, qui propter matrimonium donare pr[o]hibentur. vt puta inter socerum & nurum, vel è co[n]trà: vel inter generum & socerum, & è contrà: vel i[n]ter consoceros, qui copulatos matrimonio in potes[ta]te habent. ff. eo. l. cùm hic status. § oratio. & C. e[o]. l. nec inter eas.

Donatio propter nuptias.

Est & aliud genus inter viuos donationis, quod ol[im] appellabatur ante nuptias: nunc autem propter nup[ti]as vocatur. Inst. eo. § sed tamen nomen.

Est autem donatio propter nuptias, quam spon[sus] sponsæ facit, vel alius eius nomine; vel alii nomi[ne] sponsæ, fieri potest. ff. de iur: dot. l. profectitia resp[.] § quod si quis patri. & § sed & si. de donat: inter v[i]rum & vxorem, & si necesse, & C. nuper.

Vxor dat Marito dotem, Ma[ri]tus facit Vxori donationem propter nuptias.

NOLVMVS te ignorare, quòd mulier primò deb[et] dare vel constituere marito dotem; vir autem qua[n]do ab ea dotem accipit, debet facere donationem pr[o]pt[er]

pter nuptias. & in practica seruatur, quòd sponsus siue accipiat dotem siue non: facit sponsæ donationem, quæ vocatur propter nuptias, vel Dotalitium, quod idem est. de donat: inter vir: & vxor. c. inter.

Quando sit Donatio propter nuptias.

POTEST autem huiusmodi donatio fieri ante nuptias vel post nuptias, marito dicente. Tale quid dono tibi propter nuptias in dotalitium. Et sufficit quòd mulier in possessionem inducatur, & quòd non ipsa, sed maritus ad vxoris sustentationem fructus percipiat. ff. de iure do. l. si is. § ibi.

Dos & Donatio propter nuptias æquari debent.

REGVLARE est, quòd dos & donatio propter nuptias debent esse in æqualitate, vt quantum dat vxor in dotem, tantum det in donationem propter nuptias maritus: nisi in contrarium sit consuetudo.

Donationes propter nuptias dotibus in hoc exæquantur, vt quemadmodum dotes constante matrimonio non solùm augentur, sed etiam de nouo fiunt: ita & istæ donationes, quæ propter nuptias introductæ sunt, non solùm antecedunt matrimonium, sed eo etiam contracto augentur, & de nouo constitui possunt. Insti: de donat. § est & aliud.

Cur inducta est Donatio propter nuptias.

DONATIO propter nuptias inducta est: vt subue niatur mulieri per eam. Quia soluto matrimonio, res dotales non exsistant: ex donatione consulitur mulieri, vt salua sit ei dos. Ideo maritus huiusmodi donationem alienare non potest, etiam consentiente vxore. Inst: quibus alie: li: in prin.

Sicut dos vxori, sic donatio propter nuptias, iure redditur viro.

SICVT dos, soluto matrimonio, redit ad mulierem vel eius hæredes: ita donatio propter nuptias, iure redit ad virum vel eius hæredem, cùm sit æqualitas, in Auth: de qualitate do. § 1. col: vii. Et hoc verum nisi intercesserit pactum de lucranda dote vel donatione: vel nisi secus de consuetudine approbata obtineat. vt de donat: inter virum & vxo. c. vl. &c. donat. § sane: & empt. & vend. c. peruenit.

Sponsalitia largitas quid sit?

SPONSALITIA largitas, est simplex donatio, quam sponsus facit sponsæ, non respectu dotis, & è contra. C. de donat: propter nuptias. l. cum te. & aliis pluribus de hac in Auth: vt sponsa largi. col: 8.

Dicit tamen lex, quòd raro contingit, vt sponsa sponso con

ſo conferat. quia fœmininum genus, auariſſimum eſt. C. eo. ſi à ſponſo. ff. de donat. inter virum & vxorem. l. ſi ſtipulata.

De Donationibus iudicialiter factis.

Donatum ſiue abſceſſum ſi quid ſit, coram Iudicio bannito, viro vel mulieri: in eo mulier cum ſua parte ſiue dono accepto, pro ſuo arbitrio facere poteſt ſine cuiuſuis contradictione.

Hoc idem etiam vir facere poterit, cum parte ſui doni, quod acceptauit, quicquid voluerit.

Ius Saxonum in donationibus ſpeciale.

Saxones in donationibus & alienationibus bonorum: Ius ſpeciale & priuatum habent.

Nam cùm quis donationem proprietatis ſeu bonorum hæreditariorum immobilium admortuorum facere vult; illam ſine hæredum conſenſu, & legittimo iudiciario termino facere, nulli licet. Quia alienaret contra Iuſtitiam, quòd de Iure alienare a ſuis hæredibus non poteſt; & hæres qui fuerit, ipſam proprietatem coram Iudicio veris ſententiis poſtulet: & eam quaſi donator obiiſſet, obtinebit. Spe: Sax: lib: 1. art: 52.

Mobilia verò bona donare poteſt & alienare: dummodo id faciat tempore quo donationem facere neceſſe eſt, hoc eſt, tempore perfectæ ſanitatis. Nam aliâs, ſi donauerit quid tempore ægritudinis, quo ſolus huiuſmodi re vti non poteſt: donatio erit nulla. quia donat il-

nat illud quod ſuum non eſt, ſed hæredum eius, vt i
Authen. de mand: princi. § oportet autem. col. 3. I
Authen: de inceſt: nupt. § 1. col: 2. Indecens nam
eſt, vt quis ſuos indigentes relinquat, extraneos ditan
do. vt in Authen. de trien. & ſemiſ. § frequenter. col.
& glo. in alleg. lib: & artic: Spe: Sax.

Formula Donationis inter viuos.

In eodem Iudicio bannito perſonaliter conſtitutu
famatus N. ſanus mente & corpore, publicè & per ex-
preſſum recognouit: quia laneum agri ſuum propriũ
inter agros C. ex vna, & B. partibus ex altera ſitum,
dedit, donauit, & reſignauit perpetuè & in æuum ir-
reuocabiliterq; cum omni iure, dominio, proprietate,
tituloq; hæreditario, & cum omnibus ad ipſum agrum
pertinentibus, & quouis modo ſpectantibus, & vtilita-
tibus vniuerſis, nihil iuris, dominii, proprietatis, &
quorumuis vſufructuum & vtilitatum in prædicto la-
neo agri pro ſe & ſuis ſucceſſoribus reſeruando ſeu ex-
cipiendo, ita latè, & longè, circumferentialiterq;, pro-
ut præfati lanei agri hæreditas ſe in ſuis metis & limi-
tibus extendit, & prout ſolus illum tenuit, habuit, &
poſſedit, famato L. fratri ſuo germano, & eius ſucceſ-
ſoribus legitimis ad tenendum, habendum, & perpe-
tuè poſſidendum, & ad vſus beneplacitos conuerten-
dum. & iam prædictus D. ex nunc, præfato L. fratri
ſuo germano dedit realem intromiſſionem, & actualem
poſſeſſionem in prædictum agrum lanei, per Dominos,
Aduocatum & Scabinos Iudicio præſidentes, & debe-
bit tenebiturq; ipſum & ſucceſſores eius varendare, tu-
eri, defendere, eliberare, & pacificare occaſione dona-
tionis

tionis præmissi agri, ab omni impetitione iuridica, ab omnibus personis, toties quoties sibi opus fuerit. Quæ quidem donatio admissa & confirmata est habere robur perpetuæ firmitatis, in omnibus & singulis suis punctis & clausulis, de forma iuris.

Formula Donationis inter Coniuges.

COMPARENTES personaliter coram Iudicio bãnito, famati N. & B. coniuges, sani mente & corpore exsistentes, & vsi amicorum consilio salubri; publicè & per expressum recognouerunt, N. maritus per se, & B. vxor eius per L. plenipotentem & tutorem suum ad hoc specialiter sumptum, de consensu eiusdem sui mariti, in omni meliore modo & forma, quibus de iure potuit & debuit: quia proprietatem, dominium, & hereditatem omnium bonorum suorum hæreditariorum & obligatoriorum, quæ nunc habent & in post habebunt, nullis exceptis, inuicem & mutuò ex caussa mutuæ beneuolentiæ donauerunt, concesserunt, inscripserunt, & resignauerunt sibi, alienando, & excludendo omnes suos consanguineos, tali videlicet modo. Quod si præfatum N. priusquam præfatã B. mori contigerit; ex tunc ipsa hęc bona omnia mobilia & immobilia prædicti N. mariti sui obtinebit, & possidebit, cum omni iure, dominio, & proprietate, & titulo hæreditario, nihil excipiendo, habebitq́: facultatem eadem omnia bona vendendi, donandi, alienandi, & ad vsus beneplacitos conuertendi, sine quouis impedimento & contradictione successorum præfati N. mariti sui. Et similiter, si contigerit prædictam B. priùs mori, quàm ipsum N. extunc præfatus N. bona omnia tam mobilia

quam

quàm immobilia præfatæ B. obtinebit, & possidebit, cum pleno iure, dominio, proprietate, & titulo hæreditario, & omnibus eorundem bonorum attinentiis, nullis penitùs exceptis: habebitq; potestatem eadem bona pro arbitrio suo vendendi, donandi, commutandi, alienandi, & ad vsus beneplacitos conuertendi. Qui quidem contractus donationis admissus est & confirmatus habere robur perpetuæ firmitatis in omnibus & singulis suis clausulis, de forma iuris.

Formula reuocationis Donationis.

FAMATVS N. coram Iudicio nostro bannito personaliter constitutus, mente & corpore sanus, de bono consilio & de bona deliberatione sua suorumq; amicorum; donationem factam B. iuxta inscriptionem, quæ continetur in Actis Iudiciorum nostrorum bannitorũ, feria secunda post festum sancti Stanislai in Maio, Anno 1539. cassauit, reuocauit, & mortificauit, in omnibus suis punctis & clausulis, nolens illam amplius alicuius esse vel roboris vel momenti.

DE TESTAMENTIS.

Quid Testamentum & vnde dicatur?

TESTAMENTVM est, voluntatis nostræ iusta sententia, de eo quòd quis post mortem suam fieri velit, cum institutione hæredis. ff. de testam. lib: 1.

TESTAMENTVM autem ex eo appellatur, quòd testatio mentis sit. Inst: eo. ti. in prin. Di-

Dictum est in Definitione, VOLVNTATIS NOSTRÆ, hoc est liberæ. Quia si quis cogeretur testamentum facere: non valet, etiamsi firmaret Iureiurando ipsum nolle mutare. Coacta enim voluntas, non est volũtas. C. cùm locum. de spon.

Dictum est, IVSTA SENTENTIA, hoc est, iusta & legitima dispositio de omnibus rebus suis, tam mobilibus quàm immobilibus. Quia si esset impia vel iniusta, contra Iura, contra bonos mores, contra pietatem & verecundiam & honestatem: talis voluntas non seruabitur. veluti si quis dicat vel præcipiat hæredi: præcipio tibi vt post mortem meam, cadauer meum proiicias in mare, vel affigas cruci, vt pascat coruos. ff. de conditi. l. cùm quidam. & l. conditiones.

Dictum est, DE EO QVOD QVIS POST MORTEM SVAM FIERI VELIT, scilicet vniuerso patrimonio. Quia nemo potest in parte testari. Et quia ante mortem nemo potest sibi ex aliquo testamenti Ius vindicare. Per mortem namq; testatoris, vt ait Apostolus, testamentum confirmatur.

Dictum est, CVM HÆREDIS INSTITVTIONE. Quia hæredis institutio, caput & fundamentum est totius testamenti: & sine hæredis institutione, nullum dicitur testamentum. vt ff. iure codicil. l. fi. & instit. de fidei cõmissa: hæredi. in prin.

Testamentum & vltima voluntas differunt.

TESTAMENTVM & vltima voluntas, largè accipiendo idem sunt. quia testamentum largò comprehendit in se vltimam voluntatem. & è contrà. Sed quidam Iuris Doctores, sic distinguunt. Quòd testamentum ptopriè

propriè quidem ſumitur pro iuſta ſententia voluntatis noſtræ, de eo quòd quis poſt mortem ſuam fieri vult, cum hæredis inſtitutione. Vltimæ verò voluntates dicuntur, quæ non cum inſtitutione hæredis, aut tanta ſolennitate fiunt: vt eſt codicillus, donatio cauſſa mortis, & mortis cauſſa capio. de hoc ff. eo. per totum. & de teſta. & vlt: volun. per to.

Diuiſio Teſtamenti.

TESTAMENTVM eſt duplex. Aliud namq; militare eſt: aliud priuatum.

Teſtamentum militare eſt illud, quod facit miles, cùm in expeditione militari occupatus eſt.

Priuatum eſt, quod facit paganus, id eſt, non miles, vel etiam miles non in expeditione, ſed domi.

Diuiſio Teſtamenti priuati.

Teſtamentum priuatum eſt duplex. Aliud eſt Nuncupatiuum. Aliud eſt in ſcriptis.

Teſtamentum nuncupatiuum, ſeu per nuncupationem eſt, quod fit in præſentia ſeptem teſtium ad hoc aduocatorum ſola nuncupatione ſeu nominatione hæredis, per verba teſtatoris ſine ſcriptis, hoc eſt, ſine ſolennitatibus.

Teſtamentum in ſcriptis eſt, quod in ſcriptis conditum eſt coram ſeptem teſtibus rogatis, & ſubſcribentibus ſe, & ſigillantibus, in quo hæredis nomen teſtatoris manu vel teſtium, ſi non poteſt teſtator ſcribere, exprimitur. Inſti. eo. § ſed cùm paulatim.

Miles quid ſit & vnde dicatur?

Miles ſecundum Vegetium de re militari eſt, qui iurat ſe non euitaturum mortem propter ſalutem Reipublicæ.

Appellatur autem miles, vel à militia, id eſt, duritia, quã pro Repub. ſuſtinet: aut à malo quod à Repub. arcere ſolet; aut à multitudine quia de multis vnus eligitur, aut à numero mille hominum. Dictum à Græco verbo χίλια, nam Græci mille hominũ multitudinẽ χίλιαν appellant, quaſi milleſimum quenq; dictum, vnde ipſum ducem Chiliarchon appellant, id eſt, principem militiæ. Exercitus autem, nomen ab exercitatione traxit.

Miles cognoſcitur per ſex ſigna.

Non eſt ignorandam ſex eſſe proprietates in Milite neceſſarias ad hoc, quod habeat priuilegia militibus conceſſa. Prima, quòd enſe cingetur. Secunda, quòd in numero aliorum ponatur, & in metricula ſcribatur. Tertia, quòd præſtet Iuramentum, ſe mortem non euitaturum pro Repub. neque à ſignis receſſurum. Quarta, quòd ſtigma, id eſt, nota publica brachiis ſuis ſcribatur. Quinta, quòd examinetur. Sexta, quòd non ſit negotiator, cùm ſit nobili genere ortus. Has proprietates enumerat glo. in l. pen. ff. ex quibus cau. ma. & continentur hoc Diſticho:

Sti-

Stigma, genus, ſcriptura, fides, examen, & enſis:
Hæc faciunt militem, Lex dicit Bonnonienſis.

Priuilegium Militibus conceſſum, cùm ſunt in expeditione.

CONCESSVM eſt igitur veris militibus priuilegium in expeditione ſeu conflictu belli exſiſtentibus, vel vitæ periculo conſtitutis: vt iuris communis ſolennitates circa teſtamenta condenda obſeruare non teneatur. Habent enim milites liberam teſtamenti factionem. Faciant igitur teſtamenta quoquo modo velint, faciant quoquo modo poterint, ſufficiatq; ad bonorum ſuorum diuiſionem faciendam nuda voluntas ipſorum, id eſt, à ſolennitate remota, & hoc quando eſt in prælio miles. tunc enim nullo vocato teſte condere poteſt teſtamentum, ſi tantùm ſanguine rutilanti, vel in vagina, vel clypeo ſuo voluntatem ſuam, aut in puluere ſcripſerit, & legi poſſit, ſtabilis erit. l. milites. C. eo. Tum tamen, duobus ſaltem teſtibus probetur teſtamentum factum. ff. eod. l. lucius.

Si autem in expeditione ſit, & non in conflictu, vel periculo vitæ, ſed in tentorio vel alibi fecerit teſtamentum: vocandi ſunt duo teſtes, vt teſtetur coram eis quem velit ſibi hæredem eſſe, & cui libertatem, & cui legatum relinquere. l. diuus. ff. eo.

Quod ſi non ſit in expeditione ſed domi: tunc iure communi teſtari debet. l. pe. C. eodem.

Alia diuiſio Teſtamenti.

TESTAMENTVM eſt duplex. Aliud namq; ſolenne eſt, aliud ſimplex.

So-

SOLENNE est, in quo secundum leges requiruntur septem testes, liberi homines, & puberes, qui manibus suis se subscribant, & sigilla appendant.

SIMPLEX vero, in quo duo vel tres requiruntur, & sufficiunt. Iuxta illud: In ore duorum vel trium, stabit omne verbum.

Quomodo fiant testamenta.

TESTAMENTA debent fieri secundum regulas Iuris Ciuilis. Quæ sunt, vt testes septem intersint vocati & rogati, & vnico contextu, id est continuatione: & debet nomen hæredis palam dici voce testatoris in testamento nuncupatiuo.

TESTAMENTVM autem in scriptis debet fieri coram septem numero testibus ciuibus Romanis, puberibus, rogatis, & subscribentibus, & sigillantibus, & quòd testator vel alius pro eo scribat nomen hæredis. vt c. eo. l. hac consultissima. & l. iubemus. & in Auth: ibi posita.

Si autem testator nullum testium scire voluerit, ea quæ in testamento scripta sunt; potest chartam consignatam vel ligatam, vel tantùm inclusam inuolutamq; linteo, testibus proferre & dicere: Hoc est testamentum meum, rogo vt subscribatis: & si ipse sua manu, vel alius octauus scriptor pro eo adhibitus coram testibus in reliqua parte testamenti subscripserit, & testibus vno eodemq; die ac tempore subscribentibus ac consignantibus: valebit testamentum. Nec ideò infirmari potest, quod testes nesciant, quæ in eo scripta sunt. eadem l. hac consultissima. C. eo.

De numero Testium.

SED istis nimiis subtilitatibus & solennitatibus legum circa compositionem testamentorum: derogat Ius Diuinum & Canonicum. Quia à Diuina lege & Sanctorum Patrum institutis, & à generali Ecclesiæ consuetudine noscuntur esse aliena. Cùm scriptum sit Deutero: 17. & Ioan.: 13. In ore duorum vel trium testium, stat omne verbum. Sufficiunt itaque in omni testamento duo vel tres testes, honesti scilicet, & fide digni. Hinc est quod valet testamentum, quòd Parochianus coram presbytero parochiali & duobus testibus facit, non obstante lege vel consuetudine contraria. C. cùm esset.de testa.& cap. sequens disponit, quòd valet vltima voluntas ad pias caussas coram duobus testibus. eo. tit. c. relatum.

Qui Testamentum facere possunt?

TESTAMENTVM facere possunt omnes homines, qui specialiter non prohibentur. Prohibentur autem certæ personæ quæ continentur his carminibus.

Testari nequeunt, impubes, relligiosus:
Morti damnatus, & sub patre filius, obses,
Prodigus, & stultus, dubius, seruus, furiosus.
Crimine damnatus, cum surdo mutus, & illum
Qui maiestatem læsit, cœcum quoq; iungas.

DICITVR IN CARMINIBVS, IMPVBES. Quia impubes non potest facere testamentum masculus vsq; ad annum xiiij. completum. Fœmina vero vsq; ad xij. annum completum. Ratio est, quia nullum eorum animi iudiciũ, id est, discretio est. Instit. eo. § Præterea.

DICITVR RELLIGIOSVS. Quia omnis Regularis qui professionem fecit: non potest testamentum facere,

facere. Ratio est, quia nihil habet proprium, cùm se suaq; dicauit Deo xix. q. iij. quia ingredientibus C. de sacro sanct. Eccl. Authent. si qua mulier.

Testamentum ân poßit per Clericos fieri?

CLERICI autem de rebus propriis, quas ex hæreditate, vel artificio, aut doctrina acquisiuerunt: pro arbitrio testari possunt. In acquisitis autem per Ecclesiam, etiam si sint mobilia, succedit Ecclesia vel successor. Vnde Clerici de rebus Ecclesiæ nullum possunt facere testamentum: cùm eorum proprietas non sit, cùm solum vsum habeant, & tantùm victu & vestitu contenti esse debent, & totum superfluum erogandum est pauperibus. moderatam tamen donationem possunt facere: de mobilibus etiam in ægritudine constitutis, seruitoribus, tam consanguineis, quàm aliis extraneis, intuitu seruitii vel eleemosinæ. C. relatum.eo.

Dicitur MORTI DAMNATVS, id est, qui damnatus est ad mortem naturalé vel ciuilem, propter qualecunque maleficium: non potest facere testamentum. Ratio. quia qui perdit vitam ob malefacta: perdit etiam dispositionem de rebus suis. vt ff. eo. l.eius qui.§1.

Dicitur SVB PATRE FILIVS, id est Filiusfamilias, qui alieno iuri subiectus est, testamenti faciendi ius non habet, etiam patre consentiente; nisi de castrensi peculio vel quasi, de quo testari potest, siue sit miles, siue veteranus.

Aduerte interim, quòd filius in caussa mortis, donare potest, & non testari. vt ff. de donat: cau: mor. l. tam in fi. Et ratio diuersitatis est, quia testamentum ex libero non alieno arbitrio debet procedere. ff. de hære. inst. l. illa institutio.

Dicitur Obses. Quia qui datus est pro capto ratione pacis tenendæ: testamentum facere non potest. Ratio, quia in potestate aliena, liberum arbitrium non habet. ff. eo. l. obsides.

Dicitur Prodigvs, hoc est is, qui neque finem, neque modum habet in expensis. vt ff. de cura. fur. l. 1. Prodigus itaque cui bonorum suorum administratio à Iudice interdicta est: testamentũ facere non potest. Ratio, quia nullam habet potestatem bonorum suorum. Insti. qui non pos. fa. testa. § idem prodigus.

Dicitur Stvltvs, id est mente captus. Quia qui perpetuo furore laborat; non potest testari. nam ratione & sana mente caret. Idem de furioso dicetur.

Dicitur Dvbivs, Id est de statu suo dubitans, vt ff. eo. de statu. & l. qui in domini. vel etiam dubius in fide, vel hæreticus, quia hæreticis interdicitur bonis à lege, & eorum bona sunt in manibus principum, proeisq; cedunt. vt C. de hæreticis Manichęis. l. Manichęos. & l. vlt. ad l. iul. maiest.

Dicitur Servvs. Non enim potest testamentum facere; quia sui iuris non est. Insti. eo. § 1.

Dicitur Fvriosvs. Nam non potest testari; quia mente sana caret. Furiosus autem habens dilucida interualla quibus intermissus est furor in illis dilucidis interuallis: condere testamentum potest, dummodò sana mente, antequam superuenerit furor, cœperit testari & desierit. Sed si antequam compleret, superueniat furor: quod ante factum est, pro nihilo habetur. Ideo cessante furore non poterit complere; sed habebit necesse de nouo incipere. C. eo. l. furiosum: quia neq; testamentum rectè factum, neq; vllum aliud negotium recte gestum, quod postea furor interueniens perimit. Inst: eo. § præterea.

Dicitur Crimine Damnatvs, id est, damnatus de cri-

de crimine famoso, vt pote ob carmen famosum, quod scripsit in aliquem, vel huiusmodi: non potest facere testamentum. quia est infamis, & Iuris expers. vt ff. eo. l. is cui. § fi. & l. cum lege.

Dicitur CVM SVRDO MVTVS. Quia surdus & mutus, non semper testamentum facere possunt. Ratio est. Quia hic nescit loqui, & testamentum perficitur loquela: iste autem qui non audit, nescit quomodo de rebus suis disponat.

Et mutus intelligitur is, qui eloqui nihil potest: non qui tardè loquitur. Et de eo surdo loquimur: qui omninò non exaudit: non qui tardè exaudit. Sæpè enim etiam literati & eruditi homines, variis casibus & audiendi & loquendi facultatem ammittunt.

Mutus & Surdus possunt certis casibus condere testamentum.

VNDE leges etiam his subueniunt, vt mutus & surdus casu, vel mutus tantùm, siue natura, siue casu: si scribere nouit, sua manu scribat testamentum: & si autem per alium scribere velit, impetret hoc à Principe. vt ff. eo. si mutus.

Item si surdus tantùm casu est, vel etiam natura: testatur si vult, si potest loqui articulatè. vt C. qui test: fa. pos. l. discretis.

Si autem natura est surdus & mutus, non potest facere testamentum.

Sed si quis post testamentum factum, aduersa valetudine, aut quolibet aliquo alio casu mutus aut surdus esse cæperit: ratum nihilominus manet eius testamentùm. Inst: eo. § item surdus.

Dicitur, & illum QVI MAIESTATEM LÆSIT, id est, illum quoq;, qui crimen læsæ Maiestatis commisit, testamentum facere non posse. Ratio, quia talis, incidit in pœnam vitæ & omnium rerum.

Crimen Læsæ Maiestatis quid?

EST autem crimen læsæ Maiestatis, vbicunq; quis aduersus populum Romanum, id est, aduersus Principem & eius securitatem committit: vbi contra vrbem aliquid molitur, vel quod profugit ad hostes, vel quod hostes qualitercunq; iuuat, vel armis, vel pecunia, vel consilio; vel quod subiectas Prouincias nititur facere rebelles: vel quod seditionem mouet in ciuitate: vel quod Magistratus occidãtur vel Principes, vel qui circa latus eius militant: vel quòd arma sumit, vel occupat loca contra Rempub. Dictum est autem Maiestatis, quia summa maiestas & imperium vel potentia læditur. Et appellatur crimen hoc perduellionis, id est, hostile. ff. ad l. Iul. per to. & insti. de hær: ab intest: § per contrarium.

Maiestas læditur dupliciter.

Efficitur autem quis reus criminis læsæ Maiestatis dupliciter: quandoq; facto, vt istis modis quos enumerauimus. quandoq; verbo vel dicto. Si igitur Imperatorem vel Regem dixerit perfidum, atrocem, iniustum, rufum, vel quod simile profuderit: si ex leuitate processit, parcendum est. Lubricum enim linguæ, facilè ad pœnam trahi non debet. ff. ad l. iul. ma. l. famosi. Si ex insania furoris vel vini; miseratione sunt dignissimi. Si autem ex deliberatione, transmittendus est ad Principem, & ipse perpendet ex qualitate personarum: verum

vtrum crimen permitti, an exquiri & puniri debeat. de hoc in C. vno de maledic.

Carcer priuatus.

Est & aliud crimen quasi lęsæ Maiestatis: vt si quis præter Magistratum, priuatum carcerem habere vel exercere voluerit: talis tanquam Imperialis vel Regalis Maiestatis violator, vltimo supplicio percelletur. vt C. de priu car. l. vna. Et in falsa moneta etiam Maiestas læditur: vt cùm fabricauit falsam monetam, vel fabricari fecit, vel super eo dedit consilium, vel non prohibuit fabricari: grauior pœna ei imponitur, quàm super alio falso. C. de falsa moneta. l. pe.

Dicitur CÆCVM quoq; iungas. Quia naturaliter vel casu, & vtroq; orbatus lumine; non potest testamentum facere. quia facilè potest decipi. nisi per obseruationem magnæ solennitatis specialiter ad hoc assignatæ, scilicet vt coram septem testibus & tabellione, vel alio loco eius, si non inueniatur Tabellio dilucidiùs voluntatem suam declaret: & in hæreditatibus, & in legatis, & omnia in scriptis refferantur. vt C. eo. hac consultissima. Secus est, si tantum vno oculo est orbus, talis enim benè potest facere testamentum. C. de excus. tut. l. frater.

Qui possunt esse Testes in testamento?

TESTES in testamento possunt esse omnes homines, qui possunt hæredes institui: exceptis personis quas enumerat textus. Instit. eo. § testes, vbi dicitur &

Sed neque mulier, neque impubes, neque seruus, neq; furiosus, neque mutus, neque surdus, neque is cui bonis interdictum est, neque ij quos leges iubent improbos intestabilesq; esse, possunt in numerum testium adhiberi.

In testamento non potest esse testis hæres scriptus in eo, neque is, qui in potestate eius est, vt filius, neque pater eius, qui in potestate eum habet, neq; fratres qui in eiusdem patris potestate sunt. Insti: eo § sed neque.

Potest in vno & eodem testamento esse testis pater cum filiis & fratribus, dummodò sit alienum: secus autem si sit proprium, vel domesticum. Neq; in testibus debet esse is, qui in potestate testatoris est. Insti: eo § pater: Licèt hæredes, qui totius iuris vel hæreditatis sunt successores, à testimonio in testamentum legibus repelluntur: Legatarius tamen & fide commissarius, qui non iuris sed rei singularis successor est, cum aliis personis sibi coniunctis testimonium præstare possunt. Insti: eo. § legatariis.

In quo scribitur Testamentum?

TESTAMENTVM potest scribi in qualibet materia, & in tabulis, aut in chartis, membranisué, vel in alia materia: sed & vnum testamentum potest in pluribus codicibus scribi, quod interdum necessarium est: veluti si quis extra patriam nauigaturus, & secum ferre, & domi relinquere iudiciorum suorum contestationem, velit, vel propter alias innumerabiles caussas, quæ humanis necessitatibus imminent. Inst: eo. § nihil autem. & seq.

Testa-

Testamenta fiunt ex sex caußis.

Fiunt testamenta propter sex caussas.

PRIMÒ, ne lites, controuersiæ, inimicitiæ, differétiæ de bonis à defuncto relictis oriantur.

SECVNDÒ, fiunt intuitu Dei, pro pauperibus & piis locis, vt ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, propter salutem animarum.

TERTIO, fiunt filiis propter naturalem obligationem.

QVARTÒ, fiunt cognatis, ob arctum sanguinis vinculum.

QVINTÒ, fiunt vxoribus, affinibus, & aliis extraneis amicis, propter amoris & fauoris declarationem.

SEXTÒ, fiunt seruitoribus, ob obsequiorum remunerationem. &c.

HÆREDITAS QVID?

HÆREDITAS nil aliud est, quàm successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis. ff. de reg: iur. l. hæreditas.

Hæreditas propriè diuiditur in duodecim partes.

Regulariter autem Hæreditas diuiditur in duodecim partes æquales, quarum singulæ duodecimæ, vocantur ab vno vnciæ, quæ omnes simul sumptæ, Assis tanquam totius appellatione continentur. Habentq;

& hæ partes, quæ sunt ab vncia vsque ad assem propria nomina. Puta hæc: Sextans, Quadrans, Triens: Quincunx, Semis, Septunx: Bes, Dodrans, Dextans, Deunx, vt ex hoc typo videre poteris.

Partes aßis ab vncia vsq; ad ipsum assem.

	VNCIA	
	I.	
Sextans		II.
Quadrans		III.
Triens		IV.
Quincunx		V.
Semis	VNCIÆ.	VI.
Septunx		VII.
Bes		IIX.
Dodrans		IX.
Dextans		X.
Deunx		XII.
	XII.	
	AS.	

Non semper Hæreditas in duodecim Vncias seu in partes duodecimas diuiditur. Nam potest in plures & pauciores diuidi secundum voluntatem testatoris, & tunc tot vnciæ assem efficiunt, quot Testator voluerit. Inst. § hæred.

Hæres quid sit.

HÆRES est dominus hæreditatis. Vel sic:

HÆRES est ille, qui succedit in vniuersum ius defuncti. l. cum hi. ff. de di. & temp. præscri.

Diuisio Hæredum.

Sunt autem hæredes triplices.

Quidam enim sunt necessarii tantùm. Alii sunt sui & necessarii. Tertii extranei.

NECESSARIVS hæres est, seruus à domino institutus: ideoq; sic appellatur, quia siue velit, siue nolit, omnino post mortem testatoris cogitur esse hæres, sed in præmium statim recipit libertatem.

SVI autem & necessarii hæredes sunt hi, qui in potestate, & primo gradu, id est primo loco testationis sunt, & deinceps cæteri liberi. Dicuntur autem sui, quia domestici hæredes sunt, & viuo quoque patre, quodam modo domini existimantur artificio, scilicet Iuris Ciuilis, quod fingit eandem personam patrem & filium. vt C. de impu. & ali. sub l. fi. Necessarii ideò dicuntur, quia omnino siue velint, siue nolint, tam ab intestato, quàm ex testamento, de Iure Ciuili coguntur esse hæredes: sed de iure prætorio habent abstinendi licentiam, & sufficit si se non immisceant. vt ff. eo. l. ei qui se. & C. vt ab hære: absti. li: 1.

EXTRANEI hæredes appellantur, qui testatoris iuri subiecti non sunt. Inst: de hære. qua: dif. §1.2.3.& 4.

Differentia inter Hæredes.

Inter istos hæredes traditur talis differentia. Quia si est suus hæres agnoscendo hæreditatem, dicitur se immiscere: eo, quia viuentibus parentibus, ipsi quodam mo-

dam modo sunt domini rerum paternarum, quia in illis bonis patris aluntur, sicut & ipse pater. Si autem hæreditatem noluerint, dicuntur abstinere. Si verò est extraneus hæres, dicitur adire hæreditatem: & si non vult, dicetur repudiare: vterque autem dicitur acquirere hæreditatem. Vnde dici solet:

Respuit Extraneus, vel adit: Suus abstinet, atq;
Immiscet se: verùm acquirere constat vtrumq;.

Instituere Hæredem quid sit?

Instituere hæredes, est dominos intus in bonis suis statuere & facere. Et ideò dicitur intus, quia hæres ita subintrat in dominium rerum defuncti, acsi eadem esset persona. vt in Authen. de iureiur. à mor: patre. §. col: 8.

Potest autem vnusquisq; hæres institui, siue sit coniuncta persona, siue extranea, siue sit masculus, siue fœmina, siue sit præsens, siue absens, siue sit notus siue ignotus, siue sit liber siue seruus, siue sit seruus proprius siue alienus. Est autem seruus proprius, in quo quis habet proprietatem, etiamsi vsusfructus sit apud alium. Alienus autem seruus dicitur ille, in quo quis habet vsumfructum sine proprietate. Inst: de hæred. initit. per to.

Potest testator quotcunq; velit hæredes instituere, siue vnum in totum, siue plures in quota hæreditatis: & distribuere hæreditatem in quamplurimas partes vult, si nolit eos æquis partibus hæredes esse, si autem eos simpliciter instituat nullis partibus nominatis: intelligendum est omnes ex æquis partibus institutos esse hæredes. Insti. de hære. insti. § si plures.

Hæ-

Hæredes bifariam instituuntur.

HÆRES & purè, & sub conditione institui potest.

Purè hoc modo: Lucius Titius filius meus mihi hæres esto. Vel sic: Lucium Titium filium meum, mihi hæredem instituo.

Sub conditione autem multipliciter instituitur, secundum quod multiplex est conditio.

Quædam enim possibilis est: quædam impossibilis. Possibilis subdiuiditur in Caussalem, Potestatiuam, & Mixtam.

POTESTATIVA dicitur, quæ dependet à potestate aut à voluntate implere debentis. vt hæc: Titius sit mihi hæres, si decem pauperibus dederit.

CAVSSALIS est, quæ dependet extrinsecus, non à voluntate hominis, sed ab ipsa fortuna. vt hæc: Titius sit mihi hæres, si nauis venerit ex Asia, & si die tali pluet.

MIXTA est, quæ partim à potestate hominis, partim à fortunæ euentu dependet. vt hæc: Titius sit mihi hæres. si Consul factus fuerit: vel si iuerit pro me Romam.

Impossibilis condititio quatuor modis potest dici: Natura, Iure, Facto, & Perplexitate.

NATVRA, vt si cœlum digito tetigeris, hæres esto.

IVRE impossibilis conditio, vt si patrem ab hostibus non redimeris. Nam hoc facere nos non posse, præsumit Ius. l. conditiones. & l. filius. ff. de con. insti. De his duabus dicitur, quòd impossibilis conditio in vltimis voluntatibus, pro non scripta habetur. ff. e. l. 1.

Conditio impossibilis de FACTO, vt si montem aureum dederis, hæres esto. Et talis institutio non valet Iuris præsumptione. quia præsumitur dādi animus defuisse. ff. eo. l. 1.

Est

Eſt quædam & quarta impoſſibilis conditio propter PERPLEXITATEM, id eſt, intricationem verborum, & hæc ſimiliter vitiat, ſi faciam inſtitutionem hoc modo: Si Titius hæres erit, Seius hæres erit. & ſi Seius hæres erit, Titius hæres erit. Quia à primo videor velle, quòd ſolus Titius ſit hæres ſi velit: & poſtea quod Titius & Seius ſimul ſint hæredes: & ſic conditio vitiat non vitiatur, quia verè nullatenus apparet de volũtate teſtatoris. ff. eo. l. ſi Titius.

Ex certo autem tempore, aut ad certum tempus, hæres inſtitui non poteſt; veluti, poſt quinquenniũ cùm moriar, vel ex Kalendis illis, vel vſq; ad Kalendas illas hæres eſto. Deniq; diem adiectum haberi, pro ſuperuacuo placet, & perinde eſſe ac ſi purè hæres inſtitutus eſſet. Inſt: de hæred. inſti. § hæred.

Notandum eſt, quòd in contractibus omnis impoſſibilitas vitiat contractum, quæ eſt in faciendo, ſecus ſi non in faciendo. ff. de verbo. obli. l. impoſſibilis. & l. non ſolum. de acti: & ob.

Inſtitutio & Subſtitutio quid ſit?

INSTITVTIO ergo dicitur, prima hæredis factio. Et fit hoc modo. vt dictum eſt: Lucius Titius mihi hæres eſto.

SVBSTITVTIO autem, ſecunda hæredis inſtitutio. hoc modo: Si Lucius Titius hæres non erit: tunc Seius hæres eſto. Vnde hæredes, aut dicuntur eſſe inſtituti, aut ſubſtituti.

Inſtituti dicuntur primo gradu, id eſt, primo loco. Subſtituti autem ſecundo vel tertio.

Dicitur itaq; Subſtitutio, ſecunda inſtitutio, etiam ſi

ſit vlterior, ſicut omnes ſecundæ dicuntur nuptiæ,quę poſt primas contrahuntur. C. de ſecun. nup: in rub.

Gradus Hæredum in Teſtamento.

Poteſt quis in teſtamento tot gradus hæredum facere, quot vult: vt puta, ſi ille hæres non erit, ille hæres erit. & deinceps inquantum velit teſtator ſubſtituere. Et poſſunt plures in locum vnius ſubſtituti, vel vnus in plurium, vel ſinguli in ſingulorum, vel inuicem ipſi qui hæredes inſtituti ſunt. Inſti: de vulga. ſubſti. § 1. & 2.

Subſtitutiones quinque.

Sunt autem, communi Doctorum calculo receptæ ſubſtitionum ſpecies quinq;. Alia namq; eſt Vulgaris, alia Pupillaris, alia Exemplaris, alia Breuiloqua ſeu Reciproca, alia Compendioſa.

VVLGARIS eſt, quæ à quolibet & cuilibet fieri poteſt hoc modo: Titius mihi hæres eſto: & ſi ipſe hæres non erit, Seius hæres eſto, id eſt, Titium mihi hæredē inſtituo: & ſi ipſe non erit hæres, quia forte præuenietur morte, vel hæreditatem adire non vult; tunc Seius ſit hæres. Hæc vulgaris ſubſtitutio, adita hæreditate exſpirat. vt c. eo. l. poſt aditam.

PVPILLARIS eſt, quæ ſit pupillo & impuberi: veluti, ſi quis dicat hoc modo: Titius filius impubes hæres mihi eſto. Et ſi filius meus mihi hæres non erit, ſiue hæres erit, & prius moriatur antequam pubes factus ſit: tunc Seius hæres eſto. Vel ſic: Inſtituo mihi hæredem Titium filium meum impuberem, & ſi ipſe

infra

infra annos pubertatis, vel in pupillari ætate decesse-rit: instituo ei Seium. Hæc adueniente pubertate ex-spirat. Inst: eo. § masculo.

EXEMPLARIS fit à parentibus, filiis, vel nepoti-bus mente captis, ad exemplum pupillaris. Veluti si quis dicat hoc modo: Titium filium meum furiosum vel mente captum, mihi hæredem instituo: & si ipse prius moriatur quam resipuerit, id est, compos mentis vel sanus factus fuerit: tunc hæres erit talis filius, vel nepos, vel frater, vel patruus eius, vel aliquis alienus si defficiat coniuncta persona. Hæc, filio facto sanæ mentis, exspirat, quemadmodum pupillaris, postquam pupillus adoleuerit, infirmatur. Insti. eo. in fi. 1. §.

BREVILOQVA, quæ breuibus verbis fit, veluti si quis dicat: Titium & Seium filios meos impuberes mihi hæredes instituo, & eos inuicem substituo. Hanc lex appellat reciprocam substitutionem, quasi retro-ductam, repetitam vel reflexam. Et quatuor substituti-ones his breuibus verbis comprehendit, duas scilicet vulgares, & duas pupillares.

COMPENDIOSA est, quæ verborũ compendiose fit hoc modo: Titium filium meum in hæredem instituo, & quandocũq; decesserit absq; liberis; substituo ei Se-ium. Vel sic: Iste filius impubes hæres esto, & quoc-que tempore decesserit; ille hæres esto. Hæc substi-tutio, tantum locum habet in milite; siue fiat pupillo vel non pupillo. l. precibus. C. de impu: & eli. subst. Dicitur autem compendiosa, quia breuiori verborum contextu fit quàm pupillaris.

Differentia Substitutionum.

Hæ Substitutiones omnes inter se differunt.

Nam VVLGARIS fit à quolibet testatore, & cuili-bet hæredi etiã extraneo. PVPIL-

PVPILLARIS fit à patre solo filio impuberi, in potestate eius exsistenti.

EXEMPLARIS fit ab vtroq; parente, filio furioso, vel mente capto, qui etiam in potestate testatoris est.

BREVILOQVA, continet in se omnes has.

COMPENDIOSA autem vt plurimum fit, à milite pupillo vel non pupillo.

Pater non prætereat in testamento filium etiam posthumum.

PATER faciens testamentum, debet filium & filiam, tam eum quem in potestate habet, quam emancipatũ, etiam posthumũ posthumámue hæredem instituere, vel eum exhæredem nominatim facere: alioqui si eum silentio præterierit, inutiliter testabitur: & hæres suus, id est, ille qui est in potestate testatoris, & in primo gradu, siue sit filius siue nepos, dicit testamentum ipso iure nullum. Emancipatus verò agit contra tabulas. Insti. de exhære. lib: § 1. & § emancipatos. & ff. de lib: & posthu: hære: insti. per totum.

Posthumus quid?

POSTHVMVS dicitur propriè, qui post humationem, hoc est, post mortem patris nascitur, id est, postquam pater datus est humo. Et hodie non potest posthumus exhæredari. quia non potest committere caussam ingratitudinis, is qui nondum natus est. l. si quis § legis. C. de inoffi. test.

 Filius

Filius non exhæredatur sine caussa.

SIC etiam hodie filii & filiæ non possunt exhæredari: nisi pater caussam exprimat in testamento, & hæres institutus eandem probet. C. de lib: præ: Auth: non licet.

Exhæreditatio quomodo fit.

EXHÆREDITATIO nominatim, fit dupliciter. Veluti si quis ita exhæredetur: Titius filius meus exhæres esto. Siue ita: Filius meus exhæres esto, non adiecto proprio nomine, scilicet si alius filius non exstet.

POTEST fieri aliis modis per quæcũq; verba, dum modò certa sint. verbi gratia: Paulum extraneum mihi hæredem instituo, & Proclum filium meum ex ea caussa exhæredo, quia vxori meæ se immiscuit. Insti. eo. § nominatim.

Filius à patre potest exhæreditari ex caussis quatuordecim.

CAVSSÆ verò iustæ exhæreditationis, propter quas pater potest exhæredare filium: sunt quatuordecim.

PRIMA. Si filius parentibus suis manus intulerit.

SECVNDA. Si grauem & inhonestam iniuriam ei inge sserit.

TERTIA. Si criminaliter eos accusauerit in caussis, quæ non sunt aduersus Principem, siue Republicã.

Quarta

QVARTA. Si cũ maleficis hominibus, vt maleficus versatur.

QVINCTA. Si vitæ parentum suorum, per venenum, aut alio modo insidiari tentauerit.

SEXTA. Si nouercæ suæ, aut concubinæ patris se immiscuerit.

SEPTIMA. Si ex delatione filii, grauia dispendia parentes sustinuerint.

OCTAVA. Si filius noluerit fideiubere, vel pro debito parentum, in quantum esse probatur idoneus, vt possit. Hoc tamen quod de fideiussione dicitur, ad masculos tantum liberos pertinet.

NONA. Si prohibuit parentes suos, condere testamentum.

DECIMA. Si præter voluntatem parentum inter arenarios vel mimos sese filius sociauerit, & in hac professione permanserit: nisi forsitan etiam parentes eiusdem professionis fuerint.

VNDECIMA. Si alicui ex prædictis parentibus volenti, suæ filiæ vel nepti maritum dare, & dotem secundum vires suostantiæ suæ pro ea præstare, illa non consenserit, sed luxuriosam degere vitam elegerit. Si verò vsq; ad vigintiquinq; annorum ætatem peruenerit filia, & parentes distulerint eam marito copulare: & forsitan ex hoc contigerit in suum corpus eam peccare, aut sine consensu parentum marito se, libero tamen, coniungere: hoc ad ingratitudinem filiæ Imperatores nolunt imputari. Quia non sua culpa, sed parentum id commisisse cognoscitur.

DVODECIMA. Si quis parentibus furiosis, debitam curam non impenderit.

TREDECIMA. Si parentem captũ, de carcere redimere neglexerit.

QVATVORDECIMA. Si quis ex prędictis parentibus

tibus orthodoxus constitutus, senserit suum filium vel liberos non esse Catholicæ fidei, nec in Sacrosanctã Ecclesia communicare, in quo omnes beatissimi Patriarchæ vna conspiratione & concordia fidem rectissimã prædicant, & sanctas quatuor Synodos Nicænam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, & Calchedonensem amplecti seu recitare noscũtur: licentiam habeant, pro hac maximè caussa, ingratos eos & exhæredes in suo scribere testamento. Hoc totum habes Authen. Vt cum de appel. cogno. § Caussas autẽ iustas. Collat: 8. & gloss. in C. quanta vallis, de iureiur.

Præteriri quid sit?

Præteriri autem ille dicitur, qui non est institutus in testamento vt oportet, nec exhæredatus ex legitima caussa; sed silentio testatoris prætermissus. & talis habet querelam inofficiosi testamenti.

Liberi possunt accusare parentum inofficiosum testamentum.

Quando igitur parentes sine caussa liberos suos exhæredant, vel silentio prætereunt: permissum est liberis testamentum parentum inofficiosum, id est, contra officia pietatis naturalis factum accusare (ab adita hæreditato infra quinquennium) ad hoc; vt testamentum per sententiam Iudicis rescindatur. Insti. de inoffi: testa. § 1.

Testa-

Testamentum confirmatur per mortem testatoris.

TESTAMENTVM legitimè factum morte testatoris cõfirmatur. vt in C. cum Marthæ. de celebrat: miss. vbi dicitur: Nouissimum etenim testamentum, morte hominis, immobile perseuerat. quia testatoris obitu confirmatur, iuxta quod Apostolus: Testamentum in morte hominis asserit confirmatum, alioqui non valet, dum vixerit qui testatur. ambulatoria enim est voluntas hominis vsque ad supremum vitæ exitum. ff. de adi: men: leg. ti: 4.

Vnde potest mutari testamentum, etiamsi fuerit per Principem confirmatum: aut etiam si pactum interuenit, ne possit mutari. Ratio est. quia nemo sibi hanc legem dicere potest: vt a priori testamento, sibi recedere non liceat. ff. de le: 3. si quis in prin. 1. rum.

Testamentum dupliciter accipitur.

TESTAMENTVM dupliciter accipitur: Propriè & Abusiuè.

Propriè dicitur illud testamentum, quod iure perfectum est.

Abusiuè etiam ea appellamus testamenta, quæ falsa sunt, vel iniusta; vel irrita, vel rupta, vel non iure facta.

Quibus modis Testamentum infirmetur?

TESTAMENTVM iure factum vsque adeò valet, donec rumpatur irritumúe fiat.

Rumpitur autem testamentum, quando scilicet testator paganus, id est, non miles, post primũ testamentum factum, secundum legitimè faciat: vel quando post factum testamentum, incipit habere filium vel nepotem, de quo in testamento non est facta mentio.

In summa, rumpitur testamentum tribus modis. videlicet: per secundi testamenti compositionem: per adoptionem vel arrogationem: & per agnationem.

Irritum autem fit testamentum dupliciter: vel per capitis diminutionem testatoris: vel quando ex eo nemo adit hæreditatem. l. siue de test. & l. 1. de iniust: test. & Insti: quibus modis test: infir: per totum.

Testamentum non Iure factum.

Sciendum est, quòd testamentum non iure factum dicitur illud: vbi solennia iuris defuerunt, scilicet, circa testes, & sigilla, & similia.

Inofficiosum.

TESTAMENTVM inofficiosum est, quod contra officium pietatis, frustra liberis exhæredatis, in extraneas personas factum est. ff. de inoffi. testa. l. 2. Officium enim inter patrem & filium dicitur pietatis. ff. ad trabel. cog. § si pater.

Nullum.

TESTAMENTVM nullum seu nullius momenti, id est, vtilitatis est, quando filius qui fuit in patris potestate, præteritus est.

Ru-

Ruptum.

TESTAMENTVM ruptum, eſt quod rumpitur ſeu tollitur per ſecundum, vel per agnationem, aut per adoptionem, vel arrogationem filij.

Irritum.

TESTAMENTVM irritum eſt, quod per capitis diminutionem teſtatoris, vel quando hæres inſtitutus non adit hæreditatem; irritum factum eſt.

Deliberare quid ſit?

Deliberare nihil aliud eſt, quàm ſecum diligenter cogitare, vel in mẽte ſua reuoluere, vel cum amicis explorare; ſi expediat ſibi admittere id de quo quæritur.
Hæredes igitur inſtituti; deliberant de adeunda hereditate, an expediat eis hæreditatem admittere vel repudiare?
Subuenitur etiam hæredibus per Prætorem, vt habeant copiam inſtrumentorum ſeu tabularum teſtamenti conſpiciendorum, vel etiam deſcribendorum aut legendorum: vt inde inſtruere ſe poſſint, expediat necné agnoſcere hæreditatem. ff. de iur. de. l. Ariſto. & ff. de acquir. hære. l. Ariſto.

Tempus deliberandi.

Datur autem hoc tempus deliberandi, ab Imperatore vſque ad annum: ab aliis autem Iudicibus datur vſque ad nouem menſes. vltra enim dari non poteſt. Sed nec minus dari poteſt, centum diebus. Medium ergo

tempus est in potestate iudicantis. Sic ergo dabitur quandoq; semel tantum, vt cùm à principio dantur nouem menses: quandoq; dari poterit sæpius, vt cùm à principio dedit minus nouem mensibus. C. eo. l. vl. § sed quia quidam. & ff. eo. l. § vlt.

Effectus Deliberationis.

Est autem effectus deliberationis, quia interim bona non debent diminui, nisi cognita caussa, & his verbis nō solùm alienatio prohibita est, verùmetiam exercitium actionum. ff. eo. l. ait prætor.

Hodie non est huiusmodi deliberatio necessaria, potest enim hæres sine deliberatione conficiendo inuentarium securè, & sine damno se immiscere, vel adire hæreditatem; & in tantum creditoribus & legatariis tenebitur, quantum valere bona hæreditatis contingit. Inst: de hære. quanti. § sed nostra.

Inuentarium quid sit?

Est autem Inuentarium, conscriptio rerum in hæreditate defuncti inuentarum.

Inuentarii vtilitas.

Vtilitas inuentarii est maxima, quia qui inuentarii beneficio hæreditatem adierit: ille non grauabitur propter improuisum debitum, vel etiam promissum, si hæreditas non est sufficiens. C. de iure delibe. l. scimus. § ex omnibus.

Hæres ergo qui secundum leges vult facere inuentarium. debet hoc conficere coram testibus, ita vt exor-

dium capiat inuentarium, infra xxx. dies post mortem testatoris: vel postquam cognouerit se institutum heredem, & infra alios sexaginta dies hoc inuentarium complere si res præsentes sunt, vel infra annuale spatium, si res absuerint. C. de iure deli. l. sumus. § sin autem dubius. & § sin autem à locis.

Si verò hæres velit spe certissima hæreditatem adire, vel se immiscere, vt non postea repudiet eam: nullo indiget inuentario, cum omnibus creditoribus suppositus est, vt pote hæreditate ei ex sua voluntate infixa. C. de iure deli. l. vlt. § 1. Item & legatarius tenetur in solidum per Auth: de hære. & fal. § si verò non fecerit.

Si verò aliquis hæres non titubante animo respuendam vel abstinendam esse crediderit hæreditatem (dicebat enim se repudiaturum vel abstenturum) non tamen respuebat vel abstinebat; expectatur eius renunciatio vsq; ad tres menses. C. de iure deli. l. vlt. § simili modo.

Adire Hæreditatem quid sit?

Adire hæreditatem nihil aliud est, quàm velle eam habere. Nam adire, non tam facti est quam animi, imò in nuda & sola voluntate consistit. Nam hoc animo debet esse, vt velit hæres esse. Cæterùm si quid pietatis, si quid custodiæ caussa fecit, si quid non quasi hæres egit, sed quasi alio iure dominus: apparet, non videri pro hærede gessisse. Et ideò solent testari liberi, qui necessarii exsistunt, non animo hæredis se gerere, quæ gerunt: sed aut pietatis, aut custodiæ caussa, aut pro suo: vt puta, patrem sepeliuit, vel iusta ei fecit: si animo hæredis, pro hærede gessit. enimuerò si pietatis caussa hoc fecit; non videtur pro hærede gessisse.

Si hæres semel se immiscuerit bonis hæreditatibus, siue extraneus adierit: postea relinquendæ hæreditatis facultatem non habet, nisi minor sit xxv. annis. Inst: de hær: quali. § extraneis.

Adire Hæreditatem.

HÆRES dicitur adire hæreditatem gerendo se pro hærede. Pro hærede autem se gerere quis videtur, si rebus hæreditariis, tanquam hæres vtatur, vel vendẽdo res hæreditarias, aut prædia colendo locandoúe, & quoquo modo si voluntatem suam declaret vel re, vel verbis de adeunda hæreditate: dummodò sciat eum, in cuius bonis pro hærede gerit, testatum, intestatumúe obiisse, & se ei hæredem esse. Pro hærede enim gerere, est pro domino gerere. Veteres enim, hæredes pro dominis appellabant. Instit: de hæred: quali. § Item extraneus.

Hæreditatem adire volenti, quot sint necessaria?

Hæreditatem adire volenti quinq; sunt necessaria. Scilicet vt sit liber, & sui iuris qui adit: aliâs non poterit nisi iussu patris, vel domini præcedente. Item oportet, quòd sit compos mentis. Item quòd sit maior xiiij. annis: aliâs non potest sine tutore. Item quòd sciat mortuum esse testatorem: aliâs non potest adire. Item certus esse debet de conditione testatoris. quia hæres sub conditione institutus, non potest ante exsistentem conditionem adire. de quibus glos. Instit: de hæred: quali. § Item extraneus.

Codi-

Codicilli quid sint?

Codicilli sunt parui codices, id est, libelli, in quibus cùm aliquis impeditur aliqua necessitate ne faciat testamentum: de rebus suis disponit in vltima voluntate. Qui ideò codicilli dicuntur, quia in breuiori chartula vel codice, id est, libello fiebant, quam testamētū.

Differentiæ multæ inter testamentum & codicillos.

Et habent se codicilli ad testamentum, sicut scapha ad nauem. Et possunt codicilli fieri, etiam si nullum fiat testamentum. Si autem post codicillos quis testamētum fecerit, videtur codicillos confirmasse, nisi expresse eosdem reuocauerit. Et potest quis etiam plures facere codicillos, & nullam solennitatem ordinationis desiderant, scilicet de illis quatuor quæ in testamento desiderantur: puta septem testium vel sigillorum, vel quòd sua manu scribantur, vel quòd subscribant testes: nisi in codicillis requiritur, quòd adsint quinq; testes etiam non rogati, sicuti & in qualibet vltima voluntate. C. de iure codicil. l. fi. de fid. eius. l. fi.

Codicillis autem hæreditas, neque directè dari, neq; adimi potest, ne confundatur ius testamentorum, & codicillorum, & ideò nec exhæreditatio scribi, vt de iure valeat. quæ omnia possunt fieri in testamento. Neque conditionem hæredi in testamento instituto codicillis adiicere, neque directe substituere quis potest, nisi per fidei commissum hæreditas codicillis iure relinquitur. ff. de iure codicil. per totum. & Insti: de codicil. per totum.

Quid

Quid sit Legatum?

LEGATVM est, donatio quædam à defuncto testamento relicta,& ab hærede præstanda. ff. de legat. & fidei commis. l. 37. & Instit: de leg. § Legatum itaque. Vnde dici solet:

O puer, hoc dictum tu credas esse, legatum
Quod sit donatum, idq; à testatore relictum.

Quid sit Legatarius?

Legatarius est, cui aliquid legatum est, & qui accipit legatum.

Quid sit fidei commissum?

Fidei commissum est illud legatum vel relictum, quod à testatore committitur fidei hæredis alicui dandum, cùm ita dicit: Hæres fidei tuæ committo; vt des legata & commissa.

Olim inter legata & fidei commissa longa erat differentia. Hodie autem legata fide commissis exæquata sunt per omnia,vt nulla sit inter ea differētia. Omne enim legatum fidei cōmissum dici potest: & è contra, nisi quantum ad vocabulum. vt est textu. Insti: de le. § sed non vsq;.

Quid sit fidei commissarius?

Fidei commissarius est ille, cuius fidei legatum vel relictum committitur.

Quæ res possunt legari vel non?

Potest autem secundum leges ciuiles legari omnis res tam corporalis quàm incorporalis; tam mobilis quàm immobilis; tam præsens quàm futura; tam propria quàm hæredis; vel etiam aliena; dummodò hoc vltimo casu hæres rem legatam redimat, & legatario præstet si possit: aliás soluet ipsius rei æstimationem, quando testator sciuit rem esse alienam. & illius rei commertium communiter haberi potest; aliás si res legata non est in commercio hominum, vel est, sed cum difficultate; tunc nec æstimationem hæres præstabit, nisi aliter appareat de mente testatoris. l. si quis inquilinos. ff. de legat. l.

Et possunt omnes res legari ad certum tempus, vel in perpetuum simpliciter, vel sub conditione, veluti si quis dicat hoc modo: Ego lego Titio centum aureos. Vel sic: Ego lego Titio centum aureos ad annos tres. Vel sic: Ego lego Titio centum aureos, vt pro me eat ad sepulchrum Domini. Vel sic: Ego lego & præcipio, vt hæres meus libros Pandectarum donet Sempronio.

De dono in lecto ægritudinis.

Ivs Municipale Maydeburgen. & Prouinciale Saxonicum parum admodum de testamentis differunt. Intentio enim Saxonum semper erat: vt bona magis per successionem agnatorum cognatorumq; quam ex legatis hæreditarent. Vnde de legatis in lecto ægritudinis Saxonica iura sic disponũt. Nemo masculus neq; vlla fæmina, possunt in lecto ægritudinis de bonis suis

alicui

alicui quicquam dare, vltra tres solidos, absq; hæredis consensu. Nec mulier quicquam dare potest, sine consensu mariti. Iure Munici. art. 65.

Statutum Regis Poloniæ de Legatis.

Pietatem sanctam opprimere nolentes, sed eã summo fauore prosequi cupientes: Decernimus; vt testamenta condantur iuxta veterem constitutionem, ex more antiquitùs seruato, de bonis mobilibus. Immobilia verò bona, tàm hereditaria quàm oppignorata (ne defensio Reipub. minuatur) testamentali ordinationi subiecta, minimè esse debent, secus de bonis Regalibus. eadem enim propter Reipub. commodum, nobis in parte vel in toto, testamento legari poterint. vt in Statuto Sigismundi Regis, quod constitutum est in Conuentu generali Petricouiensi, Anno Domini. Millesimo quingentesimo decimo. pagina 16.

Qui possunt legare & quibus?

Potest ergo quilibet homo legare, qui & testamentum facere potest.

Et similiter legari possunt, omnibus personis, quæ capaces sunt receptionis, & quæ ex testamento aliquid recipere possunt. Non solùm autem legari possunt hominibus tàm liberis quàm seruis, tam puberibus quam impuberibus, tam pauperibus quam diuitibus, tam sanis quam ægris, tam religiosis quam secularibus: sed etiam piis locis, puta Hospitalibus, Ecclesiis, Monasteriis.

Per-

Personæ quibus non potest legari.

Sunt autem certæ personæ, quibus nihil relinqui seu legari potest. puta, Hæreticis maioris hæresis: Itẽ apostatis: Item seruis de adulterio cum domina commisso accusatis: Item mulieribus nubentibus, intrà annum, à tempore mortis mariti: Itẽ Collegiis, nisi priuilegiatis & approbatis & licitis: Item filiis, natis ex coitu incestuoso & adulterio. Tales enim, leges sæculi: non solùm repellunt à successione paterna, sed etiam negant eis a limena.

Lex Aurea.

Ita enim dicit lex: Ex complexu nefario aut incesto aut damnato, qui processerint: neq; naturales sunt nominandi, omnis substantiæ, paternæ indigni beneficio, vt nec alãtur a patre. C. de incest: nup. l. 6. in Authen: ibi incorporata.

De æquitate tamẽ Canonica, spurii sunt alẽdi. Quod puto verum in spuriis simpliciter: sed non nefariis aut incestuosis. in c. cùm haberet. de eo qui dux. in matri. quam pol: per adul. Item damnatis sicut sunt perduelliones, siccarii, latrones, fures, falsarii, fidefragi, traditores, proscripti, Hæretici. &c.

Præcipiunt insupér leges, liberis & parentibus, tàm naturalibus quàm adoptiuis, testari & legari tanquam ipsis ob sanguinis prærogatiuam naturaliter hoc debeatur: collateralibus autem, & extraneis, secundùm liberum arbitrium potest legari.

LEX xij. tabularum liberam vnicuiq; legandi dedit potestatem, vt liceret etiam totum patrimonium in legatis errogare: sed ista nimia licentia legandi coarcta-

ta est

ta est, per leges nouissimè latas, quibus cauetur, vt liberis legitimis & naturalibus relinquatur legitima.

Legitima liberorum quid sit?

Dicitur autem legitima, quarta pars omnium bonorum quæ iure necessitatis tantùm liberis debetur, qui sine caussa exhæredari non possunt. quæ etiam dicitur, bonorum subsidium. Et huic quartæ nullum grauamen potest imponi. C. de inoffi: testa. l. omnino. & 2. l. sequentibus. Hodie autem, hæc quarta adacta est ad trientem, & semissem: secundum numerum liberorum. Vt si sunt quatuor vel pauciores filij: habebunt tertiam partem totius hæreditatis. Si verò sunt quinque vel plures, tunc de iure debent habere dimidium totius hæreditatis paternæ. de reliqua autem substantia poterit pater disponere pro arbitrio suo. Vnde Tristichon.

Quattuor aut infrà natis, dant iura trientem:
Semissem verò dant, natis quinq; vel vltra:
Arbitrium sequitur, substantia, cætera patris.

Fortuna in diuisione sit Iudex.

Si plures sunt legatarii, quibus optio relicta est, & dissentiunt in corpore eligendo, talis discordia dirimenda est Sorte; & Fortuna erit iudex huius optionis: vt ad quem sors deueniat, illius sententia in optione præcellat. Et fit ista sors vel talorum ac tesserarum iactu, vel alio modo. vt ff. de iudi. l. in his tribus. & ff. de opt. vel elect. leg. per totum.

Testa-

Testamentum infra annum exequendum est.

TESTAMENTVM seu vltima voluntas testatoris: debet per fidei commissarios seu executores infra annum executioni mandari; nisi legitima caussa subsit & impediat. C. de fidei com: Authen : amplius. ff. de peti: hære. l. hæreditatis. § si defuncto. c. nos quidem: de testam.

Et ad Episcopum loci, pertinet defensio & executio testamenti : vt voluntas defuncti seruetur. ff. de petitione hæred. l. hæreditatis. § si defuncto.

Qua pœna punitur hæres non implens voluntatem defuncti?

TESTAMENTVM & vltima voluntas defuncti, modis omnibus seruari debet, & pro lege habenda est. 13. q. 2. vltima voluntas, & in Authen. de nupt. § disposita.

Et si hæres testatoris extraneus, à Iudice admonitus non adimplet voluntatem defuncti: priuetur successione. C. de fideic. l. vlt. in fi. & 11. q. 1. si videtur. Si verò est filius institutus hæres, & non adimplet voluntatem patris : priuatur & ipse successione, legitima tamen sibi reseruata. C. de fideicon. Auth : hoc amplius.

Si verò legatarii non implent voluntatem defuncti; perdunt legata. Si verò extranei executores : omnia damna ex ista negligentia vel dilatione suborta,

persoluent. Si verò executores legata consumpserint, soluent æstimationem. & si non sint soluendo: carceri intrudantur donec soluant.

Generale documentum.

SCIENDVM est pro documento generali. Si infra anni spatium à die monitionis non fit executio testamenti per debentem exequi: ad Episcopum illius loci executio deuoluitur, præcipuè in his quæ ad pias caussas relinquuntur. C. de episco. & cleri. l. nulli. &c. nos quidem de testa.

ET hæredi non adimplenti iussa testatoris: ab Episcopo canonicè interdicantur res cum fructibus & cæteris emolumentis: vt vota defuncti adimpleantur. C. si hæredes de testa.

De Penu legata.

QVI penum legat; continentur legato omnia ea, quæ esui potuiq; sunt parata; etiam quæ esui potuiq; non sunt, sed in quibus esse solemus, hoc est cum quibus comedere solemus, vt puta oleum, forte & garum, muriam, mel, cæteraq; his similia. ff. eo. leg. 3.

EST autem cella penaria, in qua penus asseruatur, hoc est omne esculentũ poculentumq; quo vescuntur homines. Neque id quod ad edendum bibendumq; in dies singulos prandij aut cœnæ caussa paratur: sed quidquid ad futuri longiq; temporis vsum reconditur, ne in promptu sit, sed intus & penitus habeatur. Vnde ipsi penui nomen. Agellius cap: 1. lib: 4. Noct: Attic.

De Supellectile legata.

SVP-

SVPPELLEX est domesticum Patrisfamiliâs instrumentum, quod neq; argento auroúe facto, vel vesti adnumeratur ab ipso Patrefamilias. id est, res mobiles non animales. ff. eo. l. i. & ij.

Et supellectile legata, hæc continentur: Mensæ, trapezophoræ, delphicæ, subsellia, scamna, lecti etiam inargentati, culcitræ, vasa imperia, toralia, mappæ villosæ, vasa aquaria, pelues, aquiminaria, candelabra, lucernæ, trullæ, capsæ, & armaria, vitrea escaria & potoria: & præterea omnes res quæ ad vsum communem Patrisfamilias paratæ sunt, quæ nomen sui generis separatim non habent; supellectilis appellatione continentur. ff. eo. l. iij. & vj.

De legatis Iudæis.

Si quis aliquid in testamento legat Iudæis, hæreticis, paganis: debet excommunicari etiam post mortem. 23. q. 2. sanè.

Testator interdum imponit pœnam legatario.

TESTATOR potest hæredi & legatario imponere certam pœnam: vt metu pœnæ stetur iussis & arbitrio eiusdem testatoris. Verbi gratia: Ego lego & præcipio, vt hæres meus donet libros Digestorum Sempronio sub pœna decem aureorum, Ecclesiæ Parochiali præstanda. Vel sic: Ego lego Titio mille, & præcipio ei, vt pro me eat Romam sub pœna duarum marcarum argenti, loci Episcopo soluenda. Insti: de leg. pœnæ quoque. & § vlt. & C: de his quæ cau: pe. l. vna.

Hæres soluit debita defuncti.

Hæres, siue sit filius siue extraneus: tenetur ad omnia debita defuncti soluenda. siue res pro qua debitum fuit contractum ad ipsum hæredem peruenerit, siue non. 16. q. 6. si Episcopum de pig. exiteris. & de sol. c. 1.

Si hęreditas non sufficit ad debita persoluenda: tunc hæres si fecit inuentarium, non tenetur vltra, quàm ad ipsum peruenit de ipsa hæreditate. Si vero non fecit, tunc tenetur vltra vires hæreditatis. C. de iure deli. sancimus.

Hæres primò debet satisfacere creditoribus in quantum hæreditas patitur; postea legatariis, & aliis qui lucratiuam caussam prosequuntur, detracta Falcidia si necesse fuerit de legatis, quia in illa grauari non potest. ff. ad l. falci. per totum.

Si hæres pupillus sit, prætextu pupillaris ætatis, non est differenda solutio creditorum, dummodò tutorem habeat. C. de hære. ac sub prætextu. Si tamen tutor soluit debitum quod non debeat solui, restitutio competit. C. si aduers. sol. l. 1. & 2.

Formula testamenti.

Famatus N. Ciuis L. licèt corpore languidus & valetudinarius, sanus tamen mente, & rationis benè compos, bona deliberatione, maturoq; consilio præhabito, sedens in sedili, obtinensq; per sententiam iuridicam, quod cum suis bonis mobilibus & immobilibus vbilibet exsistentibus facere & disponere possit secundum beneplacitum suæ voluntatis: hoc condidit testamentum, & talem ordinationem suæ vltimæ voluntatis fecit.

In pri-

In primis N. Coniugi suæ charissimæ ob summam eius fidem & integritatem: mille florenos in moneta, per mediam sexagenam legauit. Præterea eidem legauit, omnia suppellectilia & vtensilia domestica, tam argentea formata, quàm stannea, aut ex quacunque alia materia facta sint, vnà cum vestibus suis, nihil penitus excipiendo, vt ea pro se retineat, & eis vtatur pro arbitrio suo. Item ad structuram noui hospitalis, Gallico morbo infectorum: legat centum marcas Item in sepulturam impensamq; funebralem, & in opera pietatis, legat centum marcas. Item in residuo omnium bonorum suorum mobilium & immobilium, quibuscunq, nominibus censeantur nullis exceptis, fecit, instituit, & ore proprio nominauit, esseq; sibi voluit hæredes ex æquis partibus H.& L.filios suos charissimos, quos etiam elegit, facit & nominat præsentis sui testamenti, seu vltimæ voluntatis executores,quibus simul & eorum cuilibet præcipit, vt omnia & singula legata, iuxta prædictam suam ordinationem, intra medium annum à tempore mortis eiusdem computandum distribuant & extradant. In his autem omnibus & singulis clausulis & articulis, reseruauit sibi dominium & potestatem, ea pro tempore retractandi, aut in aliam formam redigendi, prout sibi visum fuerit, quamdiu vixerit. Quod testamentum confirmatum est habere robur perpetuæ firmitatis, de forma Iuris.

Reuocatio eiusdem testamenti.

Coram nostro Iudicio personaliter comparens famatus N. Ciuis L. mente & corpore optime sanus,bona & matura deliberatione præhabita:testamentum suum ante hac feria quarta ante festa Omnium Sanctorum factum,

factum,iuxta reseruationem dominii de facto cassauit, reuocauit, reprobauit, & mortificauit in omnibus & singulis suis punctis & clausulis; nolens illud amplius alicuius esse roboris vel momenti.

DE SVCCESSIONIBVS.

SVCCESSIO est duplex. Quædam ex testamento, quædam ab intestato.

EX TESTAMENTO succedunt in bona defuncti testatoris: hæredes instituti, & legatarii in legatis. Quémadmodum in præcedenti capite dictum est.

SVCCESSIO autem ab intestato, in quinq; diuiditur gradus. Primum obtinent liberi: secundum parentes; tertium collaterales ex linea proximiori; his deficientibus, succedunt sibi vir & vxor quarto loco. Postremò, succedit fiscus.

Sex modis dicitur quis intestatus.

INTESTATI propriè appellantur, qui cum potuerunt testamentum facere, omninò non fecerunt.

Aut fecerunt quidem testamentum, sed non Iure. quia defuerũt testes,& cæteræ necessariæ solennitates.

Aut si iure quidem fecerunt testamentum;sed id postea ruptum irritumúe factum est. Ruptum vel arrogatione,vel postera agnatione,id est,per generationem posthumi. Irritum factum, vt per capitis diminutionem testatoris.

Aut si ex eo testamento nemo hæres exstiterit.

Aut per querelam, vel contra tabulas testamento rescis-

rescisso. vt est text: Insti: de hære. ab intest: in princ. & in l. 1. ff. eo. & glos. in l. intesta. ff. de verb: sig.

Primus gradus successionis ab intestato liberorum est.

Si igitur laicus decedat intestatus; tunc ad successionem in hæreditatem secundum Ciuiles léges vocantur liberi, id est, descendentes non tantùm masculi, sed etiam fœminæ: inter quos æquis portionibus diuiditur hæreditas.

Secundus gradus est parentum.

Deficientibus autem liberis: deuoluitur hæreditas defuncti secundo ordine ad parentes, id est, ascendentes si soli sunt, salua prærogatiua gradus. Quia scilicet pater, præfertur auo, si ambo supersunt: & si pari gradu sunt, pariter succedunt, paterni in dimidia, & materni in alia dimidia. licet dispar sit eorum numerus.

Sed si cum parentibus, fratres sororesué coniuncti supersint; vocantur cum ascendentibus in gradu proximo, vt viriles faciant portiones exclusa differentia sexus & primæ potestatis.

Tertius collateralium.

Deficientibus autem liberis & parentibus: deuoluitur hæreditas defuncti tertio ordine ad collaterales, ex quibus primò vocantur fratres sororesué vtrinq; coniuncti, fratresq; præmortui filij. Et præferuntur in totius hæreditatis successione fratribus sororibusq;, qui sunt ex vno latere tantum coniuncti defuncto.

Post fratres verò & sorores, qui ex eodem patre & matre geniti sunt eorumq́; filios, admittuntur fratres sororesué eorumq́; liberi ex vno parente tantùm coniuncti defuncto, tam consanguinei quàm vterini.

Horum autem fratrum sororúmue filii proculdubio præferuntur patruis, auunculis, & similibus. Post fratres sororesué eorumq́; filios, vocãtur in bonorum defuncti successionem,qui sunt gradu proximiores; veluti sunt patrui vel amitæ, auunculi vel materteræ, aut eorum filii vel nepotes ipsis non exstantibus,sic tamen quod proximiores succedant, exclusis remotioribus, vsque ad decimum gradum cessante differentia masculorum & fœminarum & emancipationis.C.de legit:hære: aut. post fratres, & in Authent: de hære. ab intest: per totum. col : 9.

Quartus gradus viri & vxoris.

Deficientibus cognatis & his qui inter cognatos vocantur : quarto ordine vir & vxor inuicem sibi succedunt, excluduntq́; fiscum. Sed ad hoc,vt sibi succedant requiritur,quòd inter eos iustum matrimonium fuerit contractum, & quòd duret vsque ad tempus mortis. Si enim diuortium secutum sit : hæc successio locum non habet. Similiter repelitur mulier, si nubat intra annũ luctus, à tempore mortis primi viri. C. de secun: nup. l. 1. in fi.

Quintus gradus est fisci.

Deficientibus autem cognatis & vxore,quinto ordine succedit ab intestato fiscus, qui est vltimus hæres omnium rerum mundi.

Dicitur autem fiscus, saccus siue camera, siue pecunia

nia Regis, siue publicum ærarium, quo pecuniæ pœnales reponuntur. Inde dicitur, quod omnia quæ turpiter quæsita sunt, vel cum peccato detinentur: spectant ad fiscum. vt in l. lucius. ff. de iur: fisc. Et quod non capit Christus, capit fiscus. 16. q. 7. maiores.

Clerico quis succedit?

Si verò Clericus moriatur intestatus in bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis: nullus succedit, nisi Ecclesia. In bonis vero acquisitis intuitu personæ, puta ex patrimonio, vel cognatione, vel artificio, vel labore: succedunt consanguinei secundum ordinem prænotatum. 12. q. vlt. per tot. quod intellige de clericis sęcularibus, & non religiosis, nec professis. tales enim non succedunt, nec ipsis succeditur. quia sunt mortui mundo, & mortuus nemini succedit. 16. q. 1. placuit.

Filii succedunt in locum suorum parentum.

Nepos, neptisué ex filio præmortuo pariter cum alio filio viuente, ad hæreditatem aui vocantur; nec qui gradu proximior est, vlteriorem excludit. Æquum enim esse videtur nepotes neptesqúe in patris sui locum succedere. Pari ratione, & si nepos neptisq; sit ex filio, & ex nepote pronepos proneptisué, simul vocantur. Et quia placuit nepotes neptesué, item pronepotes proneptesué in parentis sui locum succedere: conueniens esse visum est, non in capita, sed in stirpes hęreditatem diuidi: vt filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero filio duo pluresué nepotes al-

teram dimidiam. Item si ex duobus filiis nepotes neptesué exsistant, ex altero vnus forte aut duo, ex altero tres aut quatuor, ad vnum aut duos dimidia pars pertineat; ad tres vel ad quatuor, altera dimidia. Ita dicit lex Insti: de hære. quæ ab intest: def. § cùm filius Et in Speculo Saxono Libro 1. Articulo 14.

DE IVRE DOTIVM.

Dos est datio vel donatio quædam facta viro nomine vxoris, ad perferendum onera matrimonii.

Ad hoc vt sit Dos, oportet quod matrimonium sit contractum non solùm de facto, sed etiam de Iure.

Et quia dos intuitu matrimonii datur; ideò dotis appellatio non refertur ad ea matrimonia, quæ de iure consistere non possunt, vt sunt incesta, nefaria, & vetita. Neque enim dos sine matrimonio consistere potest, sed benè è contra. Vbicunq; igitur matrimonii nomen non est, nec dos est. l. 3. ff. de iure dot.

Vxor Viro dat Dotem.

Regvlare est, secundum legitimas sanctiones legum, quòd vxor dare debet marito dotem: vir autem vxori donationem facere debet propter nuptias. C. de donat. ante nup. l. cùm multæ. Et prædicta donatio propter nuptias, alibi etiam dicitur ante nuptias. C. de donat. inter virum & vxorem. l. si in prin. Et

Et aliâs dicitur dotalitium. c. plerunq; de. don: inter vir. & vxor. Quandoque etiam dicitur ſponſalitia largitas, vt in Authen: de ſpon: largi. col: 9. Et in vulgari noſtro, dicitur Wiáno. Et in Speculo Saxono lib: 1. art: 20. appellatur Morgengabe. Et infra articulo proximo, Leibzucht. Sunt tamen iſtæ donationes diuerſæ naturæ prout ſupra dixi

Diuiſio Dotis.

Eſt autem Dos duplex: Alia quidem profectitia eſt. Alia verò aduentitia.

PROFECTITIA dos eſt, quæ à patre vel parente, id eſt, ab auo paterno, vel proauo facta eſt, de eius bonis, vel facto eius. Siue igitur parens dedit dotem, ſiue procurator eius, ſiue iuſſit alium dare, ſiue cùm quis dediſſet negotium eius gerens, parens ratum habuit: profectitia dos eſt.

ADVENTITIA dos eſt, quę prouenit aliũde, quàm à patre, vel à parente, puta à matre vel fratre, vel ab alia quauis perſona, ſiue ſit coniuncta, ſiue extranea, vel quam mulier ex bona fortuna dat viro pro ſe ipſa. ff. de iure. dota. l. profectitia. Reipublicę intereſt, mulieres dotes ſaluas habere, propter quas nubere poſſint. l. 2. ff. eodem.

Proprietas dotis Vxoris eſt, fructus Viri.

Dominium dotis manet penes vxorem, quia dos eſt proprium patrimonium vxoris, tamen dotis fructus ad maritum pertinere debere, æquitas ſuggerit, id eſt, perſuadet. Cùm enim ipſe onera matrimonii ſubeat,

æquum

equum est, cum etiã fructus percipere tamdiu, quamdiu durat matrimonium. l. dotis fructus. ff. eodem.

Alia diuisio Dotis.

Præterea duplex est dos: Alia est æstimata, Alia inæstimata.

ÆSTIMATA, quoties res æstimatæ in dotem dantur, quarum tamen lucrum quàm damnum pertinet ad maritum sicut ad rei emptorem, quia æstimatio veram venditionem facit. l. plerumq;. ff. eo.

INÆSTIMATA, quoties res non æstimatas mulier dat in dotem, tunc damnum & lucrum rerum spectat ad mulierem, fructus tamen rerum dotalium cædunt marito propter onera matrimonij. Vnde fœtus dotalium pecorum ad maritum pertinent: quia in fructibus computantur, sic tamen vt prius oporteat suppleri demortua capita ex iam natis fœtibus. vt in d. l. plerumq;.

Caussa dotis pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum.

Quemadmodum caussa matrimonialis seu diuortii est de iure communi tractanda Iudici Ecclesiastico: ita & caussa dotis, quæ est necessaria ad matrimonium. vt in c. de prudentia: de donat: inter vir: & vxo. Et est eiusmodi Iudex, Episcopus vel eius Officialis, vel alius ab eo specialiter delegatus.

Cui dos restituitur soluto matrimonio?

Si in

Si in matrimonio decesserit mulier quæ habet liberos: tunc dos siue sit profectitia, siue aduentitia, pleno iure remanet penes liberos. ff. solut. matri l. post dotem. Ratio est, quia dos ipsius fæminæ proprium patrimonium est. ff. de vn. l. denique. § sed aut. in fi. Et prima successio est, liberorum. Insti: de hære. quali & diffe. § si autem.

Si verò non exstarent liberi: dos quæ à patre mulieris procedit ad patrē redire debet. l. 4. C. solut. mat.

Si vero decesserit vxor intestata & deficiunt liberi & propinqui; vir succedit vxori & lucratur dotem, & è contra. C. vnde vir & vxor. l. 1.

Si vero in matrimonio præmoritur vir; reddenda est dos mulieri, vel patri eius si tempore dationis stipulatus est eam sibi reddi. ff. solu. ma. l. § 1.

Si verò diuortium fiat, dos debet solui mulieri vel patri eius, si profecta est ab eo. C. de rei vx. act. l. vna. § si ea. Et de Iure Canonico quod sic dicit: Mulieres cùm pro aliqua licita caussa à propriis viris fuerint separatæ: totam dotem præcipimus sibi reddi, & sicut soluto matrimonio dos redit ad mulierem: ita & donatio propter nuptias, redit ad virum. vt de donat: inter virum & vxorem. C. 1. & vltimo.

Quando dos restituitur?

Si dos consistit in rebus immobilibus, quę videlicet solo continentur: statim soluto matrimonio, restitui debet. Si verò in rebus mobilibus, intra annum post solutum matrimonium computandum, restituitur. C. de rei vxo. acti. l. vna. § exactio.

Ma-

Maritus lucratur dotem in tribus casibus.

IN tribus casibus soluto matrimonio lucratur maritus dotem, & mulier donationem propter nuptias.

PRIMÒ, quando culpa alterius solutum est matrimonium, puta propter adulterium; si mulieris, tunc amittit dotem mulier; si autem viri, tunc vir perdit donationem propter nuptias. ff. soluit. ma. l. tutius. in fi. de donat. inter vir. & vxor.

Plerunq; intellige quando vnus coniunx deliquerit, quia vtroq; peccante neuter lucratur. ff. eo. cum mulier, & l. viros. Item locum habet is casus, nisi vxor adultera postea reconciliata fuerit viro. vt in d. c.plerunque.

SECVNDÒ, ex pacto, quando pactum est lucrandæ dotis vel donationis propter nuptias interpositũ post vxoris aut mariti mortem. Fiunt enim in aliquibus locis pacta, quo vno coniugum mortuo: reliquus possidebit pleno iure dotem, dotalitium, & parapherna, etiam exsistentibus liberis siue non. & illa dicitur libera dos, vt in Authent: de san. episco. § si verò constante, col: 9.

TERTIÒ, ex consuetudine approbata. Est enim in quibusdam locis consuetudo, quo mortuo vno coniugum, reliquus qui superest seruat dotem & donationẽ ad dies vitæ suæ, & post obitum amborum, si exstant, liberi, tunc istorum sunt dos & donatio pleno iure. Si verò non exstant liberi, tunc dos redit ad propinquiores vxoris. de donat. inter vir. & vxor. c. donatio § donatio.

Dos

Dos in quibus casibus exigitur matrimonio constante?

Quandoq; etiam constante matrimonio dos repeti potest, propter inopiam videlicet mariti, ex quo euidentissimè apparuerit mariti facultates ad dotis exactionem non sufficere: Verbi gratia: Dedi centum in dotem viro, vir habet ccc. debet fortè cccc. creditoribus. cccc. facultas non sufficit ad dotis exactionem, si prius soluatur creditoribus; præueniet ergo mulier in repetitione dotis creditores. ff. sol. ma. l. si constante.

Item, si vir vergit ad inopiam sua culpa, quia scilicet malè vtitur sua substantia, vel est dilapidator opum in hoc matrimonio: tamen mulier non debet eum in his casibus alienare, sed conseruare pro sustentatione sui, & mariti & filiorum. vt in Auth. de æquali do. § illud col: 7.

Si autem ad inopiam vergeret, ex infortunio, vel graui infirmitate, vel ex caussa alia legitima, tunc nulla competit repetitio, quia coniuges debent simul pati tàm bonum quàm malum. nihil enim eos separat nisi mors. l. vbi C. de iure dot. Item repetitur dos, quando bona gratia, matrimonium fuerit solutum: vt si maritus factus fuerit religiosus, quod esse potest. C. de epi. & cle. l. fi. & c. fi. de conu: coniu.

Caussa Dotis, est fauorabilis, & habet magnam prærogatiuam.

Mvli-

Mvlier in vendicandis rebus dotalibus, & paraphernalibus,post matrimonium : in tantum habet omnia bona mariti obligata, vt præferatur omnibus creditoribus mariti tàm tempore anterioribus, quam posterioribus etiam habentibus expressam hypothecam: nec ei vlla currit præscriptio, nisi ex tempore, ex quo potuit actionem mouere soluto vel constãte matrimonio. Ratio est, quia vxor venit ad rem propriam: res enim dotales & paraphernales ab initio vxoris fuerũt, & naturaliter in eius permanserunt dominio. l. in rebus dotalibus. C. de iure dot. Sed in donatione propter nuptias non præfertur mulier, nisi creditoribus posterioribus. vt C. qui po. in pig: l. fi.

Maritus in restituenda Dote, non debet grauari, nisi in quantum potest.

Maritus in restituenda dote non condemnatur, nisi in quantum potest, habita ratione ne egeat. vnde dicit lex: In condemnatione personarum, quæ in id quod facere possunt, damnantur: non totum quod habent extorquendum est: sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant. ff. de reg: iur. l. in condemnatione. debet tamen cautionem facere: quod si ad meliorem fortunam peruenerit, soluet residuum. Dotem autem repetere potest omnis qui dedit, etiam si sit extraneus, & pactus est sibi reddi. C. de rei vxo. act. l. vica. § accedit.

Vxor ob mariti culpam, non perdit dotem.

VXOR ob mariti culpam non poteſt conueniri, nec perdit dotem, vel bona ſua: etiam ſi crimen læſæ Maieſtatis commiſerit. C. ne vxo pro ma. l. 2. Et C. ad l. Iul. ma. quiſquis. Et C. ex literis de pig.

Diuiſio impenſarum.

IMPENSÆ ſunt triplices: neceſſariæ, vtiles, & voluntariæ.

NECESSARIÆ ſunt, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit: veluti aggeres facere, flumina auertere, vetera fulcire, iter reficere, arbores in locum mortuarum imponere.

VTILES ſunt, quibus non factis, res non erat peritura, ſed eis factis eſt melior futura. veluti pecora prędiis imponere, i. ſtercorare, vel feneſtras vtiles in domo vel familia facere.

VOLVNTARIÆ ſunt, quos maritus ad voluntatem ſuam facit, quibus non factis res non erat peritura, nec ipſis factis res efficitur melior, niſi ornatior vel amenior: vt balnea exſtruere, parietes depingere. Eædem dicuntur quoque voluptuoſæ.

Quæ impenſæ minuunt Dotem.

Si ergo maritus in rebus dotalibus facit impenſas neceſſarias: minuunt dotem ipſo iure, ſi conſiſtant in pecunia & ſpe dotis, vt ſi fundus & pecunia in dotem datur: quantùm in fundum impenditur, tantum in pecunia ipſa deberi deſinit. Si verò ſolus fundus in dote ſit, tunc, ſi tantùm expenditur ſimul vel etiam diuerſis vicibus quanti eſt fundus; tunc ipſo iure deſinit eſſe dotalis, ſed tam diu totus vel pro parte retinentur, quãdiu im-

 diu im-

diu impensæ restituantur. ff. de iure dot. l. si is qui, § pe. & fi. Si autem sunt vtiles impensæ, tunc per actionem negotiorum gestorum vel mandati: si mandato mulieris fecit, repetuntur.

Voluntariæ autem impensæ non repetuntur, etiamsi in mandato mulieris factæ sunt: sed abraduntur, si possunt abradi sine læsione prioris status. C. de rei vxo. acti. l. vna. § sed ne ad impensam. Et hoc, si abrasæ possunt aliquam vtilitatem adferre, alioqui non est licitum, quia maliciis hominum (qui nihil aliud quærũt, nisi vt noceant) non est indulgendum, sed obuiandum: & sibi imputet qui eas fecit, quia donare videtur iuris fictione. ff. de impen. in reb. dona. fact: per totum.

Fundus Dotalis quid sit?

FVNDVS dotalis est, qui ab vxore marito in dotem traditur. Lex Iulia, quæ dotali prædio prospexit, statuit: ne id marito liceat obligare, aut alienare. & vt idem iuris sit de sponso, quod de marito. i. lex Iulia. ff. de fun: dot.

Fallit hoc in quatuor casibus.

Primò, quando maritus prouocatur ad diuisionem fundi dotalis, qui cum altero communis est. l. fi. C. de fund: dot.

Secundò, ex necessitate. puta, quia aliter viuere non potest, vel vt exeat carcerem. l. 1. C. de lib: cau.

Tertiò, quando cum vniuersitate bonorum mariti transit ad alterum. l. 2. ff. eo. tit.

Quartò quando vertitur ad vtilitatem mulieris. l. 1. ff. eo ti.

Vxor non poteſt donare Dotem in Mariti præiudicium.

Maritus & vxor ſecundum iura Saxonum bona inter ſe poſſident indiuiſa. Spe: Sax: lib: 1. art. 31. Ideo mulier nullam habet licentiam doté alienandi vel donandi viuente marito, & matrimonio inter eos conſtituto; ſed fructibus eius, ad ſuſtentationẽ tàm ſui quàm mariti filiorumq́; vti debet. C. de iure dot. l. vbi § ſtatum. Et C. de donat. l. conſtante. Dotem mulier cũ proprio obtinet iuramento, ſine teſte: ad poſſeſſionem autem, teſtibus indigebit. In Spec: Sax: lib: 1. art. 20. & ibi notata. & art: 24. & lib: 3. art: 76.

Lex eſt Prohibitoria & Generalis.

Satisdator ſeu fideiuſſor vel mandator, non debet vxori dari; vel à marito, vel à patre eius, vel ab omnibus qui dotem ſuſcipiunt, pro dote conſeruanda & reſtituenda: & ſi datus eſt, non tenet. Ratio eſt, quia cùm mulier credit ſe viro de corpore: dignum eſt, vt credat de dote conſeruanda & reſtituenda. Quare fideiuſſor vel alius interceſſor non debet exigi: ne cauſſa perfidiæ in connubio eorum generetur. C. ne fid. vel mãd. dot. den. l. 1. & 2.

DE PARAPHERNIS & Gerada.

Paapherna vocantur ea, quæ à muliere præter dotem in domũ mariti inferuntur, vt sunt: Vestes, clenodia, lectisternia, & huiusmodi. Sic Græcis dicta ex Præpositione παρὰ, quod extra significat, & ex nomine φερνὴ, quod est dos, quasi res vxoris, extra dotem constitutæ, quas Galli peculium appellant. Speculum verò Saxonum, Genere Fæminino, Parapher-nam, vocat: Ius autem Municipale Maydeburgense, Geradam:

Et, si ea mente inferuntur Paraphernа, quod fiant mariti: statim eius efficiuntur, aliâs vxoris. Et, in dubio, præsumitur eas mulier retinuisse sibi, & ergo, ab ea vindicari possunt. ff. de iure dot. l. si ego. § dotis.

Et de his non debet se vir intromittere muliere inuita. Quamuis enim bonum videtur mulierem, quæ seipsam marito committit, res etiam eiusdem pari arbitrio gubernari: attamen æquitas, quæ contrarium vult, in hoc casu præfertur. C. de pac. conuen. super do. l. hac lege. Et in Spe: Sax: lib: 1. art: 20: in glo.

Ad Geradam quid pertineat?

Ad Geradam siue supellectilem domesticam spectare videntur omnes vestes muliebres, incisi panni, & tela itidem scisa ad vsum mulieris, & ea quæ pro ornatu deferre solent mulieres, ac ea in suo habuerint receptaculo & tutela. Præterea omne aurum, argentúmque, quod formatum est ad ornatum mulierum, omnes annuli, brachialia, cinguli, sericum formatum, cortinæ, appendicula, scamnalia cum velaminibus, linteamina, balneamina, velamen lectum & lecti, puluinaria, cuscini, mensæ, patellæ, caldar ad abluendum linum, filum omne nereatum, siue sit dealbatum sine non. Libri qui

à mu-

à mulieribus vſitantur, anſeres, aneræ, oues paſtoré præcedentes. Iure Munic. art: 22.

DE ARMIS BELLICIS.

Homo militaris duabus perſonis tantum relinquit hæreditatem.

Quælibet mulier militaris duabus viis hæreditatem poſt ſe relinquit, & in ſuos hæreditat: Vtenſilia in propinquiorem cognatam, quæ ei ex fæmineo genere adhærebit. Hæreditatem verò in proximum, ſiue maſculus ſit ſiue fæmina, relinquet.

Maſculus conſimili modo militaris, duabus perſonis videtur hæreditatem dimittere: res expeditorias, id eſt, arma bellica in proximiorem agnatum, hæreditarias verò in proximum cuiuſcunq; ſit ſexus, dummodò ei ſit in generatione æqualis, relinquet. Cæteri verò cingulo militiæ carentes, poſt ſe tantummodò hæreditatem dimittunt percipiendam.

Ex iſto ſequitur, quòd ruſtici, & qui non ſunt de ſtirpe militari, non accipiunt Hergeweth, hoc eſt illud quod ad expeditionem bellicam ſpectat. Specu: Sax: lib: 1. art: 27.

Quæ ſunt arma bellica?

Ad arma etenim bellica pertinet dextrarius ſeu equus melior mariti ſellatus, gladiusq; eius, clypeus item, & meliora eius arma quæ habet pro corpore vnius viri. Tum & quotidianæ veſtes, lectiſternium item belli-

bellicum, hoc est lectulus cum cuſcino, duo lintea-mina, vna peluis, menſale vnum cum manutergio, cal-dar vnum, vel aliud huic ſimile. Et hæc ſunt & dicun-tur verè arma bellica, licèt aliquid ad id alii apponere ſolent. Iure Munic: art: 25. Spec. Sax: lib. 1. art: 3.

Quis tollit arma bellica?

Arma bellica, accipit proximior agnatus viri ex par-te gladii: in cuius recompenſam, proximior cognata vxoris mortuæ ex parte fuſi, tollit geradam. Spe: Sax: lib. 1. art: 22. & 23. Et ſi quid ex enumeratis rèbus ad arma bellica pertinentibus relicta non habuerit, ac ſa-cramento confirmare audebit ea non ſupereſſe: dare non tenetur. Iure Mun: art: 25.

DE JVRE PATRONATVS.

Ivs Patronatus, ſecundum Ioannem Andream Iuriſ-conſultum Bononienſem dicitur: I v s honorificum & oneroſum, cum vtilitate, alicui competens in Eccleſia, eò, quòd Diœceſani illius loci conſenſu, Eccleſiam cō-ſtruxerit, fundauerit, & dotauerit, vel ipſe, vel is, à quo cauſſam habuit.

Ex quo prouenit Ius Patronatus?

Ivs patronatus prouenit ex tribus cauſſis, ſcilicet, Fundatione, Donatione, & Ædificatione, vel ſola col-latione. vt 23. q. 7. filiis. Et C. quicunque. 18. q. 2. ab-bates. Vnde dici ſolet:

Patronum faciunt, Dos, Ædificatio, Fundus.

Quid

Quid debeatur Patrono in Ecclesia?

Tria competunt patrono in Ecclesia.

PRIMÒ honos, quia habet honorem præsentandi idoneam personam seu rectorem. Item habet honestiorem locum in stallo, & primus in processione incedit. vt 16. q. 7. piæ mentis.

SECVNDÒ debetur patrono in Ecclesia onus, quia tenetur defendere Ecclesiam ab omnibus oppressionibus. vt 17. q. 7. filiis.

TERTIÒ competit patrono in Ecclesia vtilitas, quia si vergat ad inopiam, alendus est de bonis Ecclesiæ. vt in C. filiis præalleg. Et C. quicunque. Vnde Distichon:

Patrono debetur honos, onus, vtilitasq;,
Præsentet, præsit: defendat, aletur egenus.

Formula præsentationis ad beneficium simplex non curatum.

Reuerendissimo in Christo Patri & Domino, Domino Bernardino, Dei gratia Archiepiscopo Sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Leopoliensis, aut suæ R. P. Vicario in Spiritualibus, seu Officiali generali Leopolien. Salutem & obedientiam filialem.

Reuerendissime Pater & Domine gratiose, ad altare trium mysteriorum in Sacello Strumiłowa nuncupato, tituli Assumptionis gloriosissimę Virginis Marię in eadem Ecclesia Metropolitana Leopolien. situm, collationis & iuris Patronatus nostri, per mortem & obitum

Honorabilis olim Stanislai Wilczek actu presbyt eiusdem altaris vltimi & immediati possessoris vaca Venerabilem Dominum Ioannem Ceruum à Tuchol Artium Liberalium Magistrum, Clericum in mino bus constitutum, Diœcesis Gnesnen. virum literatu scientia commendatum, & vita ac morum probit laudabiliter conseruatum, vestræ R. P. duximus pr sentandum, prout præsentibus præsentamus, roga tes vestram R. P. pro & cum eo, quatenus ipsum dictum altare instituere & inuestire dignetur grati se: curam, administrationem, & regimen spirituali & temporalium, pro officio suo pastorali illi confere do, & committendo, harum quibus Sigillum nostru est subimpressum testimonio literarum. Actum & d tum, in residentia Consulari nostra. Die tali. Anno tal

Formula præsentationis ad beneficium curatum.

Reuerendissimo &c. Consules. &c.

Vacante Ecclesia Parochiali, tituli omnium Sancto rum in villa N. Diœcesis Leopoliensis, per obitum olim D. eiusdem vltimi & immediati possessoris & re ctoris, collationis & iuris Patronatus nostri: ad quam ecclesiam sic vacantem, Honorabilem virum P. actu presbyterum, vita & moribus laudabiliter conserua tum, V. R. P. duximus præsentandum, prout etiam præsentibus nostris literis præsentamus & commen damus, pro & cum eo humiliter supplicantes, quate nus ipsum ad eam ipsam Ecclesiam gratiose instituere inuestireq; dignetur: curam animarum regimenq; & administrationem temporalium & spiritualium, eidem pro officio suo pastorali committendo. In cuius rei te stimo-

ſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus ſubimpreſſum eſt. Datum die tali. Anno tali.

Formula Donationis Iuris Patronatus in vim exſpectatiuæ alicui facta cum poteſtate præſentandi.

Conſules Ciuitatis L. ſignificamus tenore præſentium, quibus expedit, vniuerſis & ſingulis harum notitiam habituris, quia nos de noſtro ſingulari fauore, ob merita nobis noſtræq; Reipub. multipliciter exhibita, dedimus & conceſſimus, præſentibusq; damus & concedimus, pro vna vice duntaxat, Generoſo Domino N.Ius patronatus noſtrum,& collationem vnius altaris in ſacello ſanctæ Catherinæ, tituli ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum in Eccleſia parochiali Ciuitatis noſtrę primo & proximè per ceſſum vel deceſſum moderni poſſeſſoris vacans, ita quòd occurente vacantia huiuſmodi,idem Generoſus N.idoneam perſonam pro arbitrio ſuo ad hoc ipſum altare loci ordinario præſentare poſſit & valeat. Proinde vobis, Reuerendiſſimo in Chriſto Patri, Domino B. Archiepiſcopo Leopolienſi moderno, aut pro tempore exſiſtenti, aut Vicario eiuſdem in Spiritualibus, vel Officiali generali Leopolien. aut illi ad quem ius inſtituendi & inueſtiendi pertinet, committimus præſentibus & rogamus, quatenus poſteaquam in cauſſa primæ vocationis iſtius altaris præfati in Eccleſia præfata Ciuitatis noſtræ, idem Generoſus N. idoneam perſonam pro arbitrio ſuo veſtræ R. P. præſentauerit inſtituendam, eandem

 præ-

præsentatam personam ipsius Generosi Domini N. paternitas vestra non exspectatis aliis literis nostris, & quibuscunq; aliis gratiis, donationibus, & exspectatiuis in contrarium in quascunq; personas datis aut dandis, quibus pro hac vice derogamus minimè obstantes, ad huiusmodi altare, primò & proximè vocaturum instituere & inuestire dignetur. Regimen, administrationem spiritualium & temporaliũ eidem pro officio suo pastorali committendo. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum præsentibus est subimpressum. Datum die tali. Anno tali. &c.

Formula promißionis siue exspectatiuæ de primo vacanti.

Consules Ciuitatis L. Significamus tenore præsentium vniuersis & singulis viris Ecclesiasticis, & quibus interest, aut interesse poterit in futurum. Quia nos, habentes commendatam virtutem ac morum probitatem & literarum scientiam talis N. quibus nobis in educandis & erudiendis liberis nostris multiplicem & continuam exhibuit: & in præsenti non desistit exhibere diligentiam. Cupientes igitur horum intuitu sibi fauorem nostrum efficaciter impendere, ipsumq; ad accumulandas huiusmodi virtutes efficere propensiorem: illi exspectatiuam nostram specialem & generalem ad quocunque primum vacans beneficium vnum duntaxat collationis & Iurispatronatus nostri in Ecclesia Metropolitana Leopolien. & extra eam situm, cuiuscunque tituli fuerit, & quomodocunq;, siue per cessum, siue per decessum vacauerit, dedimus & concessimus, prout & per præsentes damus & concedimus. Quare vobis, Reuerendissimo in Christo Patri & Domino

mino B. Episcopo, aut pro tempore exsistenti, aut suæ R. P. in spiritualibus vicario vel officiali generali Leopolien. aut illi ad quem de iure vel consuetudine ius instituendi, inuestiendi pertinet, eundem N. præsentamus. Rogantes eandem Reuerendissimam Paternitatem vestram, quatenus illum non exspectata à nobis alia desuper præsentatione instituere & inuestire dignetur: non obstantibus aliis gratiis exspectatiuis, ac literis nostris similibus vel dissimilibus, aliàs forsitan à nobis datis & concessis, dandis & concedendis quibusuis personis,, quibus præsentibus derogamus, ac eundem N. in assecutione proximè & primo vacantis, huiusmodi beneficii anteferri volumus. Et in confirmationem præmissorum hac vice duntaxat per sedem Apostolicam fiendam expressè consentimus. Harũ. &c.

Formula literarum Creditorialium siue Credentiæ.

Nos Consules Ciuitatis L. Notum facimus per præsentes, quia hic præsentium exhibitor N. mercator est Conciuis noster, qui priuilegiis & libertatibus per olim inclytos Duces & Serẽissimos Reges Ciuitati nostræ gratiosè concessis, meritò frui debet & gaudere. Ne igitur in viis à Telonariis & vectigaleariis cum rebus suis impediatur: petimus vniuersos & singulos ad quos præsens scriptum nostrum peruenerit, Dominos & Amicos charissimos, velint hunc N. Conciuem nostrum ex nobis habere commendatum, ipsumq; cum rebus & mercibus suis, absque teloniorum & vectigalium solutione liberum ire permittere, & permitti iubere, iuxta priuilegiorum nostrorum contenta; Iustitiam in eum, & nobis rem gratam facturi. Datum. &c.

De Sal-

DE SALVO CONDVCTV.

Saluus conductus eſt licentia quam dat Rex militi, aut prefectus inferiori eundi vltrò citroq; quo velit ad præſcriptum diem commodè reuerſuro.

Formula literarum Salui conductus.

Nos Conſules Ciuitatis L. Significamus tenore preſentium quibus expedit vniuerſis & ſingulis, quia famato D. Ciui L. dedimus & conceſſimus Chriſtianum Saluum conductum à nobis & à ſubditis Sereniſs. Domini Sigiſmundi Dei gratia Regis Pol. &c. Quemadmodum ad hoc per ſuam Maieſtatem Regiam ſpecialiter ſumus informati, ab hoc die quo literæ eiuſdem ſalui conductus ſcriptæ ſunt, ad diem vſque ſancti Bartholomęi proximè venturam, duraturum. Ita quod infra hoc tempus pendente termino ſalui conductus habet & haberi debet beneplacitam voluntatem, vniuerſa & ſingula loca ſibi opportuna ingrediendi, ſecurè in eiſdem morandi, atque omnia ſua negotia licita & honeſta diſponendi, ac tandem his finitis, liberè diſcedẽdi. In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus eſt ſubimpreſſum. Datum in reſidentia noſtra Conſulari. &c.

Formula Concordiæ.

Concordia & amicabilis compoſitio facta eſt inter N. ex vna, & B. fratres patrueles parte ex altera, pro omni-

omnibus differentiis, controuersiis, litibus, & iurgiis, quas partes nominatæ se habere prætendebant, occasione omnium bonorum hæreditariorum, tam mobilium quàm immobilium, post obitum olim A. patrui sui relictorum, & ad eos iure successionis deuolutorũ. In primis partes dictæ personaliter coram Iudicio cobannito constitutæ, cupientes pacificè, fraternè, & cõcorditer inuicem viuere, & vlterioribus sumptibus, damnis, litibusq; viam præcludere, omnes & singulas differentias, pariterq; lites, & impensas quomodolibet, & ex quacunque parte vtrinque habitas & factas, mortificauerunt, cassauerunt, & ad nihilum hoc modo, reduxerunt. Itaq; dictus N. prædicto B. fratri suo patrueli pro sorte omnium bonorum post obitum præfati A. patrui sui ad illum deuolutorum, daturus & soluturus est centum &c. Quam quidem concordiam partes nominatæ promiserunt firmiter tenere, adimplere, ac inuiolabiliter obseruare, nec ei contrauenire per se vel per alium seu alios, directè vel indirectè quouis quæsito colore, quæ concordia admissa & confirmata est habere robur. &c.



FAR-

FARRAGINIS ACTIONVM

Iuris Ciuilis & Prouincialis Saxonici Municipalisq; Maydeburgen. De Contractibus.

LIBER TERTIVS.

QVID SIT CONtractus.



ONTRACTVS est, vltrò citroq; facta obligatio. Dictus à verbo cõtraho. Nã in contrahendo voluntates hominũ ex diuersis motibus animi procedẽtes, in vnum spontaneum consensum concurrunt, & contrahuntur. Et ponitur hoc in loco contractus generaliter pro omni pacto, conuentione, vel quasi contractu & pro omni illo ex quo nascitur obligatio, quod Græci significantiori vocabulo Συνάλλαγμα vocant.p. de verb: & rer: sign. l. Labeo.

PACTVM autem, inquit Vlpianus: à pactione dicitur.

tur. inde etiam pacis nomen appellatum est. Et est pactio, duorum pluriúmue in idem, placitum & consensus. vt ff. de pact.

Conuentionis verbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi transigendiq; caussa consentiunt, qui inter se agunt. Nam sicuti conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in vnum locum colliguntur & veniunt: ita qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt, id est, in vnam sententiam decurrunt.

Adeò autem conuentionis nomen generale est, vt eleganter dicat Pædius: Nullum esse contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in se conuentionẽ: siue re, siue verbis fiat. Nam & stipulatio quæ verbis fit, nisi habeat cõsensum, nulla est. ff. de pact. l. 1. §2. & 3.

Prima diuisio Contractuum.

Contractuum duo summa genera sunt. Nam alii Nominati dicuntur, alii Innominati.

NOMINATI Contractus dicuntur, quibus certum nomen consuetudo imposuit, siue oriantur ex Iure Gentium, siue ex Iure Ciuili.

CONTRACTVS NOMINATI ex Iure Gentium sunt. Emptio, Venditio, Locatio, Conductio, Creditum, Mutuum, Debitum, Commodatum, Pignus, Depositum, Permutatio, Societas, Contractus Matrimonialis, Mandatum, & huiusmodi.

CONTRACTVS NOMINATI ex Iure Ciuili, hi oriuntur. Literarum obligatio, Contractus emphyteuticus, Contractus sponsalitiæ largitatis.

INNOMINATI Contractus dicuntur, quibus Latinæ linguæ vsus nullum nomen imposuit, possuntque aliis contractibus nominatis conuenire. & sunt quatuor:

tuor: Do, vt des: Do, vt facias: Facio, vt des: Facio, vt facias.

Et isti innominati contractus sequuntur naturam contractuum nominatorum, qui eis assimilantur. l. naturales. § sed si facio. ff. de præsc. verborum.

Secunda diuisio contractuum.

Item, Contractus sunt duplices: Bonæ fidei, & malæ fidei.

Bonæ Fidei contractus dicuntur, qui dolo & fraude, fraudisúe suspitione carent.

Malæ Fidei contractus dicuntur, qui dolosè & fraudulenter contra interdicta legum & canonũ fiunt.

DE EMPTIONE ET venditione.

Origo emendi vendendiq́;, à permutationibus cœpit. Olim enim non erat ita nũmus sicut hodie, neque aliud merx, id est, res vendita, & aliud precium vocabatur: sed vnusquisq; secundum necessitatem temporum ac rerum vtilibus sibi, inutilia aliis permutabat, quoniam plerumq; euenit, vt quod alteri superest, alteri deest. Sed quia non semper nec facilè concurrebat, vt cùm tu haberes, quod ego desiderarem, id idem haberem, quod tu accipere velis: ideò electa est materia auri vel argenti, cui publica ac generalis æstimatio, difficultatibus permutationum subueniret, eaque materia forma publica percussa numismate, vsum dominiumq; non tàm ex substantia, quàm ex quantitate sua præbet. ff. eod. l. 1.

Emptio

Emptio quando fit?

Vbicunque ergo pecunia datur, vel aliquid aliud accipiatur, emptio est & venditio. Vbi autem alia res præter pecuniam pro consimili vel alia re datur, est permutatio non emptio. Insti. eo. § precium autem.

Quibus modis contrahitur Emptio?

Est autem emptio, iuris gentium; & ideo consensu peragitur, & inter absentes contrahi potest per nuncium ad hoc destinatum, & per literas.

Et potest emptio tam purè quàm sub conditione contrahi.

Purè, id est, simpliciter & directè: vt quando pretium conuentum persoluitur, & res vendita traditur, & venditio ad effectum sine adiectione conditionis perducitur.

Svb conditione, veluti si venditor dicat emptori sic: Vendo & trado tibi fundum aureis tot, & si non solueris hinc ad mensem, fundus sit inemptus. Et hoc quod venditor in conuentione cauit: vt si ad diem certum pecunia soluta non sit, vt fundus sit inemptus. Ita debemus intelligere fundum inemptum, si emptor inemptum esse velit, quia id emptoris caussa cauetur. ff. de l. con. per tot. & Instit. eod. § vlt.

Venditio vt valeat quæ requiruntur?

Ad hoc vt venditio & emptio ſit perfecta, firma, & valida, requiritur contrahentium mutuus conſenſus, verbis aptis coram teſtibus duobus expreſſus, aut manu propria contrahentium conſcriptus, vel ab alio quidem ſcriptus, à contrahente autem ſubſcriptus.

Item, quod res vendita emptori in dominium & poſſeſſionem tradatur, & pro ea pecunia numerata ſoluatur, aut ſatis eo nomine factum.

Vel ſi venditor habuerit fidem emptori de precio ſine vlla ſatisfactione.

Item, argumentum contractus perfecti & ſolenniter celebrati: eſt mercipotus, hoc eſt, poculum vini vel cereuiſiæ, quod ſecundum conſuetudinem regionis à contrahentibus, teſtibus præſentibus ad bibendum datur in fidem, teſtimonium, memorialeque huiuſmodi contractus. Et de iure Saxonico requiritur, quod reſignatio bonorum præſertim immobilium fiat coram Iudicio cui ſubſunt bona illa: & non fiet perfecta venditio & emptio, donec aliquid deeſt ex his. Et poteſt emptor vel venditor ſine pœna recedere ab emptione vel venditione. ff. eo. l. emptionibus. & l. quod vendiſti. Inſtit. eo. § in his autem & duobus ſequen. Iure Municipali artic. cxl.

Arra quid ſit?

Arra dicitur illud, quod datur in principio contractus, vt certus firmuſque habeatur. Dicitur etiam Arra, pars ſolutionis, quæ prius datur, vt reliqua reddatur. Si igitur Arrarum nomine aliquid fuerit datum, is qui recuſat contractum adimplere: ſi eſt emptor, perdit quod dederit. Si verò venditor, duplum reſtituere compellitur, licet ſuper Arris nihil expreſſum eſt. Inſtitut. eodem § in his autem.

De Reſi-

De Resignatione.

Resignatio, est iuridica bonorum venditorum immobilium traditio & abscessio cum hæredum consensu, si ex successione paterna habentur, aut sine consensu hæredum, si proprijs empta sunt pecunijs. Iure Municipali artic. xx.

De loco & modo resignationis.

Resignatio proprij seu hæreditatis debet fieri ante quatuor scamna, hoc est, coram Iudicio bannito, cui subsunt illa bona, vt ibi venditio confirmetur, & resignatio illa vt iuris est denuncietur: & resignationem accipiens, debet necessariò ire ad domum cum Iudice & Scabinis ad acceptandam intromissionem; intromissioq́, hoc pacto exsequatur. Iudex domum introibit illius qui alienauit, vel in aream, si domus non sit: cæteri verò foris stabunt: & istum cui hæreditas abscessa est, per manum accipiat, in præsentiaq; Scabinorum eundem inducat, hæc verba dicendo: Quemadmodum tibi hæreditas coram iudicio abscessa, resignata donataúe est: in illam te intromitto, prout ex sententia mihi decretum fuit, & in testes accipio Scabinos & alios Iudicio pertinentes, vel qui iudicio adstabant, quòd te huc introduxi prout iuris est. Postmodum verò reuertatur ad Iudicium bannitum, ad confirmandam resignationem & possessionem. Iure Mun. art. xx.

Resignatio Iuridica hæreditatum, ad quid vtilis?

Sciendum eſt, reſignationem iuridicam bonorum vtilem eſſe ad quatuor.

Primò, quia per reſignationem venditio firmatur & ſtabilitur. vt Inſti. de rer. diuiſ. § per traditionem.

Secundò, quod onera & ſeruitia bonorum amplius in venditore expoſci non debent. ſi enim bona ſunt cenſualia, tenebitur coram iudicio ſolus emptor cenſum ſoluere. vt C. de agri. & cenſi. l. iij.

Tertia vtilitas, quia venditor contractum & forum negare non poterit. Inſtit. de empt. & vend. § emptor.

Quartò, reſignatio vtilis eſt ad veram bonorum poſſeſſionem, & iuuat ad præſcriptionem poſſeſſionis. vt Inſti. de vſucap. & longi temp. præſcrip. § i. Spec. Sax. lib. art. xxxiiij. gloſ. Iure Mun. art: xx. gloſſ.

De periculo & commodo rei venditæ.

Cùm emptio & venditio perfectè ſit contracta, omne periculum & commodum, quod rei venditæ contingit: ſtatim ad emptorem pertinet, licet ad hoc ea res emptori tradita non ſit. & hoc eſt verum, ſi ſine dolo, culpa, & mora venditoris res vendita pereat. Si verò venditor fuerit in culpa, dolo, vel mora, quare res pereat: ſpectat periculum ad venditorem, qui culpam dolum, vel moram adhibuit.

Quod autem dictum eſt in periculo, idem intelligendum eſt in commodo. Nam & commodum eius eſſe debet, cuius periculũ eſt. ff. de per: & com. rei ven. per tot. Inſti. eo. § cùm autem emptio. Iure Muni. artic. cxl. gloſſ.

De re-

De rescindenda emptione vel venditione.

Emptio & venditio etiam perfecta sicut consensu cõtrahitur; sic à contrario resoluitur consensu vtraque parte volente, iuxta illam regulam: Omnis res per quascunque caussas nascitur, per easdem dissoluitur.

Rescinduntur etiam aliquando emptio & venditio, & hoc altera parte inuita, puta, quando facta est contra inhibitiones Iuris, vel lege impendente; si cum filio familias aut seruo facta sit, aut cum pupillo sine Tutoris auctoritate, aut propter metum adhibitum.

Item, propter dolum emptoris & non alterius. Item, ratione erroris. Item, ratione solennitatis commissæ. ff. de rescindenda emptione & vend. per totum.

Ad quid tenetur Venditor?

Si quis vendidit bona sua quæ habuit in possessione: tenentur varendare, euincere, eliberare, & tueri emptorem anno & die contra præsentes; contra absentes vero tringinta annis & anno, & die longiori de forma Iuris. vt Spec. Sax. lib. art. xxix. Et lib, iij. artic. iiij. Et Iure Mun. artic. cxl. gloss.

Quæ cauentur in venditione equi?

In Regno Poloniæ, circa venditionem equi, iuxta consuetudinem; venditor hæc tria promittere debet. Primum, quod non sit asthmaticus, hoc est anhelus

vel suspiriosus : Deinde, quòd non sit rheumaticus seu nasiaticus, hoc est fluxionibus nasi obnoxius : Ad extremum, quòd non sit arestatus vel subtractus, sed liber. Iure Munic. art. xcix. in margin.

Formula inscriptionis, venditionis domus aut hæreditatis in perpetuum.

In eodem Iudicio bannito comparens personaliter famatus N. Ciuis L. sanus mente & corpore exsistens: publicè & per expressum recognouit, quia domum suam lapideam hæreditariam, in platea tali, inter domos N. ex vna, & N. ex altera partibus sitam, cum totali ipsius domus hæreditate, & omnibus ad eam pertinentibus, nihil iuris, dominii, & proprietatis, & quarumuis vsusfructuũ in eadem domo pro se & suis successoribus reseruando, seu excipiendo. ita late & longe, circumferentialiterq́; , prout præfatæ domus hæreditas se in suis terminis & limitibus extendit, famato N. pro ducentis marcis paratarum, & realiter, & cum effectu persolutarum pecuniarum monetæ & numeri Polonicalis, in quamlibet 48. grossos computando, vendidit & iudicialiter resignauit perpetuè & in æuum, tuenda, possidenda, & ad vsus beneplacitos conuertenda. Et iam ex nunc prædictus N. præfato N. dedit realem intromissionem & actualem possessionem, per Dominum Aduocatum & Scabinos iudicio præsidentem, in prædictam domum & eius hæreditatem totalem. Et debet prædictus N. & eius successores præfatum N. cum suis successoribus varendare, euincere, eliberare, tueri ac pacificare ab omni impetitione iuridica, ab omnibus per-

bus personis, toties quoties sibi opus fuerit, nulla re exquisita ipsum euadendo. Quæ quidem venditio & resignatio admissa & confirmata est habere robur perpetuæ firmitatis, in omnibus & singulis suis punctis & clausulis de forma iuris. super quo Scabinis solidum pro memoriali soluit.

Sciendum est, si quid vnus coram Iudice & Scabinis agere habeat in donando vel resignando: solidum soluet, qui facit Polonicos ternarios quatuor, quem Scabini pro memoriali accipiunt. Iure Mun. art. lxxiij.

DE LOCATIONE & Conductione.

Locatio & Conductio, cùm naturalis sit & omnium gentium: non verborum sollennitate duntaxat, sed & nudo consensu contrahitur, sicut emptio & venditio. ff. eod. l. j.

Definitiones Locationis & Conductionis.

Est autem LOCATIO personæ reiúe ad vsum factæ commissio, mercede in pecunia numeranda conuenta.

CONDVCTIO verò est alienæ personæ reiúe, ad certum tempus pro pecunia numeranda ad vsum acquisitio.

Locator & Conductor.

LOCATOR ergo dicitur, qui eo quod suum est, alium vti permittit conuenta mercede.

CONDVCTOR verò è contra,qui eo quod alienū est, vtitur pacta mercede. Si igitur domum meam conuenta mercede habitare permitto, tu conductor, ego locator dicor. Tu quóque si operas tuas in re me ponas ; diceris locator operum tuarum,ego earundem conductor. Si verò tibi opus mercede conuenta dedero : respectu operis, ego locator, tu verò conductor diceris. ff. eod. l. si tibi. Et l. item quæritur.

Differentia inter Locationem & Emptionem.

Locatio & Conductio proxima est emptioni & venditioni , ijsdemque iuris regulis consistit. Nam vt emptio & venditio ita contrahitur , si de precio conuenerit : sic & locatio & conductio ita contrahi intelligitur, si merces constituta sit.

Differunt tamen in hoc , quòd venditio in perpetuum sit : conductio verò in tempus determinatum. vt ff. eodem l. ij.

Quandiu durat Locatio ?

Locatio & Conductio fit iuxta partium conuentionem , aliquando ad certum tempus , aliquando ad vitam, aliquando in perpetuum : & non potest vnus alium alienare, nisi finito tempore conductionis. vt C. de loca. & conduct. l. legem quidem. & in Authen. de deposi. & de nunc. § 1. eod. l. vj.

In tribus casibus bona locata recuperantur.

Tres ſunt caſus in quibus locator inquilinum ſuum ante tempus finitum conductionis, expellere poteſt.

Primus, ſi locatio eſt hæreditaria ſeu perpetua, conductorque cenſum ſeu penſionem per biennium non ſoluerit: bona illa domino vacabunt. vt in Authen. de alien. & emphy. § ſi verò col. ix. & C. de iure emphyt. jus emphyteucarium.

Secundus, ſi bonis illis ſolus Dominus pro manſione indiguerit. vt C. de loca. & conduct. æde, quam ſequitur textus.

Æde, quam te conductam habere dicis, ſi penſionem domino in ſolidum ſoluiſti, inuitam te expelli non oportet. niſi proprijs vſibus dominus eam neceſſariam eſſe probauerit, aut corrigere domum maluerit, aut tu male in re locata verſata es.

Tertius, ſi locator bona deteriora fecerit: vel inhoneſtè ibidem vixerit: quia fortè publicas meretrices tenuit; alienari poterit. vt C. eo. tit.l. ea. & in Authen. de aliena. § ſi quis verò. col ix.

Damnum eueniens in rebus locatis vel conductis, cuius eſt?

Si quis pro vſu ſuo conduxerit certa mercede bona aliqua, puta ædes, veſtimenta, iumenta, cæteraque res; ab eo cuſtodia talis deſideratur, qualem diligentiſſimus paterfamilias ſuis rebus adhibet. Quam ſi præſtiterit, & aliquo caſu fortuito, eam rem amiſerit, puta ruina, furto, incendio, inundatione aquæ; de reſtituenda ea non tenebitur: ſi iuramento ad ſacra prout ius decreuerit, probare auſus fuerit, quod abſque eius culpa & negligentia damnum ſubſecutum eſt. ff. eod. l. ſi merces. Vis maior. & ſequ. Inſti. eod. § qui pro

vsu. Spec: Saxo. lib: ij. artic. lix. Iure Municip. articulo vltimo.

Bona Inquilini, sunt pignus Domini.

Non est ignorandum omnia bona quæcunque homo censualis vel inquilinus, in domum conductam hospitis seu domini sui importauerit, & in illis bonis resederit uno anno medio siue quartali: efficiuntur ex seipso pignus seu uadium domini (quamuis non specificentur loco uadij esse data) occludereque ea in censu, in habitationibus poterit & conseruare fideliter. Iure Municip: art: cxl.

Formula Arendæ.

In eodem Iudicio personaliter constitutus famatus N. publice & per expressum recognouit, quia agrum suum vel domum suam in loco tali situm vel sitam, arendauit, locauit, & ad annuam pensionem dedit & concessit, famato N. pro triginta florenis cõmunis & vsualis monetæ & numeri Polonicalis, in quemlibet triginta grossos numerando, ad annos duntaxat sex completos, à festo S. Ioannis Baptistæ proximè futuro continuè se sequentes: quos quidem triginta florenos pensionis, prædictus S. præfato N. tenebitur quolibet anno soluere ad duas temporum ratas pensiones infrascriptas, hoc est, quindecim florenos pro festo Natiuitatis Domini, rata prima pensio fiat: aliam verò medietatem pro festo S. Ioannis Baptistæ, rata pensio secunda. Et præfatus N. locator tenebitur præfatum N. conductorem ad acta Dominorum Consulum Leopolien. de

ei

eis quietare, & sic consequenter & successiuè & quolibet anno durantibus prædictis sex annis, vsq; ad exspirationem præfatæ arendæ. Quem quidem agrum vel domum, prædicti N. arendator tenebit, possidebit, illoq; fruetur vigore præfatæ arendæ, & nullo alio iure, cum iure dominij, omnibusq; vsusfructibus ad prædictum agrum vel domum spectantibus, & vtilitatibus ex illo prouenientibus, vsque ad decursum sex annorum à receptione possessionis. Et iam præfatus N. dedit prædicto N. arendatori realem possessionem in præfatum agrum seu domum, tenebiturque ipsum tueri & protegere in præfatis bonis arendatis, ab omni impetitione iuridica, vsq; ad exspirationem præfatæ arēdæ.

Et coram eodem Iudicio stans personaliter præfatus N. arendator, etiam recognouit se arendasse & conduxisse prædictum agrum vel domum apud prędictum N. iuxta continentiam præsentis inscriptionis, quem agrū recognouit, non alio genere, tantummodo iure arendæ prædictæ se tenere & possidere. Qui quidem contractus arendationis, locationis, & conductionis ad missus, & confirmatus est habere robur firmitatis in omnibus & singulis punctis & clausulis de forma Iuris, quod solidatum est.

Formula Quietationis, Solutionis, Pensionis.

Coram residentia nostra Consulari talis N. recognouit se manualiter in bona & numerata pecunia recepisse census annui, ex agro suo pro festo Natiuitatis Domini ratæ pensionis primæ florenos quindecim monetæ & numeri Polonicalis, per triginta grossos in quemlibet computando, à tali N. arendatore & condu-

ctore

ctore eiusdem agri, de quibus ipsum quietauit. Actum anno tali. Mense tali. Die tali. &c.

DE CREDITO.

Credere vocabulum est generale. Omnes enim contractus, in quibus fidem sequimur alienam, complectitur. Nam cuicunque rei adsentimur, alienam fidem secuti, mox recepturi quid ex hoc contractu; credere dicimur. ff. de rebus creditis. l. i.

Differentia inter Creditum & Mutuum

Creditum à mutuo eo differt, quo genus à specie. Nam creditum non solùm in his rebus consistit, quæ pondere, numero, & mensura continentur, vt est vinū, triticum, aurum, argentum, & pecus: sed etiam extra eas res, sicuti si eandem rem recepturi sumus: creditum est. Mutui autem datio consistit in his rebus tantum, quæ pondere, numero, mensuraúe consistunt: in alijs autem rebus, non potest consistere mutuum. ff. eo. l. mutuum damus.

Quid sit Creditor.

Creditor est, qui alienam fidem sequitur mutuatam pecuniam numerando. Generaliter verò creditor dicitur, qui ex caussa quacunque alienam fidem sequitur. Et dicitur ideo creditor, quia credit debitori.

DE

DE MVTVO.

Mutuum est, quod de meo tuum fit. Et appellatum est ab eo mutuum, quia ita à me tibi datur, vt ex meo tuum fiat. ff. de rebus creditis l. ij.

In quo consistit mutui datio?

Mutui datio, in ijs rebus consistit, quæ pondere, numero, mensuraúe constant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: quas res aut numerando, aut appendendo, in hoc damus; vt accipientium fiant, & quandoque nobis non eædem res, sed aliæ eiusdem naturæ & qualitatis reddantur. Insti. qui mod. re con. oblig. § i.

In mutuo æquè bonum reddetur.

Cùm quid mutuum dederimus, & si non cauerimus, vt æquè bonum nobis redderetur, non licet debitori deteriorem rem, quam ex eodem genere sit, reddere: veluti vinum nouum, pro veteri. Nam in contrahendo quod agitur, pro cauto habendum est. Id autem agi intelligitur, vt eiusdem generis. & eadem bonitate soluatur. vt dicit lex ij. ff. de re cred.

Mutuum accipiens, tenetur de casu fortuito.

Sciendum est, is qui mutuũ accepit, si quolibet fortuito casu amiserit, quod accepit, veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum, hostiumúe incursu; nihi-

lominus

lominus obligatus remanet, de ea ipsa re restituenda. Insti. qui mo. re. con. obl. § item is.

Quid sit Vsura?

VSVRA est, quidquid vltra sortem accipitur. Et dicitur vsura, quia vsus rei venditur, & pro nudo vsu aliquid recipitur.

Quando committitur Vsura?

Et committitur vsura in his rebus in quibus est mutuum, id est, quæ consistunt in pondere, numero, & mensura. In alijs autem rebus, puta equo, vel domo, aut libro; licitum est recipere sortem & lucrum. Quia his non transfertur dominium sicut in mutuo, in quo, res statim est periculo eius, qui accipit. Ergo inconueniens esset si aliquis pro tali re aliquid dando, grauaretur. Vbicunque igitur amplius requiritur quam quod datur; etiam si sit esca vel vestis, vel alia res vilis, etiam quæ non constat in pecunia, quæ accedit sorti principali, quodcunq; nomen ei imponas: vsura est. Contra quod clamat Diuina auctoritas: Mutuum dantes, nihil inde sperantes. consuluit de vsuris.

Casus in quibus non committitur vsura.

In sex casibus non committitur vsura.

PRIMÒ, fauore Ecclesiæ. de vsur. C. I. & C. conquestus.

SECVNDÒ, cùm fideiussor soluit sortem & vsuras: potest

poteſt repetere vſuras à principali. de fideiuſſ. c. conſtitutis.

TERTIÒ, cùm pœna petitur præter ſortem. xij. q. ij. legibus.

QVARTO, cùm petitur vſura tanquam intereſſe. vt dici. gloſ. in C. conqueſtus. & in l. eos. C. eo.

QVINTO, cùm reciditur pro re quæ non conſiſtit in numero, pondere, vt ſupra diximus.

SEXTO, ratione incertitudinis. de vſur. C. in ciuitate. Addunt quòd vſura accipi poteſt à Iudæis & infidelibus. vt xiiij. q. iiij. C. ab illo. Sunt enim noſtri & Chriſtianæ religionis hoſtes, quare bona eorũ occupare poſſumus. vt extra de hære. C. excommunicauimus.

Vſuræ ſunt prohibitæ de iure Ciuili.

Sciendum eſt, quòd olim de iure Ciuili vſuræ erant omnes permiſſæ. Hodie autem, ex quo leges in materia præſenti non dedignantur imitari ſacros Canones (vt in Authent. de Eccleſi. li. § i. col. ix.) ideo dicimus, quod de iure Ciuili vſuræ ſunt prohibitæ.

DE DEBITO.

DEBITVM eſt, quod aliquis alteri ex naturali vel ciuili obligatione tenetur. Vel ſic:

Debitum eſt, quod exigitur ab inuito. xiiij. q. j. quod tenetur.

Quid ſit Debitor?

Debitor eſt, qui accepit pecuniam à creditore. Vel: Debitor intelligitur is, à quo inuito exigi, id eſt, extorqueri pecunia poteſt. ff. de verb. ſign. l. debitor.

Varijs modis contrahuntur debita.

Debita contrahuntur modis quatuor. Aut verbis: Aut re: Aut scriptis: Aut consensu.

Verbis contrahitur debitum, cùm quis pro se vel pro alio promittit quid dare aut soluere: Veluti, si ego dixero ad te: Pro debitore meo Sticho decem aureos spondes mihi hinc ad mensem dare? & tu in continenti respondeas: dare spondeo.

Re contrahitur debitum, ex mutuo, commodato, venditione, locatione.

Scriptis seu literis contrahitur debitum, cùm quis se debere per epistolam, seu chirographum desuper datum, recognoscit.

Consensu tacito contrahitur debitum in bonis censualibus. Nam is qui tenet bona censualia: vniuersa bona eius pro censibus & tributis, vice pignorum obligata sunt, quamuis specialiter id non exprimatur. vt C. qui ca. pi. ta. con. l. i. & ij. Insti. de obligat. § i. Spe: Saxon. lib. ij. art. ij. glo. Iure Munic. artic. lcxiij. gloss.

Quot modis soluuntur debita?

Debitum quintupliciter persoluitur.

Primò huiusmodi conditionis argento aut nummis, quemadmodum in promissione continetur. Si autem conditio in contractu non sit nominata: argentum aut nummi præstentur, qui communiter in prouincia currunt, & vsuales in illo loco sunt, & quibus communiter vinum & panis ac cereuisia emitur. Spe. Sax. lib. iij. artic. xl. in gloss.

Secun-

Secundò, quando idem illud restituitur, quod commodatum fuit. Insti: qui mo: re: con. obli. § 1.

Tertiò, solutio fit ex compensatione, veluti si tu debes mihi decem, & ego postea do tibi tantùm tritici, ita quòd vnum non excedat aliud in valore. Hîc solutio fit ex compensatione, vt C. de solu. l. eius.

Quartò, si debitum meum in alio debitore tibi abscedam, & tu illo contentari vis. C. de noua. l. ex contractu.

Quintò, per liberam remissionem & redditionem chirographi aut instrumenti.

De loco & tempore solutionis debiti.

Debitor nullo alio loco debitum soluere tenetur, quam in quo promisit: vt si quis promisit decem aureos Romæ dare, non tenetur Ephesi. ff. de eo quod cer: lo. da. opor. l. is qui certo.

Illud tamen scias, quod qui certo loco & tempore se soluturum pecuniam obligauit: si solutioni satis non fecerit, in alio loco poterit conueniri. vt in l. vna. C. vbi con. qui cer. loco da. pro.

Et licet debita ante diem solutionis peti non possunt: ocasione tamen interponendæ cautionis fideiussoriæ contra debitorem ex iusta caussa, puta quia abutitur bonis suis: agatur, & fiet ad hoc condemnatio. l. in omnibus. ff. de iudi. Spec: Sax. lib: 1. art: 65.

De querela pro debito, & responsione ad eam.

Querela occasione debiti & ad eam responsio inuenitur triplex; & vna quæq; Ius suum habet.

Si enim sit querimonia iudicialiter pro debito, quod impetitus recognoscit: decernitur solutio ad quindenam. Quod si statuto tempore non exsoluerit: Iudex in eo mulctam obtinet. Nihilominus solutioné demandabit ad octo dies: deinde ad tres dies: deinde ad duos dies: tandem ad crastinum. Quoties verò mádatum debitor neglexerit adimplere: toties mulctam in eo Iudex acquirit. Si autem Iudici mulctam & Creditori debitum soluere contempserit: bona eius mobilia decernuntur & consignantur in pignus, & per id compellitur debitum Creditori & mulctam Iudici soluere. Si verò mobilibus bonis careat; ad proprium seu hæreditatem Creditor intromittitur, acceptareq; illud cogitur, & his contentari. quia debitor in defectu paratarum pecuniarum, tueri se pignore contra Creditorem semper potest. Pignus autem per Iudicem taxari debet, an valeat summam debiti, necne, quod pignus dominus Iudex vel diuendet, & Creditorem contentabit, vel Creditori præcisè dabit iuxta taxam suam, & Creditor vel necessariò tenetur pati. Si autem pignus summam debiti non valeat; ad fideiussoriam vlterius cogi potest. Si verò possessione careat, nec fideiussores habeat; per Iudicem Creditori per manū dari debet. Si aduena fuerit is cui præsentatus sit, eundem secum abducere poterit; si ipsum in municipio seruare non valebit: cautionem tamen fideiussoriam statuere eum necesse est, quod absq; noxa corporis & sanitatis eundem seruabit, vel viceuersa præsentabit. Si fideiussoriam non habeat, eundem in municipio in domo Iudicis relinquet. Compedes potest sibi apponere, & præter id nullam aliam pœnam sibi irrogare poterit. Beniuolè enim sese in carceres obtulit. Prouidere eum debet

debet cibo & labore, per simile prout aliam suam familiam. quia nec fur, nec furum socius aliquando fuit. Iure Munic: art: 34. & art. 93.

Si verò negauerit & probatio defuerit: iurare eum ad sacra oportet vnica manu, & vt sic absoluetur. Et si quis iuramenti sacramentum pro debito promittat, idque tempore determinato non exsoluerit; in debito condemnatur, nisi legali impedimento se defendat. Si autem reus paratus sit ad iurandum tempore & loco statuto, & actor non venerit: reus liber erit à sacramento & debito.

Est & aliud genus querelæ pro debito, cùm quis super alium querulatur: is verò contra quem querela facta est, dicat: quod mihi dimisisti debitũ, & me quietum & liberum ex huiusmodi debito fecisti, & probare non poterit: actor eum iuramento vincere debet. Item si quis ad querimoniam respondeat se querulatori debitum persoluisse, pro quo impetitur solutionem, probet mettertius, hoc est duobus hominibus in suo iure benè conseruatis, qui huiusmodi solutionem viderunt & audierunt: & hoc intelligendum est de debito non inscripto. Si enim debitum inscriptum fuerit: necesse est vt debitor probet solutionem per scripturã, vel per testes quinq; idoneos. Si autem debitum fiat post mortuam manum; septem hominum testimonio indigebit. Spec: Sax: lib. 1. art: 65. & lib: 2. art: 6. & lib: 3. art: 85. Iure Munic: art: 27. & 68.

Item, si quis alium pro debito coram Iudice accusauerit, & debitũ illud coacto iure consecutus sit; vt pote per testimonium, obligationem, decretum antehac latum: oportet eodem die soluere, Iudexq; in eo mulctam acquirit. Iure Munic: art: 46. & art: 93. Item si quis accuset alium pro pecuniis caussa debiti; pro quo sibi id tenetur, coram Iudice, nominare eum oportet:

Si debitum ſit ex alea vel ludo contractum : reſpondere ſibi non tenetur, nec Iudex pro eo iudicare. Iure Municipali art: 103.

De mercede merita.

ACTIO pro mercede merita dupliciter intentatur. Aut enim ágitur contra hæredes mortui domini; aut contra ipſum ſolum viuum dominum.

SI merces ab heredibus mortui exſpectatur, & ſi heres mercenario mercedem anni vel dimidii negauerit; hoc ſacramento contra hæredem obtinebit. Vltra verò annum ſi mercedē detentam allegauerit; metſeptimus probare tenetur, tanquam poſt mortuam manum.

SI autem merces promerita apud dominum viuum expetatur; obtineri ad ſacra poteſt. Sed ſi dominus ſolutionem debiti probare velit, propior eſt hoc facere mettertius ad ſacra, quam famulus obtinere poſſit.

ITEM, ſi famulus mercedem deſeruitam contra dominum ſuum iudicialiter obtinuerit, pro eo dominus Iudici nullam demeretur pœnam, ſed famulo mercedem eadem die indilatè ſoluere tenebitur.

ITEM, ſi expellat dominus mercenarium; ei plenā mercedem præſtare tenebitur. Si autē relinquet mercenarius importunè dominū, in tantum domino quantum eius precii conſtat ſumma, obligatur : & ſi aliqua pars precii ei perſoluta ſit, in duplo reddere compellitur. Iure Municipa: artic: 78. & 79. & 80. Spec: Saxo: lib: 1. artic: 22.

Quæ debita tranſeunt ad hæredes?

Quiuis hæres tam masculus quàm fœmina qui hæreditatem accipit defuncti; omnia debita liquida, quæ comprobata fuerint, vt iuris est, post mortuam manũ, soluit quantumcunq; hæreditas in mobilibus vel sese mouentibus perdurabit, aut extenditur. Sed ex proprio seu bonis hæreditariis morte ad aliquem deuolutis; debita solui non oportet, ex eo, quia proprium alienari non potest sine hæredum consensu. Debita etiam defuncti, hæredibus persoluentur. Spec: Sax: lib: 1. artic: 6. Iure Munic: art: 26.

Formula inscriptionis debiti ad certum tempus obligati.

In eodem Iudicio bannito comparens personaliter famatus N. Consul & Ciuis L. publicè & per expressũ recognouit, quia famato N. de P. mille aureos vngaricales boni valoris & iusti ponderis, quemlibet 45. grossis communis numeri & monetæ Polonicalis computando, certi & liquidi debiti pro panno ad prestam recepto, seu mutuatæ pecuniæ, tenetur & præsentibus obligatur, hinc ad festũ Assumptionis B. M. Virg. proximè venturum, soluere & complere. Casu verò quo non soluerit, aut soluere neglexerit; ex tunc in crastino eiusdẽ festi Assumptionis B. M. Virg. proximè venturi; debebit, tenebitur, præsentibusq; se obligat dare realem intromissionem & pacificam possessionem, prędicto suo creditori N. de P. in domum suam in loco tali sitam, per dominum Aduocatum & Scabinos Ciuitatis nostræ, & data sibi intromissione, & pacifica possessione, debet & tenebitur ipsum tueri & defendere & eliberare, ita quod præfatam domum pacificè & quietè ab omni impetitione iuridica quarumcunq; personarum

rum tenebit, poſſidebit, & habebit modo obligatorio, in præfatis mille florenis, à præfato feſto Aſſumptionis B. M. Virg. vſq; ad aliud feſtum Aſſumptionis eiuſdem B. M. Virg. proximè venturum, & ſic annis continuè ſe ſequentibus vſq; ad totalem & plenariam ſolutionem prædictorum mille florenorum, cum omni iure, & dominio, & proprietate, ac cum omnibus vtilitatibus & vſufructibus ex eadem domo prouenientibus, nihil excipiendo. Quæ quidem inſcriptio debiti, admiſſa eſt & confirmata habere robur firmitatis in omnibus & ſingulis ſuis punctis, de forma Iuris.

DE COMMODATO.

COMMODATVM eſt alicuius rei ad aliquem ſpecialem vſum gratuitò facta conceſſio.

DICITVR CONCESSIO & non TRANSLATIO, quia is qui commodat, retinet dominium & poſſeſſionem rei commodatæ. ff. eo. l. rei commodatæ.

ET DICITVR GRATVITÒ FACTA. Nam interueniente mercede; tranſibit res in locationem, vel in contractum innominatum, do vt facias. vt Inſti: man. § vltimo.

Dicitur AD ALIQVEM SPECIALEM VSVM. vt notetur differentia inter commodatum & precarium. Eſt enim precarium id, quod precibus vtendum conceditur petenti tam diu, quam diu patitur & permittit qui conceſſit: Et precariũ, quandocunq; placuerit poteſt reuocari. ff. de preca. l. precario. Commodatum autem, ad certum vſum conceditur: veluti, commodaui equum vt ad villam duceres ſcalas, vt feneſtris ſupponeres rem. Vnde commodatum non reuocatur, niſi finito vſu ad quem eſt conceſſum. Et dicitur commodatum, quaſi commodo vtentis datum.

Quid

Quid sit Commodare?

Commodare ſignificat mutuo dare; hoc eſt, alicuius rei vſum ad tempus concedere.

Quid sit Commodatarius?

Commodatarius, qui commodatum accepit.

Quibus in rebus Commodatum conſiſtit?

Conſiſtit Commodatum in rebus mobilibus & ſe mouentibus, & in immobilibus, & etiam in rebus incorporalibus, puta ſeruitute habitandi, quæ poſſunt commodari. ff. eo. l. 1.

Commodare autem poſſumus etiam alienam rem quam poſſidemus, tametſi ſcientes alienã poſſidemus, ff. eod. l. commodare poſſumus.

Differentia inter Mutuum & Commodatum.

Commodatum & Mutuum differunt in tribus.

Primò, quia commodata re vti non potes, niſi ad vſum illum, ad quem tibi commodata eſt: ſi aliter facis ſoluere eam cogeris, vt Inſti: de obll. quę ex debi.naſc. § furtum.

Secundò, quia illam eandem commodatam rem reſtituere cogeris, & non ſui ſimilem. Namq; in commodato non ita res tibi datur vt tua fiat; & ob id de ea re

ipſa reſtituenda teneris. Secus eſt in Mutuo, quia ſi mutuaui tibi, nō teneris mihi reſtituere, ſed aliam rem eiuſdem naturæ, æquè bonam. Inſti: qui mo. re. con: obli. § item is.

Tertiò, quia qui mutuum accepit, ſi caſu fortuito amiſerit, quod accepit mutuo; veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum hoſtiumúe incurſu, nihilominus remaneat obligatus ad reſtituendam eam. Sed Commodatarius ſi cuſtodit rem commodatam prout melius & diligentius poteſt (diligentia tamen maior eſſe debet, quam ſuis rebus adhibere, ſolitus eſt) & ſi aliquid damni eueniat præter illius culpam, aut negligentiam, ſoluere non tenetur: niſi ſpecialiter in cōmodato expreſſum ſit, vt Inſti: eo. ti. § & is quidem. Et ff, de depoſ. l. 1. C. eo. ti. l. ſi incur. Spec: Sax: lib: 3. artic: 5. gloſ.

Res commodata deterior reddi non debet.

Si reddita quidem res ſit commodata, ſed deterior facta redditur; non videtur reddita, niſi quod intereſt, præſtetur. Propriè enim dicitur res non reddita, quæ deterior facta redditur. ff. eo. l. ſed mihi. Et in Spe: Sax. lib: 3. art: 5. dicitur. Quicquid verò cui conceditur aut pignoratur; illud reddere tenetur non peioratum, aut ſecundum ſui valorem exſoluere.

Commodatum negans, abſoluitur ſuo iuramento.

Si quis

Si quis ab alio quid commodauerit, mutuauerit, seu quicquam stipulatus fuerit, hoc reddere & adimplere: & quicquid fecerit, hoc ipsum ratum & gratum habere tenetur. Si verò postea negare voluerit; suo se, occasione illius, liberabit iuramento, dummodò coram Iudicio non fuerit factum. Nam tunc actor cum testimonio duorum virorum & Iudicis eundem conuincet. Spec: Sax. lib: 1. art: 7.

Res commodatæ tantùm à Commodatario repetuntur.

Qui equum, vestimenta, seu aliquod aliud mobile concedit, aut impignorat, seu quouis modo res ab eius potestate cum consensu suo desinunt possideri: si percipiens seu nouus possessor eam rem vendiderit, obligauerit, detestauerit, hoc est, ludo amiserit vel furto, aut spolio perdiderit; is qui res huiusmodi primo concessit, aut impignorauit, à nullo poterit eas repetere, aut euincere, nisi ab eo cui spontè concessit, aut impignorauit. Si verò is qui rem huiusmodi cócesserit, aut in suam recepit obligationem, morte directa vel indirecta moriatur; tunc is suã rem ab hærede eius, prout iuris fuerit, postulet, vel à Iudice, si ad eum pertinebit. Spe: Sax. lib: 2. art: 60.

DE PIGNORE.

PIGNVS, est res obligata pro debito ad securitatem creditoris. Et appellatum est à pugno, quia res quæ pignori dantur, pugno vel manu traduntur. ff. de verb. sig. l. plebs. § pignus.

In quo consistit Pignus?

Pignus propriè consistit in re mobili, sicut Hypotheca in re immobili.

Quid sit Hypotheca?

Hypotheca, est obligatio rei immobilis pro debito. Et dicitur hypotheca, ab ὑπὸ quod est sub, & θέσις, positio, quasi suppositio.

Quibus modis Pignus vel Hypotheca contrahitur?

Contrahitur obligatio pignoris vel hypothecæ in omni contractu, qualitercunq; initus fuerit, siue purè siue in diem, vel sub conditione, inter personas præsentes, creditorem scilicet & debitorem sola conuentione. Inter absentes autem per nuncium vel per epistolam contrahitur obligatio pignoris. Et fiunt scripturæ de his, vt quod actum est, per eas faciliùs possit probari. ff. eod. l. contrahitur hypotheca, & sequ.

Quæ res pignorari non possunt?

Multiplices sunt res, quæ pignori vel hypothecæ obligari non possunt, sicut sunt res sacræ, vel ornamenta Ecclesiæ : nisi fiant in redemptionem captiuorum, vel nisi illæ superfluæ sint in Ecclesia, & debitum immineat Ecclesiæ.

Item liberi hominis nulla est obligatio, quia contra-

ria

ria est libertati & naturæ, adeò vt si filium tuum obliges, nulla obligatio fit, imò à debito creditor cadit.

Item, bona minorennium; nisi pecunia cedat in cōmodum eorum.

Item, dotalitium mulierum. Item impeditur obligatio propter publicam vtilitatem, vt in seruis aratoriis, & bobus aratoriis, & instrumentis aratoriis. ff. & C. eo. ti. in multis leg. Et Spec: Sax: lib: 2. art: 24.

Pignus reddendum est non deterius factum.

Creditor tenetur reddere pignus non peioratum, aut eius æstimationem seu valorē soluere. vt Spe: Sax. lib: 3. art: 5.

Creditor secundum Leges non tenetur de fortuitis casibus.

Quia pignus vtriusq; gratia datur, & debitoris, quo magis pecunia ei credatur, & creditoris quo magis ei in tuto sit creditū: placuit sufficere, si ad eam rem custodiendam exactam diligentiā adhibeat: quam si præstiterit, & aliquo fortuito casu rem amiserit, securum esse, nec impediri creditum petere. Et hunc casum fortuitum probabit suo iuramēto creditor prout iuris est, quod scilicet pignus amisit. Item debitor probabit dolum, vel culpam, creditorem cōmisisse. Insti: qui. mo. re. contra obli. § vlt. Et Spec: Sax. lib: 2. artic: 60. iuncta glos.

Item alibi dicitur, si moritur equus vel animal obligatum, sine creditoris culpa; hoc soluere non tenetur, si id probauerit, & vt iuris est à dolo sese excusauerit.

Sum-

Summam autem debiti in qua obligata fuit illa res per hoc amittit creditor, nisi aliter in contractu fuerat stipulatum. Spec: Sax. lib: 3. art: 5.

Pignus nunquam præscribitur.

Sciendum est, bona siue sint mobilia, siue immobilia in pignus alicui data quantũcunq; longo tempore possideantur, præscribi & vsurpari loco proprii minime possunt, dummodò probatum sit ea obligata esse, nisi aliter in contractu cautum fuerit. vt C. qui. mo. pig. con. per tot. Iure Munic. art: 20. glos.

Creditor qui præfertur in pignore.

Et hæc est regula in pignoribus, qui prior est tempore, potior est iure. C. eo. l. si fundum. Hoc tamen est intelligendum de primo creditore, cui erat pignus obligatum, ita quod debitor obligationem non potuerit resoluere inuito creditore, vel si poterat non tamen commodè. ff. qui. po. in pi. l. potior est.

De distractione pignorum.

Distrahi pignus dicitur, cùm à creditore venditur, aut alteri creditori in eadem summa obligatur. Et hoc contingit dupliciter. Quia aut inter partes actum est de vendendo: tunc nunciabit creditor semel debitori, vt reluat, id est, liberet pignus suum. Quod si non reluet videtur dare licentiam creditori de vendendo, & tunc vendat, iusta tamen conditione. Si enim plus valuerit, debitori quod superest reddatur. Si verò minus, à debi-

à debitore exigatur quoad integrè debitum persoluatur. Creditor enim qui non idoneum pignus accepit, non ammittit exactionem eius debitæ quantitatis in quã pignus non sufficit. ff. de rebus creditis. l.creditor.

Si autem conuentum fuit, vt non vendatur, aut pignus in debito iure acquiritur: nihilominus creditor vendere pignus potest, si tamen tribus vicibus in legitimis terminis Iudicialibus de quindena in quindenã immediatè sese sequentibus denunciauerit debitori, vt soluat. Et hoc constitutum est propter publicam vtilitatem, ne creditores retrahantur à mutuando, sed potius inuitentur. ff. de distrac. pign. per tot. Et Specu: Sax. lib: 1. art. 70.

Quibus modis pignus vel hypotheca soluitur?

Soluitur hypotheca, si ab ea discedatur volũtate creditoris; siue remittatur hypotheca expressè, siue remittatur debitum.

Hypotheca videtur remissa, quatenus est remissum debitum, aut paciscatur creditor, ne pecuniam petat, id est, pactum faciat de remittendo debito.

Item, si paciscatur creditor, ne intra annum pecuniam petat, intelligitur de hypotheca quoque idem pactus esse.

Item si conuenerit, vt pro hypotheca fideiussor daretur, & datus sit: satis factum videbitur, vt hypotheca liberetur.

Item intelligitur satisfactum esse creditori, si iusiurandum delatum, debitori datum est, id est, si differente credirore, iurauit debitor hypothecæ non esse rem obligatam.

Item

Item liberatur pignus, ſiue ſolutum ſit debitum, ſiue eo nomine ſatisfactum eſt. Sed & ſi tempore finitum pignus eſt, idem dicere debemus: vel ſi qua ratione obligatio eius finita eſt. Quia fortè ad conditionem fuit obligatum, quouſque Rex venerit Leopolim, &c. ff. eod. l. ſoluetur hypotheca.

DE DEPOSITO.

DEPOSITVM eſt, inquit Vlpianus, quod cuſtodiendum alicui datum eſt. dictum ex eo quod ponitur. Præpoſitio enim DE, auget depoſitum: vt oſtendat totũ fidei eius commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet. nam qui rem deponit, abdicat à ſe ex toto cuſtodiam, & in depoſitarium transfert. ff. eod. l. 1.

Quid ſit Depoſitarius & quid Depoſitor?

DEPOSITARIVS eſt, apud quem res aliqua deponitur cuſtodienda. ita ſumitur in Authen. ſed iam C. depoſiti.

DEPONENS ſeu depoſitor eſt, qui rem ad ſeruandum & cuſtodiendum tradit.

In quibus rebus conſiſtit Depoſitum?

Conſiſtit autem depoſitum in rebus mobilibus & ſe mouentibus tantùm, niſi vbi aliqua res in ſequeſtrum deponitur.

Quid

Quid sit Sequester & Sequestratio?

SEQVESTER dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuersia est, deposuerunt. Dictus ab eo, quòd occurrenti, aut quasi sequenti eos qui contendunt committitur res. vt ff. de verb: sing. sequester.

SEQVESTRATIO autem dicitur ipsa separatio rei vel possessionis. Interim enim cùm res apud sequestrũ est, nec eam possidet actor nec reus. ff. depo. l. licet 1.

Differentiæ inter Sequestrum & simplex depositum.

SEQVESTRVM differt à simplici deposito in tribus.

Primò, quia simpliciter deponere tam plures quàm vnus possunt: apud sequestrum autem non nisi plures deponere possunt.

Secundò, quia propriè in sequestro depositum dicitur, cùm aliqua res inter plures in controuersiam deducitur, & ipsi in solidum certa conditione tradunt, vt reddatur ei qui vincit. Ergo istud depositum fit à pluribus tantùm, & in solidum ab vnoquoque quod aliter est, cùm rem communem plures deponunt. tunc enim pro parte vnusquisque deponit.

Tertiò, quia in deposito simplici proprietas & possessio rei apud deponētem manet: sed in deposito apud sequestrum, possessio non remanet apud deponentes. nam tunc demum sequester possidet. Id enim agitur ex depositione, vt neutrius interim possessionis tempus

pro-

procedat, nisi fortè aliter sit actum, vt rem caussa custodiæ tantùm detineat sequester. ff. eod. l. licet.

De natura Depositi.

Natura depositi est, vt ea res, quæ accepta est ad custodiendum & seruandum, non deterior reddatur. Si enim res deposita deterior reddatur, quasi non reddatur agi depositi potest. cùm enim deterior reddatur, potest dici dolo malo redditam esse, vt 1. dist. ius naturale. & ff. eod. l. 1. § si res deposita. Et ille qui non restituit depositum, damnum resarcire ei tenetur qui deposuit; & cum hoc, furti accusari potest, efficieturq; infamis. C. eo. l. si deposita pecunia. Et ff. de his qui not: inf. l. 1.

Fallit tamen hoc in aliquot casibus.

Primò, quando quis deposuit gladium, & demum factus est furiosus. 20. q. 2. ne quis.

Item si deponens fuerit deportatus. ff. depo. l. bona fides.

Item quando fur deponens, & dominus rei concurrunt in petitione. vt in dic. l. bona fides.

Item cùm fur deponit rem apud proprietarium, vel apud illum cui surripuit. vt ibi. & 12. q. 2. cum.

Depositarius non tenetur de casibus fortuitis.

Si quis rem suam apud alium deposuerit, & si ex furto is eam ammiserit, aut spoliis incendiisq; perdiderit, vel si animal mortuum fuerit; nullam pro eo pœnam sustinebit, dummodò ille suo sacramento hoc dolo suo non accidisse declaret. vt in Spec: Sax: lib: 3. art: 5.

art: 5. Ad hoc etiam dicit lex Imperialis. Præterea & is, apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, tenetur & actione depositi, quia ipse & de ea re quam accepit restituenda tenetur. Sed is ex eo solo tenetur, si quid dolo commiserit: culpæ autem nomine, id est, desidiæ ac negligentiæ non tenetur. Itaque securus est qui parum diligenter custoditam rem furto ammisit: quia qui negligenti amico rem custodiendam tradit, non ei sed suæ facilitati imputari debet.

Formula Inscriptionis depositi cum obligatione de restituendo.

Coram nobis in consessu Consulari, personaliter constitutus A. publicè & per expressum recognouit, ad se recepisse in depositũ, & nomine depositi in parata & numerata pecunia marcas centum ad seruandũ & custodiendum, à nobili D. tradente & deponente pro se suisq; hæredibus & successorib. quibuscunq; legitimis: quas quidem centum marcas idem A. promisit restituere ad simplicem requisitioné & petitionem, quandocunque visum fuerit præfato D. nullis damnis, periculis, & fortuitis casibus ipsum euadendo, pro quibus se ipsum suosq; hæredes, & successores, ac bona sua quęcunque mobilia & immobilia, præsentia & futura, vbique exsistẽtia, obligauit & hypothecauit. Quę quidem inscriptio & obligatio admissa & cõfirmata est per Dominos Consules auctoritate statutorum & priuilegiorum Ciuitati L. concessorum, habere robur firmitatis, acsi coram Iudicio esset facta.

DE PERMVTATIONE.

Inter contractus nominatos, præcipuus est contractus permutationis, quæ proxima est emptioni & venditioni.

Est autem permutatio vnius rei pro altera præstatio, veluti cùm datur hic codex pro isto panno statque in generali nomine. Quippe omnis contractus nominatus vel innominatus in larga appellatione, potest dici permutatio, ex quo inuicem datur & accipitur, ergo & emptio & venditio.

Differentia inter emptionem & permutationem.

Emptio & permutatio in eo differunt, quia in permutatione vtrunq; dicitur merx & precium, & vterq; emptor & venditor appellari potest: in venditione autem, sicut aliud est vendere, aliud emere, & alius emptor, alius venditor: ita aliud est precium, aliud est res vendita. Item emptio ac venditio nuda consentientium voluntate contrahitur. Permutatio autem ex re tradita initium obligationi præbet. Alioquin si res nondum tradita sit, nudo consensu constitui obligationem dicimus. Quod in his duntaxat contractibus receptum est, quæ nomen suum habent, vt in emptione, venditione, cõductione, mandato. vt ff.de re permu.l.i.

Permutatio quando contrahitur?

Contra-

Contrahitur permutatio tunc demum, quando conuenit, vt certa species detur pro certa, puta domus pro prato: hoc vinum pro isto tritico. & sic contrahebatur olim antequam fuit inuenta materia auri & argenti, & moneta seu pecunia percussa. Vbicunq; igitur vna res pro consimili vel alia datur sine pecunia: permutatio est; interueniente autem pecunia: non erit permutatio, sed emptio, venditio, vel locatio, vt supra de emptione dictum est.

Formula commutationis vnius rei pro alia.

In eodem Iudicio bannito comparentes personaliter famati N. ex vna, & B. partibus ab altera, sani mente & corpore, compotesq; rationis exsistentes, publicè & per expressum recognouerunt, talem inter se fecisse bonorum hæreditariorum perpetuam & irreuocabilem commutationem, dantes sibi inuicem bona pro bonis, ita videlicet, quod prædictus N. dedit, commutauit, & resignauit domum suam in tali loco sitam cùm ipsius domus omni iure, dominio, proprietate, ac titulo hæreditario, cum prædicto B. qui pro eadem domo prædicto N. etiam dedit, commutauit & resignauit vineam suam in tali loco sitam, cum ipsius vineæ totali hæreditate, & cum omni iure, dominio, & proprietate, ac titulo hæreditario, ita quod præfatus B. prædictam domum, & similiter prædictus N. prædictam vineam cum suis legitimis successoribus tenebunt, habebunt, & hæreditariè possidebunt, cum omni iure, dominio, proprietate, tituloq; hæreditario, ita latè, longè, circumferentialiterq;, prout prædicta bona, domus scilicet & vinea in suis metis, & limitibus ab antiquo sunt

 distin-

distincta & limitata, cum omnibus pertinentiis ad ipsa bona spectantibus nihil excipiendo. Et iam præfati commutantes dederunt sibi inuicem in præfata bona commutata per Dominum Aduocatum Iudicio præsidentem, realem intromissionem & actualem possessionem. Et debent, tenebunturq; se & eorum successores inuicem occasione præmissorum bonorum tueri, defendere, & inuicem varendare, eliberare, pacificareq; ab omni impetitione iuridica, ab omnibus personis, toties quoties alteri ipsorum commutantium, vel eorum successoribus opus fuerit. Qui quidem contractus permutationis admissus est, & iudicialiter confirmatus; habere robur perpetuæ firmitatis, in omnibus & singulis suis clausulis & punctis de forma Iuris.

DE SOCIETATE.

SOCIETAS est, vt ait M. Tullius, duorum pluriúmue conuentio honestè celebrata, ob commodiorem vsum, & vberiorem quæstum contracta. Insti: eod. super rub.

Quibus modis contrahitur societas.

SOCIETAS coiri potest, vel in perpetuum, id est, donec viuunt contrahentes; vel ad tempus, puta biennium, &c. vel ex tempore, puta à Natali Christi proximo in futurum, vel sub conditione. ff. pro so. l. 1.

Et potest coiri societas & re & verbis, & per nuncium inter absentes. ff. eod. l. societatem coire.

Et cōtrahitur Societas aut totorum bonorũ, aut vnius alicuius negotiationis, veluti mancipiorum vendé-

dorum

dorum emendorumq;, aut olei, aut vini, aut frumenti. emendi vendendiq;. eod. l. societas contrahitur.

De damno & lucro inter socios.

Si inter contrahentes societatem, nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit, æquales scilicet partes, & in lucro & in damno spectantur. quod si expressæ fuerint partes, hæ seruari debent. Nec enim vnquam dubium fuit, quin valeat conuentio, si duo inter se pacti sint, vt ad vnum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia. Instit: eod. § 1.

Societas contracta inter eos qui non sunt æquis facultatibus, valet.

SOCIETAS etiam coiri potest, & valet inter eos qui non sunt æquis facultatibus, vt alter pecuniam conferat, & tamen lucrum inter eos commune sit. quia sæpè quorũdam ita pretiosa est opera in societate. i. solertia & diligentia, vt pro pecunia valeat. ff. eo. l. societas contrahitur. § 2. Inst. eo. § de illa sanè.

Quamdiu Societas durat?

Manet autem Societas eoúsque, donec in eodem consensu contrahentes perseuerauerint. Inst. eo. § manet autem.

De dissolutione Societatis.

Dissoluitur autem Societas renunciatione, etiam

morte socii naturali & ciuili, id est, capitis diminutione, maxima vel media, vel etiam aduersa fortuna superueniente, vt si quis ex sociis bonis cesserit, vel bona sua publicata fuerint.

Item si alicuius rei contracta societas sit, & finis negotio impositus est: finitur societas. Instit: eo. § soluitur adhuc.

Sciendum est, quòd in maleficiis & rebus inhonestis non contrahitur societas. ff. familiæ herci. l. cæteræ vltimo. Et ff. per socio. l. nec prætermittendum.

Socius socio ad quid tenetur?

SOCIVS socio tenetur de dolo, de culpa, & de negligentia.

CVLPA autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere socium, qualem suis rebus adhibere solet. Nam qui parum diligentem socium sibi assumit, de se queri, sibiq; hoc imputare debet. Insti: eo. § vltimo.

DE MATRIMONIALI Contractu.

MATRIMONIVM, est coniunctio maris & fœminę, indiuiduam vitæ consuetudinem continens, & consortium omnis vitæ & diuini & humani iuris communicatio. Inst: de pat. po. iuncta glo. Et appellatum est matrimonium à matre, quia mulier nubit vt mater fiat. Et quia onera, dolores, & pericula partus mulier subit, ideò potiùs à matre quàm à patre matrimonium appellatur. C. fi. de con. infid. & l. fi. C. qui po. no. pi.

De

De hoc contractu copiosè scripsimus in libro, cui titulum dedimus, Methodus sacramentorum Ecclesiæ.

DE MANDATO.

MANDATVM secundum Azonem, est officium ab eo, qui gratuitò suscepit, exhibendum. Et dicitur mandatum, vt inquit Isidorus cap: 24. lib: 5. Originum, quod olim in commisso negotio, alter alteri manum dabat. Mandatum ergo, quasi ex manu mea datum.

Quid sit Mandator?

MANDATOR seu mandans dicitur ille, qui aliquid mandat alicui, vt sibi vel alii aliquid faciat.

Quid sit Mandatarius.

MANDATARIVS verò est, qui mandatum suscipit gratuitò adimplendum.

Mandatum debet esse gratuitum.

MANDATVM, nisi gratuitum nullum est. Nam originem ex officio atque amicitia trahit. Contrarium porrò est officio merces. Interueniente enim pecunia, res ad locationem & conductionem, potius respicit. ff. eo. l. 1. § vltimo.

Mandatum contrahitur consensu.

Obligatio mandati consensu contrahentium consistit; ideò per nuncium quoque, vel per epistolam mandatum suscipi potest. Item siue rogo, siue volo, siue mando, siue alio quocunque verbo scripserit, mandati actio est. ff. eod. l. 1. §.

Quot modis contrahitur mandatum?

MANDATVM contrahitur sex modis: Mea gratia tantùm, Tua tantùm, Aliena tantùm, Mea & aliena, Tua & mea, Tua & aliena.

MEA tantùm gratia interuenit mandatum: veluti si tibi mandem, vt negotia mea geras, vel vt fundum mihi emas, vel vt pro me fideiubeas.

TVA autem gratia tantùm interuenit mandatum: veluti si mandem tibi vt pecunias tuas potiùs in emptiones prædiorum colloces, quàm in vsuras.

ALIENA tantùm gratia interuenit mandatum: veluti si tibi mandem, vt Titii negotia geras, vel vt fundum ei emas, vel vt pro eo fideiubeas.

MEA & ALIENA; veluti si tibi mandem, vt mea & Titii negotia geras, vel vt mihi & Titio fundum emas, vel vt pro me & Titio fideiubeas.

TVA & MEA; veluti si tibi mandem, vt sub vsuris credas ei, qui in rem meam mutuatur.

TVA & ALIENA; veluti si tibi mandem, vt Titio sub vsuris credas. Quod si, vt sine vsuris credas, aliena tantùm gratia interuenit mandatum. ff. eo. l. mandati.

Omne mandatum obligatorium est.

OMNE

Omne mandatum cuiuſcunque gratia fiat, eſt obligatorium, præterquam mandatum, quod fit gratia mãdatarii tantùm. Ratio, quia eius generis mandatum, magis eſt conſilium quàm mandatum: & ob id non eſt obligatorium, quia nemo ex conſilio obligatur, etiam ſi non expediat ei cui dabitur, quia liberum cuique eſt apud ſe explorare, an expediat ſibi conſilium. ff. eo. l. eo. § fi.

Rei turpis nullum eſt mandatum.

Illvd quoque mandatum non eſt obligatorium, quod contra bonos mores eſt. Veluti: Si Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de iniuria facienda mandet tibi. Licèt enim pœnam iſtius facti nomine præſtiteris; non tamen vllam habes aduerſus Titium actionem. Inſt. eo. § Illud quoque mandatum.

Fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi.

Is qui exequitur mandatum, non debet excedere fines mandati: vt ecce, ſi quis vſque ad centum aureos mandauerit tibi, vt fundum emeres, vel vt pro Titio ſponderes: neque pluris emere debes, neque in ampliorem pecuniam fideiubere, alioqui non habebis cum eo mandati actioné. Inſti.eod. § is qui exequitur.

Mandatum in principio eſt voluntarium, ſed ſuſceptum adimplendum eſt.

MANDATVM non ſuſcipere, cuilibet liberum eſt: ſuſceptum autem, conſumandum eſt, aut quamprimum renunciandum eſt, vt per ſemetipſum, aut per alium eandem rem mandator exequatur. Nam niſi ita renuncietur, vt integra cauſſa mandatori reſeruetur eandem rem explicandi, nihilominus mandati actio locum habet: niſi iuſta cauſſa intercesserit (puta caſus fortuitus) aut non renunciandi, aut intempeſtiuè renunciandi. Inſti: eo. § mandatum.

Formula Mandati.

Nos Conſules Ciuitatis L. Significamus præſentibus: quod coram nobis perſonaliter comparens N. Ciuis noſter, in omni meliore modo, & forma, quibus de iure debuit: Plenipotentem conſtituit exhibitorem præſentium D. ad exigendum, percipiendum, & leuandum, à C. debitum in viginti quatuor florenis, pro eiſdem iure vel amicabiliter agendo, tractando, componendo, de perceptis quittando, iuramenta ſuſcipiendo, & dimittendo, areſtando, & areſtum continuando, cum poteſtate vnũ vel plures quoties opus fuerit ſubſtituendo, & ſubſtitutos reuocando. Et generaliter omnia & ſingula, quæ vel huius cauſſæ neceſſitas efflagitauerit, vel officiorum iudiciorumq; ratio expoſtulauerit, faciendo, agendo, tranſigendo, in forma Iuris pleniſſima. Harũ, quibus ſigillum noſtrum eſt appreſſum teſtimonio literarum, Datum. &c.

DE OBLIGATIONIBVS.

Obligatio eſt iuris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur alicuius rei ſoluendæ ſecundùm noſtræ ciuitatis iura. Inſtit: de obligation. circa prin.

Obli-

Obligationes unde nascuntur?

Obligationes, aut ex contractu nascuntur, aut ex quasi contractu: aut ex maleficio, aut quasi ex maleficio. Instit: eod. § sequens diuisio.

Quot modis obligationes ex Contractu contrahuntur?

Obligationes ex contractu contrahuntur quatuor modis. Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu. de quibus singulis dispiciamus. Insti: eod. § prius est.

Quibus modis Re contrahitur obligatio?

Re contrahitur obligatio quinq; modis, veluti ex mutui datione, acceptione debiti, commodati, depositi, & pignoris, de quibus supra in propriis Titulis dictum est.

De Verborum obligationibus.

Verborum obligatio est, quę ex interrogatione praecedente, & responsione sequēte contrahitur, cùm quid dari fieriúe nobis stipulamur. quæ & stipulatio exinde dicta est, quod stipulum, apud veteres firmum appellabatur, fortè à stipite descendens. Inst eo. § 1.

D I-

DIVISIO STIPVLAtionum.

Stipulationum: quædam in dando, quædam in faciendo consistunt. ff. eo. l. stipulationum.

Quibus modis fiunt Stipulationes.

Omnis stipulatio, aut purè, aut in diem, aut sub conditione fit.

PVRE, veluti quinq; aureos dare spōdes? spondeo: idq; confestim peti potest.

IN diem cum adiecto die quo pecunia soluatur, stipulatio fit: veluti, decem aureos primis Kalendis Martii dare spondes? spondeo. Id autem quod in diem stipulamur, statim quidem debetur, sed peti prius quam dies venerit, non potest. At ne eo quidem ipso die, in quem stipulatio facta est, peti potest: quia totus is dies arbitrio soluentis tribui debet. Neq; enim certum est eo die, in quem promissum est, datum non esse, priusquam is præterierit.

SVB conditione stipulatio fit, cùm in aliquē casum differtur obligatio: vt si aliquid factum fuerit vel non fuerit, committatur stipulatio, veluti si Titius Consul fuerit factus, quinq; aureos dare spondes? Instit: eod. § omnis stipulatio. Et § sub conditione.

Stipulatio turpis & impossibilis non valet.

QVOD turpi ex caussa promissum est, veluti si quis homicidium vel sacrilegium se facturum promittit, nó valet.

Item quando impossibilis conditio obligationibus adiiciatur, nihil valet stipulatio. Impossibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento est, quo minus exsistat: veluti si quis ita dixerit. Si digito cælum attigero, dare spondes? Instit: de inuti. sti. § Si impossibilis. Et § quod turpi ex caussa.

DE FIDEIVSSORIBVS.

Quia quisq; aut proprio nomine obligatur, aut alieno. Qui alieno nomine obligatur, Fideiussor vocatur, quia fide sua iubet aliis credi. Solent enim creditores pro eo qui promittit ideo fideiussorem accipere, vt diligentius sibi cautum sit. Instit. eo. in prin. Ideo enim præstantur Fideiussores, vt id quod à debitore consequi non possit, consequantur & exigatur à Fideiussore. Instit. de repli. § Exceptiones, fin.

Fideiussor est vocabulum generale.

Est autem Fideiussor, magnum nomen & generale, quia comprehendit sub se Mandatorem, Constitutoré, Sponsorem, Expromissorem: sed hi inter se differunt.

FIDEIVSSOR enim ante & post obligationem principalis, fideiubere potest.

MANDATOR autem, ante obligationem principalis tantum.

CONSTITVTOR post obligationem contractam tantum. SPON-

SPONSOR autem eſt, qui ſpontè & ſine rogatione intercedit pro alio, præſente principali debitore.

EXPROMISSOR eſt, qui promittit pro alio non obligato, vel non ſolùm fideiubet, ſed etiam in totum liberat eum. Auth. de fide & man. per tot.

Omni obligationi accedit Fideiuſſor?

Fideiuſſor poteſt aſſumi in omni obligatione, ſiue obligatio ſit contracta re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue cõſenſu &c. Inſtit. eo. § 2.

Diuiſio Fideiuſſorum.

Fideiuſſores ſunt duplices, extraiudiciales, & in iudicio.

Extraiudiciales dicuntur, qui promittunt & fideiubent extra iudicium, & iſti poſſunt negare cautionem fideiuſſoriam ſe præſtitiſſe, abſoluunturq́; iuramento, vbi nulla probatio ſufficiens appareat.

Alii fideiuſſores efficiuntur coram Iudicio, qui fideiubent pro aliquo in Iudicio in actionibus ciuilibus vel criminalibus; & iſti liberari non poſſunt, ſed tenentur pro reo ad ſoluendum tantam ſummam, quantam fideiuſſerunt: vide textum & iura in glo. alleg. Specu: Saxo. lib: 3. art: 9. Et Iure Municipali artic: 27. & artic: 117.

Fideiuſſoria grauior eſt in Ciuilibus actionibus, quàm in Criminalibus.

Fide-

Fideiussoria in Ciuilibus actionibus grauior est quā in Criminalibus.

In Ciuilibus enim actionibus, si quis se ponat pro aliquo fideiussorem, & ille principalis qui respondere debet in Iudicio non comparuerit: necessariò Fideiussor in se accipit accusati responsionem, & eius omne ius, teneturq; pro eo, ad soluendum secundum modū actionis, si in querela victus sit.

In Criminalibus autem actionibus Fideiussor pœnā illius pro quo fideiusserat, sustinere non tenetur: sed verigeldum præstare cogitur, vbi querela extendit se ad vitam. Vbi verò vergat querela ad carnem & cutem, medio verigeldo absoluitur, qui ad Actorem & non Iudicem dignoscitur pertinere: sed Iudex in eo mulctam obtinebit. Spec: Sax. lib: 3. art: 9. Et Iure Municipali articulo 117.

Et scias fideiussores nemo statuere tenetur vltra mensuram sui verigeldi: nisi in debitis recognitis, vel debita, iure contra eum, fuerint comprobata. Spec: Sax: lib: 2. art: 10.

De Fideiussoribus extraiudicialibus, documenta.

Sciendum est, quòd de iis fideiussoribus qui extra iudicium fideiusserunt, dantur quinq; specialia documenta.

Primum, quòd Actor necessariò accusare debet principalem, si est in prouincia, vel ita in propinquo, quòd citari possit, quod si præsens non sit, induciæ dantur ad certum tempus ad statuendum eum, quam fideiussorem.

Secundum, quòd bona debitoris principalis, alteri obligata,

obligata, non prius impeti vel alloqui poſſunt, niſi contra fideiuſſorem prius agatur, id eſt, cùm bona alicui impignorantur, non poteſt creditor ſuper bonis agere, niſi prius fideiuſſores accuſet.

Tertium, ſi principalis pecuniam promiſerit, eandemq; habere non poteſt, & bona hæreditaria habeat; creditor ſibi emptorem ordinare tenetur, vel ſolus illa acceptare iuxta taxam Iudicis.

Quartum, ſi plures fideiuſſores fuerint manu coniuncta, quicunq; ex his ſolutionem fecerit: reliquos omnes liberabit, actionemq; habebit contra alios, ſortes ipſorum expetendi.

Quintum, creditor qui pignus & fideiuſſores ſimul accipit, non poteſt fideiuſſores impetere, niſi prius reſtituat pignus fideiuſſoribus. Vide glo. cum alleg. iurium Spec. Sax. lib: 3. art: 9. Et Iure Munic. art: 31. & 117.

Obligatio Fideiuſſoria tranſit ad hæredes.

FIDEIVSSOR non tantùm ipſe obligatur, ſed etiam hæredem relinquit obligatum. Inſtit: eo. § fideiuſſor. Contrarium videntur ſentire Iura Saxonum lib. 1. art: 6. glo.

Fideiuſſores non poſſunt in plus obligari quàm principalis.

FIDEIVSSORES ita obligari non poſſunt, vt plus debeant, quàm debet is pro quo obligantur. Nam eorum obligatio, acceſſio eſt principalis obligationis: nec plus in acceſſione poteſt eſſe, quàm in principali re. At

re. At è diuerso, vt minus debeant; obligari possunt. Itaque si reus decem aureos promiserit, fideiussor in quinq; rectè obligatur: contra verò obligari non potest. Insti: eod. § fideiussores.

Fideiussor contra Principalem, agit in quatuor casibus.

Quatuor inueniũtur casus in quibus fideiussor agit contra principalem.

Primò, si diu stetit in obligatione.

Secundò, si reus est dilapidator opum suarum.

Tertiò, si fideiussor condemnatus est creditori.

Quartò, si hoc conuentum est à principio, scilicet vt liberet eum à fideiussione, quando in ea non vult amplius stare. In sum: Ray.

Formula cautionis Fideiussoriæ.

In eodem Iudicio constitutus personaliter famatus N. Ciuis Leopolien. se inscribit & obligat, inscripsit & obligauit, fideque iussit, ac principaliter posuit, omnibus exceptionibus, ingeniis, cautelis, conditionibus iuris, remediis in fauorem fideiussorum editis, præsentem obligationem quocunq; modo impedire valentibus per expressum renunciando, pro prouido & principali debitore, nobili A. Grodecen. creditori, in summa centum marcarum, pecuniarum mutuo acceptarum, communis monetæ & numeri Polonicalis, quamlibet 48. grossis numerando: quas quidem centum marcas pecuniarum. prædictus N. fideiussor debet & tenebitur, ad simplicem requisitionem totaliter & integrè prædicto nobili Domino A. soluere

hinc ad festum Sancti Adalberti proximè instans. Quod si præsenti inscriptioni & obligationi satisfacere neglexerit: ex tunc debebit & tenebitur dare realem intromissionem & pacificam possessionem in domum suam hæreditariam, inter domos A. & B. sitam, prædicto nobili A. quam domum idem nobilis A. tenebit, habebit, possidebit, modo obligatorio, cum omni iure, proprietate, & dominio, & cum omnibus vtilitatibus & vsufructibus, ad prædictam domum quocunq; modo spectantibus & pertinentibus, vsque ad plenariam solutionem prædictarũ centum marcarum. Quæ quidem inscriptio & obligatio admissa est & confirmata habere robur firmitatis, de forma Iuris.

DE LITERARVM Obligationibus.

Literarum obligatio est, quæ fit per scripturam, quando scilicet aliquis confitetur publicis literis, aut manu propria confectis, se debere cuipiam ex causa mutui tot. Et hæc obligatio est inefficax, quamdiu contra eam potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ: potuit enim aliquis spe futuræ numerationis scribere se debere, quod forsan sibi postea numeratum non est, propterea contra talem scripturam benè potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, quod olim vsque ad quinquennium procedebat. Hodie autem ne creditores diutiùs possint suis pecuniis forsitan defraudari. constitutum est, vt vltra biennii metas huiusmodi exceptio minimè extendatur. Instit. eod. per totum.

DE OBLIGATIONIBVS *ex consensu.*

Sex sunt obligationes Iuris gentium, quæ solo consensu contrahuntur: vt emptio, venditio, locatio, conductio, societas, & mandatum. Et dicuntur consensu contrahi, quia neque scriptura hic est necessaria, neq; præsentia exigitur, nec exigitur interuentus alicuius rei: sed sufficit hic eos qui negotia gerunt, consentire vel per se, vel per nuncium, vel per epistolam. Insti. eo. per totum.

DE OBLIGATIONIBVS *ex quasi contractu.*

Obligationes, quæ non ex maleficio: sed quasi ex contractu nascuntur, sunt numero sex: puta, negotiorum gestorum, tutelæ cum diuidundo, familiæ herciscundæ: actio ex testamento, & conditio indebiti.

DE NEGOTIIS GESTIS.

Negotiorum gestor dicitur, qui alicuius absentis sine mandato etiam ignorantis negotia gerit. Et si vtiliter gesserit negotia, habet dominum obligatum negotiorum gestorum, vt ei præstet quicquid eo nomine vel abest ei, vel affuturum est: ita & è contra iste quoque tenetur, vt administrationis reddat rationem, & eo nomine condemnetur, si quid vel non vt oportuit gessit, vel ex his negotiis retinet. ff. eod. l. 2.

De Vtilitatibus negotiorum gestorum.

Gestores negotiorũ, propter quinq; vtilitatis cau-sas absentium recepti sunt: ne scilicet absentes inde-fensi rerum possessionem, aut venditionem patiantur, vel pignoris distractionem, vel pœnæ committendæ a-ctionem, vel iniuria rem suam ammittant. ff. eo. l. 1.

DE TVTELA.

TVTELA est, vt Seruius deffinit, vis ac potestas in ca-pite libero constituta, ad tuendum eum, qui propter ætatem suam se defendere nequit, Iure Ciuili data ac permissa. ff. eod. l. 1. in prin.

De Tutoribus.

TVTORES autem sunt, qui eam vim ac potestatem habent, exq; re ipsa nomen acceperunt. Itaq; appel-lantur tutores, quasi tuitores atq; defensores, sicut ædi-tui dicuntur, qui ædes tuentur. Quia ipsis ex Iure com-mittitur defensa illius, qui propter imperfectam æta-tem seipsum dirigere non potest. ff. eo. l. 1.

Diuisio Tutelæ.

Triplex est Tutela: Testamentaria, Legitima, Datiua.

TESTAMENTARIA tutela est, quam testator in te-stamento suo facit. Lege enim duodecim tabularum permissum est liberis suis siue masculini, siue femini sex

sexus, tutores testamento dare, & etiam posthumis filiis vel nepotibus Et testamento dati tutores, non sunt cogendi satisdare rem pupilli saluam fore, quia fides eorum a testatore videtur esse approbata. ff. de testa- tu. per tot.

LEGITIMA tutela est, quæ delata est agnatis & consanguineis. Quibus enim impuberibus liberis testamento tutor datus non sit, his ex lege duodecim tabularum agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi tutores. Et habuit in hoc lex summam prouidentiam, vt hi qui sperarent successionem pupilli, si moreretur: iidem etiam tuerentur bona ne dilapidarentur. ff. de legit: tut. per totum.

DATIVA tutela est, quæ specialiter à Iudice datur, deficiente tutore testamentario vel legitimo. Et propterea dicitur tutor datiuus, quia à Iudice specialiter datus est, & per sentẽtiam confirmatus. Et possunt dari tutores à quocunq; magistratu, etiam sine iussione Præsidis, recepta tamen cautione rem pupilli saluam fore. De hoc Insti. de Attiliano tutore. per totum.

Inter Tutelas, testamentaria est priuilegiata magis.

Sciendum est, ex his tribus tutelis testamentariam esse principalem, magisq; priuilegiatam. Quamdiu enim superest testamentaria tutela, tutor non admittitur legitimus, vel datiuus. Ea deficiente, Iudex ex officio proximiorem agnatum generatione similem, ex parte gladii tutorem dabit: qui si defuerit, tunc aliquẽ extraneum cogere potest, vt tutelam suscipiat, quam & acceptare cogitur, & pupillos protegere tueriq; donec adoleuerint, nisi legitimo impedimento se excusauerit. Iure Muni: art: 26.

Cauſſæ excuſationum à Tutela.

Excuſantur quidam à tutela ratione morborum in perpetuum, vt mutus & ſurdus, furioſus, perpetua valetudine laborans. Quidam ad tempus, vt minores, qui habent dilucida interualla. Sunt & alię multę cauſæ, propter quas tutores & curatores excuſantur, ſed potiſſimùm, decem.

PRIMA. Multitudo liberorum. Quare olim, ſi quis tres liberos ſuperſtites Romę habuit: vel in Italia quatuor: vel in Prouinciis quinq; : hic à tutela potuit excuſari.

SECVNDA. Officium publicum. Poteſtatem enim habens publicam, ſe excuſare poteſt, ab officio priuato.

TERTIA. Paupertas propter quam excuſatio tribuitur, ſi quis imparem ſe oneri iniuncto poſſit docere.

QVARTA. Aduerſa valetudo, propter quam ne ſuis quidem negotiis intereſſe poſſit, excuſationis locum habet.

QVINCTA. Simplicitas & ignorantia literarum. Qui enim literas neſciunt, & omninò ob ſimplicitatem ſuam, ad adminiſtrationem negotiorum ſufficere non poſſunt: excuſari poſſunt.

SEXTA. Inimicitiæ capitales, quas quis cum Patre pupillorũ exercuit, nec reconciliatio interuenit, à tutela ſolent excuſare.

SEPTIMA. Tres tutelæ oneroſæ, non affectatæ, diuerſorum patrimoniorum, tam diu præſtant excuſationem, quamdiu durant.

OCTAVA. Senium & iuuenta. quia maior ſeptuaginta annis à tutela excuſatur: minor autem viginti quinque annis, nec volens ad tutelæ onus admittitur.

Noni

Nona. Militia. Nam miles milirans, tutor esse non potest.

Decima. Institutio. Nam docens Grammaticam, vel Rhetoricam, vel Medicinam Romæ, aut qui in patria sua has artes exercet, intra deputatum numerũ, excusatur. Vide hoc C. de excusa. tut. & Initit. eo. per tot. Spec. Sax. lib. 1. art. 2. in glos. & Iure Munic: art. 26. in glos.

De suspectis Tutoribus vel Curatoribus.

Suspectum Tutorem faciunt mali mores & fraudulenta, vel callida conuersatio in rebus pupillaribus; & non facultates. Quia pauper & fidelis remouendus non est, quasi suspectus. Tutores autem suspecti conuinci debent iudicialiter per septem testes, & postmodum ex sententia reiici. Ac tutella eis per Iudicem prohibetur hisce verbis.

Inhibeo Tibi Tvtelam Propter Dolvm Commissvm. & sic remotus efficitur infamis. Si verò remoueatur ob culpam, id est, negligentiam, non expressa falsitate: non erit infamis. Et reiecto tutore Iudex pupillum defendet, aut dabit ei alium tutorem. Insti: de suspe. tut. § Iure suspectus. Iure Municip: art. 26. glo.

Per quem accusantur suspecti Tutores?

Omnis generis tutores, siue testamentarii sint, siue etiam datiui, possũt tanquam suspecti remoueri.

Et admittuntur ad accusationem illorũ omnes, qui nimò etiam mulieres : sed eæ solæ quæ pietatis necessitudine ductæ ad hoc procedunt, vt puta, mater, nutrix quoq; & auia, potest & soror. Sed & si qua alia mulier fuerit similis, quæ pietate quadam producta non possit sustinere iniuriam pupilli, nec sexus verecundiam egreditur, quod fecit Calphurnia improbissima fœmina, quæ inuerecundè per se ipsam caussas agens adeò molestam se Iudicibus prębuit, vt caussam dederit edicto, quo cautum est: Ne mulieri in posterum caussas agere liceat.

Imo etiam tutor, suum contutorem suspectum facere potest. Insti. de suspe. tuto. § si quis. ff. de postu. l. 1. § sexum.

De auctoritate Tutorum.

Auctoritas tutoris in quibusdam casibus pupillis est necessaria: in quibusdam non est necessaria.

Nam si quid dari sibi stipuletur pupillus ; nõ est necessaria auctoritas tutoris. Quia conditionem suam meliorem facere potest sine auctoritate cuiuscũq;.

Si autem pupilli aliis promittant, vel matrimonium eorum diminuitur : necessaria est auctoritas tutoris. Quia rem suam non aliter deteriorem facere possunt, quam si tutoris accesserit auctoritas. Et ideò nullam obligationem pupillus contrahere, neq; hæreditatem adire, neq; fidei commissum agnoscere, sine tutoris auctoritate potest.

Et tutor interponens suum consensum, debet statim in ipso negotio præsens esse, & approbare quod agitur: post tempus verò, aut per epistolam, interposita eius auctoritas, nihil agit. ff. & instit. de aucto. & consen. tuto. per tot. Et Iure Munic. art. 26. glo.

De præ-

De prærogatiua Tutorum.

Quoniam tutor ſentit onera, & damna in bonis pupillorum, ideò iuſtum eſt eum ſentire & commoda. Si ergo bona pupilli fuerint in proprio ſeu hęreditate, vel uti agris, vineis, hortis, humuletis, tutorq́; impenſas faciat in laborandis illis: fructus exinde etiam percipiet ſine aliquo cenſu, dummodò non promiſerit illũ. Qualia autem bona ſuſciperit, cùm ſe tutelæ intromiſit, talia reſtituere tenetur: vt ſi ſeminati fuerint agri, etiam ſeminatos reſtituet. Iure Munic: art. 26. in glo.

Satisdatio Tutorum.

Quiuis tutor ſuſcipiens pupillum, res illius ſub Iudicis & Scabinorum teſtimonio confecto deſuper publicè inuentario vtiliter adminiſtrandas ſuſcipiat: niſi teſtator vetuiſſet inuentarium ſpecialiter conſcribi: & tunc debet ſatisdare, cautionemq́; incorruptibilē pupillo vel alteri eius nomine facere, rem pupilli ſaluam fore, hoc eſt, cum huiuſmodi pignore, quod non de facili corrumpitur, vt ſunt domus, prædia, agri, & alia huiuſmodi: & hoc niſi ſit tutor teſtamẽtarius, vel cùm inquiſitione datus, alioquin non poteſt adminiſtrare, neq; aliquid ex bonis pupilli alienare. ff. de admin. & per tut. vel cur. per tot. Et Iure Muni: art. 26. glo.

Quibus modis tutela finitur?

Tutela finitur pluribus modis.

Primò, quando puer peruenit ad annos pubertatis, à tutela liberatur.

Secundò morte tutoris.

Tertiò, capitis diminutione tutoris maxima vel media. de quibus mox dicetur.

Quartò, morte pupilli, tunc tutor rationem facere tenetur hæredi pupilli, & eam comprobare duobus digitis ad sacra, si sibi non creditur. & hoc de vltimo anno, & non de aliis.

Quintò, quando remouetur tutor vt suspectus.

Sextò, exsistente conditione vel tempore, sub qua vel ad quod datus est. C. quando tut. vel cura. esse desi. per tot. Iure Muni: art. 26. glo.

De annis Pubertatis & Discretionis.

Sciendum est, aliud est dicere pupillum attigisse annos pubertatis, & aliud habere annos perfectæ discretionis.

Iure enim Prouinciali Saxonico & Municipali Maydeburgen. masculi annos pubertatis quidem in quartodecimo anno completo, femellæ in tredecimo attingunt, & ibidem tutela finitur. Secundum verò leges masculi post decimumquartum annum completum, illico annos pubertatis attingunt, fœminæ verò post duodecim annos completos, viri potentes esse creduntur.

Annos verò perfectæ discretionis secundum leges in anno vigesimo quinto: Iure verò nostro in anno vigesimo primo attingunt. Vnde postquam tutela finitur, datur eisdem iuuenibus Curator, qui bona eorum administrat. Propter adolescentiam enim soli per se id facere minimè possunt. vt Instit: de cura. per tot. Et Iure Munic. art. 26. glo.

De ca-

De capitis diminutione.

Eſt autem capitis diminutio, prioris ſtatus commutatio.

Diuiſio Capitis diminutionis.

Triplex eſt capitis diminutio. Maxima: minor, ſeu media: & minima. Tria enim ſunt quæ habemus, Libertatem, Ciuitatem & Familiam.

Maxima capitis diminutio eſt, cùm aliquis ammittit libertatem, quod cõtingit de iis qui efficiuntur ſerui pœnæ, vel paſſi ſunt ſe venundari, vel reuocati ſunt in ſeruitutem propter ingratitudinem. & taliter capite minutus, perdit etiam per conſequentiam ciuitatẽ & familiam.

Minor ſeu media capitis diminutio eſt, cùm aliquis perdit ciuitatem, libertatem verò retinet; quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit: item deportato, id eſt, perpetuò proſcripto.

Minima capitis diminutio eſt, cùm libertas & ciuitas retinentur, ſed ſtatus & familia tantùm mutantur. quod accidit ei, qui datus in adoptionem, vel qui emãcipatus eſt. ff. & inſtit. eod. per tot.

DE COMMVNI DIuidundo.

COMMVNI diuidundo Iudicio, communium rerũ diuiſionem petimus. Vbi igitur res communis non eſt, ceſſat communi diuidundo Iudicium.

Scias quod nihil refert, an res inter aliquos communis

munis ſit cum ſocietate,an ſine ſocietate. nam vtroque caſu locus eſt communi diuidundo Iudicio.

Cum ſocietate res communis eſt, veluti inter eos, qui pariter eandem rem emerunt cauſſa ineundæ ſocietatis.

Sine ſocietate communis eſt, veluti inter eos, quibus eadem res teſtamento legata eſt. ff. eo. l. 2.

Si igitur inter aliquos communis res ſit, puta quia pariter eis legata donataúe eſſet, & alter eorum alteri ideo teneatur communi diuidundo iudicio, quòd ſolus fructus ex ea re perceperit, aut quòd ſocius eius ſolus in eam rem non intelligitur ex cõtractu propriè obligatus eſſe, quippe nihil inter ſe contraxerunt: ſed quia ex maleficio non tenetur, quaſi ex contractu teneri videntur. Inſtit: de oblig. quæ quaſi ex con. naſ. § item ſi inter aliquos.

Per hoc iudicium,corporalium rerũ ſit diuiſio, quarum rerum dominium habemus non etiam hæreditatis. ff. eo. l. per hoc iudicium.

In hac actione nihil venit vltra diuiſionem rerum ipſarum, quæ communes ſunt, & ſi in his aliquid damni datum aut factum ſit.

Item veniunt ſumptus facti in re communi nomine meo vel nomine ſocii percepta ex re communi, vel propter rem communem.

Item, in hac actione venit, ne inuito ſocio aliquid fiat in re communi. ff. eod. titu. per tot.

FAMILIÆ ERCISCUNDÆ Iudicium.

Non eſt ignorandum, quòd familia hoc in loco accipitur pro hæreditate: erciſcundæ autem, id eſt, coercendæ

ercendæ vel diuidundæ. Evctum enim antiqui dicebant, a coercendo teste Festo. inde coerceo & ercisce-re verbum, id est, frequenter coercere. Nam cùm hæreditas diuisa est, alter ab alterius parte ercetur.

Et vtimur antiquo modo loquendi Comicorum, dicentes, ercifcundæ pro erciscendæ, & regundorū pro regédorum: diuidundo pro diuidendo, propter affinitatem istarum vocalium inter se. Vt dicit Priscianus l. primo artis Grammaticæ. Sic & Plaut. in Amphi. vt vos in vestris voltis mercimoniis emundis vendundisq;.

Per familiæ erciscundæ actionem, diuiditur hæreditas inter hæredes, siue ex testamento, siue ab intestato deferatur. In qua actione, Iudex ante omnia cognoscere debet, an actor sit cohæres: nisi enim cohæres sit, neq; adiudicari quicquam oportet, neq; aduersarius ei condemnandus est. si. eod. per tot.

Quis facit diuisionem inter fratres?

Vbi duo vnam debent diuidere hæreditatem: senior diuidat, iuniori verò competit electio in hac parte. diuidere autem nolens cùm ei diuisio competat, Iudex diuidet. Spe: Sax: lib: 3. art: 29.

Qualiter rerum diuisio fieri debeat?

Sciendum est, res quædam diuidi debent in compēsam, vt scilicet alia res pro ea detur: vt si seruum vel equum duo habeant, ille propter diuisionem non interficiatur, quia nullus sua re male vti debet, quare in-

compen-

compensam pecunia soluitur, vt Instit. de his qui sui vel alie. iuri. sunt. § sed & maior.

Item, bona in feudum data diuidere etiam nō licet, quia illa vnus pro feudo seruat, vt in Authen: de consti. Impe. l. hac edictali. § præterea. coll. x.

Item, res ad duos vel plures pertinentes non debēt in minimas partes diuidi, vt si mansum agri habeant duo vel plures, vnusquisq; expeteret diuisionē in minimas partes sicut digitus, alter facere non tenetur nisi per medium. vt in C. communi diuid. l. ad officium. & l. si maior.

Item, agros & bona censualia nemo diuidere debet, ita quod vnus agrum seruet, alter verò censum. Spec: Sax: lib. 3. art: 29.

DE ACTIONE ex testamento.

Hæres quoque legatorum nomine non propriè ex contractu obligatus intelligitur (neq; enim cum hærede, neq; cum defuncto vllum negotium legatarius gessisse propriè dici potest) & tamen quia ex maleficio non est obligatus, quasi ex contractu debere intelligitur. Inst. de obli. quæ ex quasi con. na. § hæres quoq;.

DE CONDICTIONE Indebiti.

Diuisio Indebiti.

Indebitum est triplex.

Primò modo, naturaliter & ciuiliter, vt quando nullo modo debet.

Se-

Secundò, quando est naturaliter indebitum, sed debitum ciuiliter, vt patet in chirographo ante bienniū.
Tertiò modo, est indebitum ciuiliter, sed naturaliter debitum, inter patrem & filium, & inter fratres in eiusdem patris potestate exsistentes, & inter seruum & dominum.
Si quis igitur indebitum ignorans, soluit: per hanc actionem condicere potest, id est, repetere: sed in talibus indebitis solutis distinguitur, an per errorem Iuris soluantur, & tunc repetuntur, an facti & minus probabili, & tunc idem. l. an per probabilem, & tunc repetuntur. ff. eo. per tot.

DE OBLIGATIONIBUS *quæ ex delicto nascuntur.*

Obligationes quę ex maleficio nascuntur, vnius generis sunt. Nam ex re omnes nascuntur, id est, ex ipso maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, iniuria. Instit: eod. § 1.

DE FVRTO.

Furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino fraudulosa, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius possessionisúe. quod lege naturali, id est, diuina prohibitum est, admittere.
Dictum autem est furtū à furuo, id est, nigro, quod clam & obscurè fit, & plerunque nocte. Vel à fraude; vel à ferendo, id est, auferendo. Sibi enim adfert, & aliis aufert qui furatur. Instit. eod. § 2.
Fur autem dicitur ille, qui contractat rem alienam,
pro

pro vtilitate sua eandem conuertendo, irrequisito domino cuius res illa est. Spec. Sax: lib:1. artic. 56.

Diuisio Furti.

Furtum est duplex. Manifestum & Occultum.

Manifestum, quum fur in ipso furto, vel in eo loco in quo furtum fit, deprehenditur: veluti qui in domo furtum fecit & nondum egressus ianuam deprehensus fuerit: & qui in oliueto oliuarum; aut in vineto, vuarum furtum fecit, quamdiu in eo oliueto aut vineto deprehensus fuerit.

Occultum furtum est, cùm fur non deprehenditur in ipso furto, vel in eo loco cum re furtiua in quo furtum fecit: vel qui scienter rem subtractam recipit, & occultat. Vel cuius ope & consilio factum est furtum. Instit: eod. §. Furtorum autem.

De pœna Furti.

Pœna furti manifesti secũdum leges, quadrupli est: furti verò occulti, dupli. Instit: eo. § conceptum furtum in fine.

Secundum Saxonum Iura, & Municipalia Maydeburgensia, fur est suspendendus. Si verò furtùm minus trium solidorum commisit, punitur in cute & crinibus. Spec: Sax. lib: 2. art: 13. Iure Munic: art: 38.

De pœna in cute & carne.

Pœna in cute & carne est, cùm aliquis ad statuam virgis cæditur, & auricula sibi absciditur. Si autẽ non habuerit auriculam, per faciem cremari debet, seu insignari. Si illud signum bis impressum habuerit; in ex-

silium æuiternum, hoc est, ad patibulum mittetur. Iure Municip: alle. art: 38. glos.

Quibus Furibus notæ imprimuntur.

Notandum est, signi impresſio intelligenda est de furibus, qui in die furantur, & qui crumenas quas vulgò bursas vocant abſcidunt. Tales enim inprimis per faciem cremantur. Secundò, vtraq; auricula illis abſciditur. Tertiò, crux per frontē imprimitur ferro, semper tamen & virgis cædi debent. Huiusmodique signi impreſsio ex eo fit, vt ab hominibus cognoscantur, & de eis sibi præcaueant. Si verò vlterius committant aliquid, insigniri debent fune vel cathena in patibulo. & hoc ex eo fit, quia furtum est communius aliis malefactis, quare & grauius puniri debent. vt ff. de furt. in multis legi. Suspensusq; fur raro deponitur, in terrorem aliorum. Spec: Sax: lib: 2. art. 13.

DE AMOTIONE RErum & earum actione.

Res amoueri dicuntur largè, quando per vxorem ceſſante matrimonio celantur, id est, absconduntur, vel deferuntur, id est, deportantur, vel contrectantur dolosè non errando.

Est autem singularis actio rerum amotarum, introducta aduersus eam, quæ vxor fuit. Quia non placuit cum ea furti agi poſſe, quam societas vitę quodam modo dominam faceret rerum ipsius mariti. Nam in fauorem & honorem matrimonii, turpis actio aduersus vxorem negatur. ff. de acti. amot. l. 1. & 2.

Quatuor probanda in hac actione.

Qui rerum amotarum instituit actionem, quatuor necessariò habet probare.

Primò, quod res mariti dolo malo ab vxore amouantur, vel res vxoris à marito. ff. eo. l. contra. § item cum. & l. mulier.

Secundò, vt fiat amotio constante matrimonio. Nam si post diuortium vel solutum matrimonium quondam vxor viri res amouet, conueniretur actione furti. ff. eo. l. & ideò 1. Res.

Tertiò, rerum amotarum actio sic habet locum, si diuortii consilio res amotæ fuerint, & secutum diuortium fuerit: si autem diuortium non est secutum, licet esset rerum amotarum actio, tamen ipsas res maritus condicere potest. ff. eo. l. rerum amotarum.

Quartò, quod fiat caussa speratæ mortis, & non sequatur mors. Si enim mulier, cùm de vita viri desperasset, surreptis quibusdam rebus diuertisset: si conualuerit vir, vtilis rerum amotarum actio ei danda est. ff. eo. l. si mulier.

DE RAPINA.

Secunda obligatio ex maleficio, vel delicto priuato dicitur rapina. Qui enim vi res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti. Quis enim magis alienam rem inuito domino contrectat, quam qui vi rapit? Ideoque rectè dictum est, eum improbum furem esse. Instit. de vi. bon. rapt. § 1.

Diff-

Differentia inter Raptorem & Furem.

Raptor à fure, ſolo animo differt. Nam ſi erat animus ei palam & per vim auferendi, licèt ibi neminem inueniat; tamen eſt raptor. ff. de vi. bon: rapt. l. 3.

Sed fur eſt, qui habet animum vt faciat clam, licèt interdum deprehendatur, ex qua deprehenſione efficitur manifeſtus. Artic: ex etymologia vocabuli. ff. de fur. l. 1. Furtum à furuo, id eſt, nigro.

De pœnis raptorum.

Raptor ſi vnam rem licèt minimam rapuerit, ſiue comprehẽdatur in ipſo delicto ſiue non: ſecundum leges intra annum quadruplum, poſt annum ſimplum, pro ea tenetur dare. Non totum autem quadruplum pœna eſt ſicut in furto: ſed in quadruplo ineſt rei perſecutio: vt pœna tripli ſit. Ridiculum enim eſt, leuioris conditionis eſſe eum, qui vi rapit, quàm qui clam amouet. Inſtit. eo. § 1.

Secundum verò noſtra iura raptori ſecundum modum exceſſus, infligitur pœna capitis, vel mutilationis membri. Et debent raptores ex debito ex neceſſitate cum clamore inſequi, & in ipſo facto vel fuga, interfici poſſunt. Spe: Sax: lib: 2. art: 63.

DE DAMNO.

Damnum, eſt deminutio vel ademptio patrimonii. Et dicitur damnum à demo vel à deminuo, quia demit vel deminuit patrimonium. ff. de dam. in ſi. l. 3.

Damnum tripliciter datur.

Damnum tripliciter infertur: Aut voluntariè, au casualiter, aut in quadrupede seu pecude.

Pecudis appellatione quid intelligendum est.

Appellatione pecudis veniunt omnia pecora quæ gregatim pascuntur, quales sunt equi, muli, asini, oues, boues, capræ, & sues: Canes autem, vrsi, & leones magis in numero ferarum bestiarumq; sunt, quàm pecudum. ff. l. 29. ad leg: Aquil.

De Damno voluntario.

Si quis alienum hominem, vel alienam quadrupedem seu pecudem, vel quamcunque rem alienam, etiam anima carentem, iniuria, id est, culpa vsserit, fregerit, rapuerit, occiderit; quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantùm domino dare tenetur. hoc est, verigeldum rei persoluet. Instit: de l. Aquilia. § 1.

Qui dolum vel culpam commisit, occîdit iniuria.

Iniuria autem occidere intelligitur, qui nullo iure occidit. Instit: eo. § iniuria autem.

Requi-

Requisita ad damnum voluntarium.

Duo requiruntur ad damnum voluntarium, scilicet: quod & damnum datum sit, & quod culpa dantis præcesserit. Itaq; qui se defendendo latronem, insidiatorem, vel quemcunq; alium percussorem ad se venientem in dubio vitæ discrimine constitutus, occiderit: non tenetur homicidio. Quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur, si. aliter periculum effugere non poterit. C. ad leg. Corne. de sic. l. 3. & 4.

Item, neq; furiosus, neq; infans dolo carens tenetur, secus si sit doli capax. Puer enim infra annos discretionis non potest in tantum delinquere, quod in vita puniatur. Si verò occidatur, aut mutiletur quis à puero; tutor illud ex substãtia pueri secundum verigeldi modum resarcire tenetur, quod & de damnis aliis à pueris illatis est intelligendũ, si iure comprobata fuerint. ff. ad leg. Ac qui scientiam. § qui cum. Spec: Sax: lib: 1. art: 40. Et lib: 2. art: 65.

De Damno casuali.

Si quis non voluntate, sed casu ex improuiso fortuito homicidium fecerit, & id probauerit; non punitur pœna homicidii, sed minori. C. ad leg. cor. de sic. l. frater.

De Damno à quadrupede.

Animalia sunt duplicia. Quædam sunt feræ naturæ, vt quæ sub custodibus pabulari non possunt. Quædam

verò sunt domestica & mansueta. vt Instit: de re. diuis. § ceruos quoq;.

De Animalibus domesticis damnum facientibus.

Si animalia domestica, vt est caper, taurus, & alia similia, damnum vel noxam fecerint: is cuius est pecus, damnum resarciet iuxta verigeldum vel valorem: & hoc intellige, si animal illud post noxam factam in suam recepit possessionem. Si verò noxium animal ab eo omninò expellitur, nec seruat illud, neq; pascit aut potat, innocens est à damno. Damnificatus verò accipit illud in compẽsam damni si vult, & de huiusmodi animalibus intelligitur. Artic: 40.55. 2. Spec: Sax.

De Bestiis Feris damnum facientibus.

Si quis tenuerit animalia fera nociua, vt sunt vrsi, lupi, vulpes, pantheræ, leopardi, leones, cerui, simiæ, quicquid damni fecerint, resarcire tenetur qui illa seruat. Quod si post damnum illatum eis renunciare noluerit, animalia huiusmodi excludẽdo, aut eius victualia denegando; indemnis esse non potest: si is qui damnum recepit, comprobare mettertius poterit, quod ille animalia huiusmodi vsq; in diem illati damni tenebat. Ratio huius est, quia qui bestias, quorum natura fera est, tenere voluerit, eas inter septa, aut occlusas seruare debet possessiones. Iure Munic. art. 122.

De Canibus.

Si canib

Si canis damnũ faciet alicui; is qui eum seruat, probare tenetur de ignorantia. Quia videlicet nesciuit, quòd canis ille mordax sit. Quod si canis alligatus sit catena in domo vel curia alicuius, damnumq́; inferat; ille sibi culpa erit, quem læsit.

Item, si quis canem emiserit in pecora alterius, & vulneretur: is qui vulnerat indemnis manet.

Insequatur etiam canis pecora extra domum vnius in plateam, damnumq́; faciat: hospes vel dominus illius canis damna resarciet.

Prçterea si quis interficiat canem sibi nocere volentẽ, manet indemnis: si iuramento probare audet, quod caussa necessitatis id fecerit. Iure Muni: art: 123.

DE INIVRIIS.

Iniuria accipitur dupliciter.

Generaliter iniuria dicitur, omne quod nõ iure fit.

Specialiter iniuria dicitur contumelia, quæ à contemnendo dicta est. Aliquando iniuria dicitur damnum culpa datum: interdum iniquitatem & iniustitiam, iniuriam vocamus. Nam cùm quis iniquè & iniustè sententiam dixit, ex eo iniuriam facere dicitur, quod iure & iustitia caret, quasi non iuriam. ff. de iniur. & fa. lib. l. iniuria. & insti. eod. tit. § generaliter.

Iniuria tripliciter infertur.

Iniuria fit tribus modis: Aut re, aut verbis, aut scriptis.

Re, quoties quis pugno pulsatus, aut fustibus cęsus, vel etiam verberatus erit, vel si cuius bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum sibi debere.

Verbis, quoties alicui conuicium factum fuerit.

Scriptis autem seu literis dicitur fieri iniuria per li-bellum vel carmen famosum. Nam si quis ad infami alicuius libellum aut carmen, aut historiam scripseri composuerit, ediderit, doloúe malo fecerit, suo vel a terius nomine, vel etiam sine nomine, & conuictus cri minaliter fuerit: iubetur ex lege, esse intestabilis. ff. de iniur. & fa: lib: l. lex Cornelia. § si quis librum. Et C de fa. lib: 1.

Et actio iniuriarum septem testibus probatur, vt Sp Sax: lib: 1. art: 70. Et Iure Munic: art: 91.

De atroci Iniuria.

Atrox iniuria cognoscitur tribus modis: Ex facto ex loco, & ex persona.

Ex facto, veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fu-stibus acriter cæsus: magis deliquit, quàm si simplici bus & leuibus eundem verberibus percusserit.

Ex loco, veluti si cui in theatro, vel in conspectu Prætoris, vel in foro publico, vel in Ecclesia iniuria fa-cta sit, vel etiam ex parte membri læsi seu ex loco vul-neris æstimatur atrox iniuria. veluti, si in oculo quis vulneratus fuerit, maior iniuria quàm si in dorsu vul-nerauerit eum.

Ex persona, veluti si Magistratus iniuriam passus fu-erit, vel si Senatori ab humili persona iniuria facta sit, aut parenti, domino, patronoq; fiat à liberis, vel seruis, vel libertis. Nam secundum gradum dignitatis, vitæq; honestatem crescit, aut minuitur æstimatio iniuriæ. Insti: eod. § atrox iniuria.

Dupliciter agitur pro iniuria.

In

In summa, sciendum est de omni iniuria eum qui passus est, posse vel criminaliter agere, vel ciuiliter. Et si quidem Ciuiliter agitur æstimatione facta secundum vniuscuiusq; generationem: pœna pecuniaria reo imponitur. Sin autem Criminaliter, officio Iudicis pœna reo, aut in corpore, aut in honore irrogatur. De hoc copiose habetur Instit: eo. § in summa. Et Spe: Sax: lib: 1. art: 68. Et Iure Munic: art: 90.

In querela iniuriarum hæc sunt specialia.

Sciendum est, quòd aliquis patitur iniuriam aut per semetipsum, aut per liberos suos, aut per vxorem suã.

Si ergo filiæ meæ quæ Titio nupta est, iniuriam feceris, non solùm filiæ nomine tecum iniuriarum agi potest, sed etiam patris & mariti nomine. Contra autem si viro iniuria facta sit, vxor iniuriarum agere non potest. Defendi enim vxores à viris, non viros ab vxoribus æquum est. Ita nec liberi pro iniuria patri illata, actionem intentare possunt. Pater enim illorum tutor est, & non è contra.

Item iniuria seu contumelia, secundum nobilitatem seu vilitatem personarum rependi debet. Faciliùs enim absoluitur in vilem personam delinquens, quàm si in nobilẽ vel magnificam personã deliquerit. Emendæ enim, pro excessibus iuxta vniuscuiusq; generationem exsoluuntur. vt ff. eo. ti. § patitur. Et § pœna. Spe: Sax: lib: 1. art: 68. & lib: 3. art: 45.

Faciens fieri iniuriam ita punitur sicut faciens.

Non solùm is iniuriarum tenetur qui fecit iniuriam, id est, qui percussit: verùm ille quoq; tenebitur, qui dolo fecit iniuriam: vt qui procurauit, vt ab alio fieret. Insti: eo. § non solùm autem.

Actio iniuriarum iam nata, tollitur dissimulatione.

Si quis mihi iniuriam fecerit, & ego hoc statim passus ad animum suum non reuocauerim, sed dissimulauerim, vt si risi, vel lusi, vel comedi cum eo: postea ex pœnitentia, remissam iniuriam non potero recolere. Instit. eod. tit. § vlt.

DE OBLIGATIONIbus quæ ex quasi delicto nascuntur.

Obligationes quæ ex quasi maleficio oriũtur, quatuor actiones pariunt.

Prima est contra Iudicem, per imperitiam vel imprudentiam malè iudicantem, qui tenetur damnum resarcire parti læsæ, inquantum de ea re æquum visum fuerit Iudici maiori.

Secunda est contra eos, de quorum domo propria, vel conducta, vel in qua gratis habitabant, deiectum effu-

effusumúe aliquid est, ita vt alicui noceret, quantum ex ea re dum mihi datum factumúe erit, in eum qui ibi habitauerit dupli constituta est actio. Ob hominē verò liberum occisum; quinquaginta aureorum pœna constituitur. Si verò viuat, nocitumq́; ei esse dicatur, quantum ob eam rem æquum Iudici videtur, actio datur. Iudex enim computare debet mercedes Medicis præstitas, cæteraq́; impendia, quæ in curatione facta sunt, præterea operas quibus caruit, aut cariturus est ob id, quia inutilis est factus.

Tertia actio competit in eum qui in domo sua in ea parte, qua vulgò iter fieri solet, aliquid positum suspésumúe habuerit, quod potest (si ceciderit) alicui nocere, quo casu pœna decem aureorum constituta est.

Quarta actio competit contra exercitorem nauis, aut cauponæ, aut stabuli domini, pro amissis rebus in naui, aut caupona, aut stabulo; dolo aut furto eorum quorum opera nauem, aut cauponem, aut stabulum exercet. Aliquatenus enim reus est culpæ, quia opera malorum hominum vteretur, ideò quasi ex maleficio teneri videtur. Insti: eod. per tot. ti.

Quibus modis tollitur Obligatio.

Omnis obligatio, siue principalis, siue accessoria tollitur solutione eius, quod tenetur, siue fiat solutio à principali debitore, siue ab alio, etiam inuito debitore.

Item per acceptilationem tollitur obligatio. Est autem ACCEPTILATIO imaginaria solutio, vt cùm debitor dicit ad creditorem, quod ego promisi tibi, habesné acceptum: & Titius respondeat, habeo. Consentaneum enim visum est, verbis factam obligationē, aliis posse verbis dissolui.

Præte-

Præterea nouatione tollitur obligatio: veluti si id quod tibi Seius debebat, à Titio dari stipulatus sis. Nam interuentu nouæ personæ, noua nascitur obligatio, & prima tollitur translata in posteriorem.

Item obligationes quæ consensu contrahuntur, contraria voluntate dissoluuntur. Insti. eod. ti. per tot.

DE CONTRACTV Emphiteutico.

EMPHITEVSIS Latinè dicitur melioratio. Contractus emphiteuticus, est quidam contractus liber & voluntarius, quo bona sterilia & inculta, sub certo censu, vel aliquo obsequio dantur, vt per accipientem in meliorem conditionem & statum deducerentur, & fertilia redderentur. Et dicitur iste contractus emphiteoseos vel emphiteuticus, id est, meliorationis.

Olim tantùm sterilia bona huius contractus speciem concedebant: nunc autem ad id deuentum est, vt etiam fertilia & fructuosissima valeant emphiteuticari.

Contractus emphiteuticus cõsistit in rebus soli tantùm. Contractus emphiteuticus celebratur, scriptura interueniente, & non aliter. C. de sac. sanct. eccle. authen. perpetua. & C. de iure emphiteu. per tot. & insti. de locat. § adeò. Spec: Sax: lib: 3. artic. 79. Iure Municipali articulo 7.

Formula Emphiteutici Contractus.

In eodem Iudicio bannito constitutus personaliter famatus N. ciuis L. mente & corpore sanus, liberè &

pr

per expressum recognouit, quia bona sua hæreditaria, videlicet villam S. locauit, & titulo locationis dedit, & concessit in emphiteusim ad tempora duntaxat vitæ suæ, pro precio annuali & nomine precii xx. flor. prouido D. Ciui N. præsenti & acceptanti pro se suisq; heredibus. Quos quidem xx. flor. prædictus D. præfato N. nomine census & pensionis annualis, ex supra scripta villa S. quolibet anno ad festum Sancti Lucæ tenebitur soluere: & præfatus N. tenebitur ipsum quietare, & sic quolibet anno vsq; ad finem vitæ præfati N. locatoris. Quam quidē præfatam villam S. prædictus D. arendator & conductor, habebit, tenebit, possidebit, disponet, laborabit, fructificabit, illaq; vti fruetur vigore præfatæ locationis in emphiteusim factæ, & nullo alio iure, cum omni iure, dominio, & proprietate, & cum omnibus vtilitatibus ex eadem villa prouenientibus, incipiendo à die præsentis contractus celebrati, vsq; ad mortē præfati N. locatoris. Et ita præfatus N. dedit prædicto domino D. arendatori realem possessionem in præfatam villam S. tenebiturq; ipsum varendare, tueri, protegere, eliberare, in præfata S. villa, sic vt præmittitur locata & arendata in emphiteusim, ab omni impetitione iuridica, vsq; ad exspirationem præfatæ locationis. Et coram eodem Iudicio stans personaliter prædictus D. conductor per expressum recognouit se arendasse & conduxisse prædictam villam S. apud præfatum N. iuxta continentia præsentis inscriptionis, eamq; non alio iure nisi vigore præfatæ arendæ in emphiteusim factæ se tenere & possidere recognouit. Quiquidem contractus emphiteuticus admissus est & confirmatus habere vim & robur firmitatis in omnibus & singulis suis punctis & clausulis de forma iuris.

DE CONTRACTV SPONsalitiæ largitatis.

Contractus sponsalitiæ largitatis, est simplex donatio, quam sponsus facit sponsæ, non respectu dotis, & è contra. De hoc dictũ est, libro secundo pagina 168.



FARRAGINIS ACTIONVM
Iuris Ciuilis & Canonici.
De Consanguinitate & Affinitate.
LIBER QVARTVS.

DE CONSANGVINITATE.

Definitiones Consanguinitatis.

CONSANGVINITAS, est attinentia vnius personæ ad alteram quod vna persona descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel sic:

CONSANGVINITAS, est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum.

Declaratio Definitionum.

Dicitur autem consanguinitas, quasi sanguinis vnitas, à con & sanguine, quia consanguinei inter se communem habent sanguinem, siue de vno sanguine procedunt. Vnde & spurii, seu vulgò concepti, secundum Ius ciuile intelliguntur habere consanguineos cognatos, non tamen agnatos. Quia ius agnationis, à patre

descendit, sed spurii seu vulgò quæsiti non habent patrem, scilicet certum vel licitum, igitur nec agnatos habent. Ius autem cognationis à matre descendit, quæ semper certa est, quia semper manet. l. quia semper. ff. de in ius voc. Et ideò retinent iura sanguinis, quia sanguis non mentitur, vt hæc probantur. ff. de grad. iurisconsultus. § nomen. & § se. & ff. vnde cognati. l. hac parte. & l. si spurius.

Dixi Personarvm, quia inter animantes brutas non oritur consanguinitas, quamuis descendant ab eodem sanguine, sed non sunt personæ.

Dixi Descendit, propter angelos, quia vnus non descendit ab alio.

Dixi Vna ab altera, verbi gratia: Abel descendit ab Adam. Ascanius progenitus est ex Ænea.

Dixi Vel ambæ ab eadem: Exempli caussa dicam. Cain & Abel duxerunt originem ab Adamo: Esau & Iacob processerunt ex Isaac.

Dixi Ab eodem stipite. Est autem stipes communis parens, hoc est, persona illa à qua aliqui traxerunt originem, qui inter se sunt consanguinei, & etiam ei à quo descenderunt. veluti: Kazimirus Rex Pol. fuit stipes Wladislai, Ioannis Alberti, Alexandri, Friderici, Kazimiri, Sigismundi, atque filiorum qui ab eis descenderunt.

Dixi Carnali propagatione contractvm, vt per hoc excludatur Eua à consanguinitate Adami, quia non per carnalem propagationem, sed per formationem de costa lateris Adæ est producta. Gen. ij. Vnde Adam & Eua, nec consanguinei, nec affines inter se fuerunt: sed principium consanguinitatis & affinitatis.

De

De Linea Consanguinitatis.

LINEA, est collectio personarum consanguinitate coniunctarum, diuersos gradus continens & numeros distinguens. Vel sic:

LINEA est collectio personarum ab eodem stipite descendentium, gradus continens & numeros distinctos habens. quod sanè idem est.

Diuisio Lineæ Consanguinitatis.

LINEA consanguinitatis est duplex, Recta & collateralis siue transuersalis.

LINEA recta est duplex, Alia est ascendentium, Alia descendentium.

RECTA linea ascendentium est, quæ continet illos, à quibus nos originem traximus per generationem, vt sunt omnes à cellula vacua ascendentes tam per sexum masculinum quàm fœmininum, pater, mater, auus auia, proauus proauia, abauus abauia.

RECTA linea descendentium est, quæ continet illos, qui à nobis vel ab aliis originem duxerunt, vt sunt omnes à cellula vacua descendentes, per sexum masculinum & fęmininum, filius filia, nepos neptis, pronepos proneptis, abnepos abneptis.

LINEA verò collateralis siue transuersa est, quæ continet in se illos, qui non à nobis per generationem duxerunt originem, nec nos ab eis, verumtamen ab eodem sanguine nobiscum propagantur, id est stipite, & communi parente, vt frater soror, patruus amita, auunculus matertera, & cæteri superiores ex trãsuerso.

Illud admonitos velim. Duæ lineæ ascendentes rectæ simul sumptæ faciunt vnam collateralem vel trans-

 uersam.

uersa. Verbi gratia: Filii duorum fratrum, sunt in duabus lineis recte descendentibus, & vna transuersali. Et idem de omnibus intelligendum est, tam remotioribus quàm propinquis.

Diuisio lineæ collateralis.

LINEA collateralis siue transuersa duplex est. Æqualis & inæqualis.

ÆQVALIS est, vbi personæ de quibus quæritur, æqualiter distant à communi stipite, vt fratris nepos, & sororis neptis.

INÆQVALIS est, vbi personæ de quibus quæritur, inæqualiter distant à communi stipite, ita quòd vna remotior est quàm alia, vt fratris nepos, & Petrucii filius. Petrucius enim dicitur vacua in medio arboris cellula, vt mox docebitur.

De gradu Consanguinitatis.

GRADVS, vt ait Hostiensis in summa, est distantia vnius personæ ab alia in linea consanguinitatis. Vel sic:

GRADVS, est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur, quota distantia agnationis vel cognationis duæ personæ inter se differunt. Gradus autem dicti sunt ad similitudinem scalarum, locorumúe procliuiū. quot ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, transeamus. ff. de gradi. affi. l. Iurisconsultus. § gradus.

Arboris diuisio.

Arbor est duplex. Alia namq; est naturalis, alia artefacta.

NATVRALIS est, quam natura produxit. Eiusmodi autem rursus est duplex. Quædam enim per se dicitur, quædam verò per analogiam siue similitudinem.

Per se arbor naturalis est, quam alii rectam vocant, omnis planta terræ infixa, quæ ex sua radice stipitem habet, ex quo multi rami sursum versus enascuntur, vt est pomus, pyrus, prunus, olea, ficus.

Per analogiam & similitudinem arbor naturalis, quã alii inuersam vocant, est ipse homo. Qui enim arborem, inuersum hominem facetè dixerunt: ijdem hominem, inuersam arborem, nominarunt, quod hic superiore parte videlicet ore alimentum capiat: hæc verò parte inferiore, hoc est ipsa radice è terra alimentum trahat. Etenim secundum naturæ suæ modum, cortex plantæ, animalium cuti similis est: sicut eiusdẽ radix ori, & fila neruis, & rami manibus ac pedibus.

ARTIFICIALIS arbor est, quam ars & industria humana inuenit. vt apud Logicos arbor Porphyriana, in qua est coordinatio substantiæ. sic apud Iurisperitos, Arbores cognationum.

De Arbore consanguinitatis.

ARBOR consanguinitatis, est figura continens stipitem, & lineas rectas & transuersas variis gradibus distinctas. Dicitur autem ad similitudinem arboris naturalis. Nam sicut in arbore fructifera sunt, truncus, rami, flores, fructus & frondes: sic in arbore scripta eadem considerari oportet. Cellulam enim vacuam dicimus truncum: Lineas collaterales, ramos: Punctos qui gradus determinant, flores: attinentiam personarum siue gradus ipsos, fructus. Quæstiones verò quæ hic formantur, frondes.

TYPVS ARBORIS

AGNATI III.

Propatruus
Proamita
5.

IV. III.

Horũ filius — Patru⁹ma.
filia — Amita mag.
6. — 4.

IV. III. II.

Eorũ nepos — Prop. ſobrinus — Patru⁹
neptis. — Propi. ſobrina. — Amita
7. — 5. — 3.

III. II. I.

Eorũ pronepos — Horũfilius — Patrueles — FRATER
proneptis. — filia. — Amitini.
8. — 6. — 4. — 4.

IV. III. II.

Eorũ nepos — Horũ filius — Filius
neptis. — filia. — filia.
3.

IV. III.

Eorum nepos — Nepos
neptis. — Neptis — Fratris
6. — 4.

IV.

Pronepos
Proneptis
5.

VI. Abauia. 4.

CONSANGVINITATIS.

III. COGNATÆ

III. Proauia 3. — Proauũculus, Promatertera. 5.

II. Auia 2. — III. Auũc. ma. Matert.m. 4. — IV. Horum filius filia. 6.

I. Mater. 1. — II. Auunc. Matert. 3. — III. Prop.ſobrinus. Propi.ſobrina. 5. — IV. Eorũ nepos neptis. 7.

CELLVLA. — I. SOROR. 2. — II. conſobrin* cõſobrina. 4. — III. Horũ filius filia. 6. — IV. eorũ pronepos proneptis. 8.

I. Filia. 1. — Sororis — II. Filius Filia. 3. — III. Horũ filius filia. 5. — IV. eorũ nepos neptis. 7.

II. Neptis. 2. — Sororis — III. Nepos Neptis. 4. — IV. eorũ nepos neptis. 6.

III. Proneptis. 3. — Sororis — IV. Pronepos Proneptis. 5.

IV. Abneptis 4.

Modus formandæ & legendæ arboris consanguinitatis.

Arbor consanguinitatis secundum Hostiensem, si est formanda & legenda.

Principio notabitis cellulam mediam, in qua nihil scriptum est, à qua omnes aliæ cellulæ (exceptis his quæ nominantur) per genitiuum nomen, sui exordium sumunt; & ad quam, computatio tota procedit & reducitur. Cui congruè non potuit nomen imponi, cùm respectu diuersorū diuersa nomina sortiatur. Nam quandoq; vocatur pater, quandoq; filius, quandoque nepos, quandoque frater, & sic de singulis.

Quamobrem eam alii vocant cellulam vacuam, alii truncum. Quia sicut à trunco in arbore naturali cæteri ramusculi producuntur: sic etiam in arbore nostra, ferè omnes personæ producuntur, & nominantur à cellula vacua. Alii Ioachim vocant; fortè ideò, quia latam habuit parentelam. Alii Petrucium appellant nomine Bidelli Gymnasii Bononiensis, qui vnus idemque sæpe in vna eademque comædia varias sustinebat Personas. Alii Proteum nominant, quòd se more Protei vatis in innumerabiles vertat formas, vt scribit Virgilius ferè sub finem libri 4. Georgicorum. Hinc Horatius Epist. 1. lib: 1. appellans vulgus Belluam multorum capitum, mirè respondet, cur illud non sequatur.

Quo teneam, vultus mutantem Protea nodo?

Item describens callidum & perfidum debitoré, qui licèt sit multis cautionibus & iuris nexibus obligatus: mille tamen modis studet elabi, ne reddat debitum, vocat eum metaphoricè Proteum, Ecloga 3. lib: 2. Satyr.

Scribe decem à Nerio, non est satis, adde Cicutæ

Nodosi

Nodosi tabulas centum: mille adde catenas:
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus:
Cùm rapies in ius malis ridentem alienis, (bor.
Fiet aper: modo auis, modò saxum: &, cùm volet, ar-

Deinde considerate quid scriptum sit in vnaquaque cellula in recta linea ascendenti & descendenti à vacua cellula, ibidem notando puncta superiora rubea, & inferiora nigra, & numerum eorum, & quid significent (in Typo arboris, notæ numeri Romani pro punctis rubeis, ciphræ Saracenicæ pro punctis nigris intelligantur) Postea transeatis ad lineas collaterales vtriusq; lateris, quarum numeratio surgit ab inferiori ad superiorem.

Etenim primas lineas appellamus, in quibus siti sunt frater & soror.

Secundas, in quibus sunt patruus amita, auunculus matertera.

Tertias, in quibus sunt, patruus magnus, amita magna, auunculus magnus, matertera magna.

Quartas, in quibus sunt, propatruus proamita, proauunculus promatertera. De hoc copiosius dictum est in libro cognationum.

Arbor Ciuilis vsq; ad decimum extenditur gradum.

Et non est ignorandum, quòd quamuis figura arborea secundum leges ad decimum deberet graduum agnatorum protendi, aut saltem vsque ad septimum cognatorum, cùm vsque ad eum per leges deferantur successiones. Insti: de suc: cogn. § fi. & ff. de gradi. l. non facile. Eam tamen vsq; ad quartum duntaxat gradum Typographus hoc loco extendit, vt & aptiorem sedem

posset occupare, & lectoribus quibusq; faciliorem sui ipsius cognitionem exhibere. Nec idipsum graduum notitiam quoquo pacto impediet. Qui enim duorum triumúe computationem agnouerit, illam etiam in centesimum vsq; gradum, & eo amplius, si opus sit, deducere poterit.

Quippe sæpè generata persona gradum adiicit, vt longe faciliùs sit respondere, quoto gradu quisque sit, quàm propria cognationis appellatione quenq; denotare. dicit. § hactenus. Insti. de grad. cogna. Plura enim sunt negotia quàm vocabula, vt ff. de præsc. ver. l. 4.

Puncta rubea & nigra quid significant.

Nec te lateat, puncta rubea suprapósita, siue notæ numeri Romani, denotare gradus canonicos. Puncta verò nigra infrà ciphris Sarracenicis depicta designare Gradus legales; vt probè intelligas excellentiã & differentiam inter computationem graduum canonicam, veluti excellentiorem, quæ fit propter spiritualia, videlicet matrimonia licitè contrahenda: & legalem, quæ fit propter hæreditates, quæ per gradus deferuntur & tutelas, & propter testimonia non dicenda, vt ff. de grad. l. iurisconsultus, & hæc omnia temporalia sunt. Ideoq; per nigra & obscura puncta rectè in inferiori parte cellularũ depingitur. C. solite. de maiori & obedi.

Illud quoq; aduerte, punctorum numerum in omnibus cellulis significare dinumerationem graduum, habendo respectum ad cellulam vacuam in medio arboris positam.

Cogna-

Cognatio & agnatio differunt.

Cognatio eſt genus, cuius ſpecies ſunt, Agnatio & Cognatio in ſpeciali.

Agnatio proprie deſcendit ex conſanguinitate paterna ex parte gladii.

Cognatio deſcendit à conſanguinitate materna ex parte fuſi.

Inter agnatos igitur & cognatos hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. Nam qui eſt agnatus, & cognatus eſt. Non vtiq; autem qui cognatus eſt, & agnatus eſt. ff. de gradi. l. iuriſconſultus.

Diuiſio Conſanguinitatis.

Cognatio ſeu conſanguinitas triplex eſt: Alia ſuperior, Alia inferior, Alia ex tranſuerſo, quæ etiam à latere dicitur.

Superior cognatio eſt parentum, hoc eſt, aſcendentium perſonarum in arbore, vt ſunt, pater, mater, auus, auia, & alii ſupra numerati.

Inferior cognatio, eſt liberorum, hoc eſt, deſcendẽtium perſonarum in arbore, ſcilicet filii, filiæ, nepotis, neptis, aliorumq; inferiorum.

Ex tranſuerſo ſiue à latere cognatio, eſt fratrum ſororumúe, & eorum, qui quæúe ex his generantur: & conuenienter patrui, amitæ, auunculi, materteræ, liberorumq; eorum aliorumq; cognatorum & agnatorũ in tranſuerſalibus ſeu collateribus lineis poſitorũ. Inſti: de grad. cogn. § 1.

Computatio graduum Canoniſtica & Legiſtica.

Superior quidé & inferior cognatio à primo gradu incipit, tàm secundum leges quàm secundum canones. Ex transuerso siue à latere nullus est primus gradus secundum leges, ideò incipit à secundo. Secundum canones verò inter collaterales est primus gradus, ideoq; incipit canonica cõputatio à primo gradu.

Vnde canonistæ & legistæ conueniunt in computatione graduum in recta linea ascendentium & descendentium, in collateralibus discrepant. ff. de gradi. affi. l. 1. in prin. Et instit. eod. § quare, & § 2.

A dextris agnati, à sinistris ponuntur cognati.

Sciendum est quòd collaterales lineæ à dextris, cõtineant agnatos, qui per virilem sexum siue ex parte patris descendunt, vel nobis attinent, Collaterales verò lineæ à sinistris continent cognatos, qui per sexum fæmineum seu ex parte matris descendunt, vel nobis attinent.

Communis stipes variatur.

Quemadmodum pro stipite totius arboris ponimus truncum seu cellulam vacuam; ita etiam patrem, vel auum, vel alium superiorem eius stipitem seu communem parentem poterimus ponere, rationem eorũ qui ab eis originem traxerunt.

Lineæ colligatæ quid designant.

Quædam lineæ vt Hostiensis prodit, sunt connexæ & colligatæ filo per transuersum vt inuant quod illę lineæ sunt æqualitatis.

Regula vnica magistralis vtriusque Iuris, pro linea ascendenti & descendenti.

Quot sunt personæ de quibus quæritur computatis intermediis vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Verbi caussa: Si quæratur quoto gradu truncus attineat pronepoti suo, computato vtroq; & intermediis, quatuor sunt personæ, subducito truncum, remanent tres personæ. Igitur pronepos attinet trunco, siue est ei in tertio gradu, & sic de aliis.

Cur demitur vna persona.

Detrahitur ideò stipes, quia consanguinitas est sanguinis vnitas, seu attinentia personarum, itaque exigit duas personas quæ vniantur. Nam non potest quis sibiipsi esse consanguineus, cùm inter correlatiua debet esse distinctio. c. debitũ de baptismo. Quo stante sequitur, Quia vna persona sola non facit cõsanguinitatem, nec gradum consanguinitatis faciet. Sed stipes est vna persona, ergo &c.

Item vna persona non facit gradum. Quemadmodũ vnitas non est numerus, sed principium numeri: sic etiam vna persona, id est, stipes non facit gradum neq; pro gradu computatur; sed est, principium graduum. Sicut in simili, Pater & mater non sunt consanguinei neq; affines, sed principium consanguinitatis & affinitatis. glo. in d. l. iurisconsultus.

Inte-

Inter Ius Ciuile & Canonicum, in computatione graduum diuersitas.

Sciendum est secundum Christophorum Porcum, vtriusq; Iuris Doctorem acutissimum, quia quò ad lineam ascendentem nulla est differētia inter Ius Ciuile,& Ius Canonicum. Vtroque enim iure pater & mater sunt in primo gradu ascendentium: Et similiter filius & filia descendentium, & sic supra & infra in infinitum. quia in dinumeratione graduū in linea ascendentium & descendentium vtrumq; Ius, habuit respectum ad stipitem, scilicet ad primum parentem. In linea autem transuersa inter Ius Ciuile & Canonicum, duplex est differentia.

Prima differentia est, quia Iure Ciuili frater & soror sunt in secundo gradu: Iure Canonico, sunt in primo. Ratio differentiæ sumitur ex Regula Iuris Ciuilis, quæ dicit: Quippe semper generata quæq; persona gradum nouum adiicit. Instit: eo. § hactenus. Vnde cùm ego sim in primo gradu patri meo, si nascatur mihi frater vel soror; ex generatione huius personę causatur nouus gradus,& cōsequēter appellatur in secūdo. Sed Iure Canonico,ideò appellatur in primo; quia Ius Canonicum non considerauit dinumerationē graduū in linea transuersa, habito respectu ad stipitem, id est, communem parentem. sed considerauit quia duo fratres, duæ sorores, tribuunt initium lineæ transuersæ, ideò in primo gradu illius lineæ illos constituit.

Secunda differentia est, quia Iure Ciuili regula traditur. Quod in linea transuersa, sola persona adiecta, faciat

facit nouum gradum. Iure autem Canonico pro regula traditur, vt ad caussandum nouum gradum duæ personæ requirantur. xxxv. q. v. c. ad sedem. Ratio differentiæ ea est. Quia Ius Canonicum dinumerat gradus ratione copulæ matrimonialis, vt aptà monstretur vsq; ad quotam generationem à consanguineorum nuptiis sit abstinendum. Vnde quemadmodũ ad caussandam copulam matrimonialẽ requiritur concursus duarum personarum, secundùm quod scriptũ est, Gen. 2. Erunt duo in carne vna: Ita ad caussandum quoad eum gradum, ponunt Canones duas personas, iuxta c. series. xxxv. q. v. Sed Ius Ciuile non ob aliud dinumerauit gradus, nisi vt hæreditates, vel successiones, & tutellæ, ab vna ad alteram personam inter consanguineos defferantur. Hac ergo de caussa, quia hæreditates & tutellę nequeunt deferri, nisi de vna ad alteram personam: curauit sæcularis Imperator in singulis personis singulos gradus perficere.

Quò igitur ad inhibendam vel permittẽdam copulam matrimonialem, dinumerabuntur gradus secundum Ius Canonicum. Quo autem ad tutellas & hæreditates deferendas, connumerabuntur secundùm Ius Ciuile. Hæc ille.

Venio nunc ad computationem graduum cognationis ex transuerso, de qua Doctores quatuor tradiderũt regulas: secundùm computationẽ Iuris Canonici duas: secundùm item computationem Iuris Ciuilis duas, ex quibus priores pertinent ad cognitionem graduum cognatorum transuersalium in linea æquali: posteriores verò, faciunt ad intelligentiam graduum consanguinitatis collateralium in linea inæquali. Prior igitur regula collateralium in linea ęquali de Iure Canonico hæc est.

Regula

Regula Canonica.

Collateralium in linea æquali, quoto gradu quis distat à communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent. Verbi gratia: Vis scire quoto gradu de Iure Canonico distant, inter se Petrucius, & pronepos propatrui? Quia illi sunt in linea æquali; ideoq; quilibet eorum distat ab Abauo communi stipite, quarto gradu, & sic de singulis.

Regula Ciuilis.

Collateralium in linea æquali, quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Exemplum. Si vis scire quoto gradu de Iure Ciuili distat Petrucius à pronepote propatrui: fac abauum stipitem, à quo quilibet eorum distat quarto gradu: Ergo inter se distant octo gradibus. Nam secundum leges, vnaquæq; persona generat nouum gradum in collateralibus. Vnde duo fratres de Iure Ciuili, duos efficiunt gradus. De Iure verò Canonico duæ personæ faciunt vnum gradum, vt supra dictum est.

Regulæ de collateralibus in linea inæquali.

Regula Canonica.

Collateralium in linea inęquali, quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distant inter se. Exempli caussa: Cùm facis stipitem abauum inter Petrucium

trucium & filium propatrui, nam isti sunt in linea inæquali, computa gradus à remotiori, scilicet à Petrucio, sed Petrucius distat à stipite quarto gradu: Igitur à filio propatrui secundùm canones distat quarto gradu. Idem intelligendum est in descendentibus vsque ad lineam æqualitatis. Quoniam addendo personam personæ vsq; ad lineam æqualitatis, non crescit gradus. Etenim propatruus, filius eius, nepos, & pronepos, omnes distant quarto gradu à Petrucio. Vt auctor est Io. Andr.

Regula Legalis.

Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus. Vt gratia exempli dicam: Petrucius distat à propatruo quinque gradibus, quia quinq; sunt personæ remoto stipite, ab eius filio distat sex gradibus, à nepote septem.

Copula Matrimonialis ad quem vsque gradum prohibeatur?

ILLVD palam est, vt inter ascendentes & descendẽtes consanguinitas in infinitum extenditur, ita copula matrimonialis in infinitum prohibita est. Vnde si Adã primus homo hodie viueret, vxorem habere non posset, ex quo omnes descenderunt ab eo. ff. de ritu nup. l. nuptiæ: Instit: de nup. § inter eas. & xxxv. q. iij. progenie. & c. de consang. & c. in computatione. In linea autem transuersali, vt vltra septimum gradum nulla consanguinitas reperitur: ita vt olim matrimonialis copula prohibita erat vsq; ad septimum gradum agnationis vel cognationis inclusiuè. xxxv. iij. ferè per

totum

totum. Hodie auté est prohibita vsq; ad quartum gradum inclusiuè, dinumeratione facta secundum Ius Canonicum. c. non debet. de consang. & affini.

Hæreditates & tutelæ, vsque ad quem gradum deferantur.

Hodie cōsanguinitas non excedit quartum gradum inclusiuè: Est bene verum, in linea collaterali quoad prohibitionem matrimonialis copulæ vt scilicet euitetur incestus, hoc est, coitus iurè vetitus inter consanguineos vel affines vsq; ad quartum gradum inclusiuè. Verumtamen quoad successionem hæreditatis & tutelæ tàm agnatorum quàm cognatorum, durat vsq; ad decimum gradū inclusiuè. vt Authenti. cessante, & duabus sequentibus. C. de legit. hæred.

Nomina Cognatorum superioris ordinis hæc sunt.

Hoc scire plurimum prodest, quod parentes vsque ad tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur. Vlteriores, qui non habent speciale nomen, maiores appellantur.

Item liberi vsq; ad trinepotem. Vltra hos posteriores seu minores vocantur. ff. de gradi. affini. l. iurisconsultus. § parentes verò.

Pater est qui habet filium. Vel sic: Pater est ille, quem nuptiæ designant, id est, præsumunt esse.

Mater, est quæ ex se præstat materiam, hoc est, sanguinem ex quo fœtus formatur.

Avvs est patris vel matris pater, dictus ab æuo, id est, ab antiquitate.

Avi

AVIA est patris vel matris mater.

PROAVVS, est aui vel auiæ pater, quasi prope auum.

Proauia est aui vel auiæ mater.

ABAVVS, est proaui vel proauiæ pater, iam longè ab auo, quia est tertius.

Abauia, est proaui vel proauiæ mater.

ATAVVS, est abaui vel abauiæ pater.

Atauia, est abaui vel abauiæ mater.

TRITAVVS, est ataui vel atauiæ pater. dictus quòd ita tertius auus est ab abauo; sicut abauus ab auo. vnde etiam Triauus scribitur in Pandectis Florentinis.

Tritauia est ataui vel atauiæ mater. estq; Tritauus vltimum cognationis nomen. Familia enim oritur à patre, & terminatur in Tritauo.

Nomina Cognatorum inferioris ordinis hæc sunt.

FILIVS, est qui habet patrem. vel sic:

Filius, est imago Patris. vel sic:

Filius is est, qui ex viro & vxore eius nascitur. ff. de iis qui sunt sui vel alieni iuris. l. filium.

Vel sic: Filius est is, quem nuptiæ demonstrant.

Licet autem multiplices sint filii, potissimùm tamen quatuor eorum differentiæ reperiuntur.

Nam aliqui sunt NATVRALES TANTVM, vt nati ex concubina vnica, & in domo indubitato effectu retenta. Dicuntur autem naturales, quia secundum naturã sunt geniti. ij Bastardi appellãtur, sed non Latinè.

Alii sunt LEGITIMI TANTVM, vt adoptiui. Et dicuntur legitimi, quia secundum naturam non sunt filii, sed tantùm per adoptionem secundum leges.

Alii sunt NATVRALES & LEGITIMI, vt qui na-

ſcuntur ex vero matrimonio, vel putatiuo. & dicuntur naturales, quia ſecundum naturam ſunt geniti. Dicun- tur legitimi, quia coniunctio parentum eſt approba à legibus.

Alii ad extremum ſunt NEQVE NATVRALES NE- QVE LEGITIMI, vt qui ex illicito & damnato co nati ſunt, veluti ex cognata intra quartum gradum: ex moniali: vel ex adulterio. Non ſunt enim natura- les præſumtione Iuris, nec legitimi: quia non ſunt iuſtis & legitimis nuptiis ſecundum legem nati. A hoc loco ſecundum Recentiores, conſiderare opor differentiam cõmunem, inter Nothum, Spurium, Ma ſerem, & Naturalem tantùm. Etenim NOTHVS citur, qui de adulterio natus eſt. SPVRIVS, qui Pa incerto natus eſt, idq; vel ex concubina, vel ex ſcor vel ex amica. Hic, & vulgo conceptus appellatur. cuntur autem vulgo concepti, qui Patrem propter certitudinem demonſtrare non poſſunt: vel qui ſunt quidem monſtrare Patrem, ſed eum habent q honeſtè habere non licet, quòd vel ex inceſtu, ve adulterio illum habuit. ff. de ſtatu hom. l. vulgo c cepti. vnde illud:

Cui pater eſt populus, pater huic eſt nullus. Et

Cui populus pater eſt, non habet ille Patr

MANSER eſt illegitimus, propriè de ſcorto natus, etiam ſecundum Hoſtienſem, quaſi vulgo quæſitu citur. NATVRALIS TANTVM, qui de vnica co bina natus eſt, quæ quaſi loco vxoris domi tenetur. de de talibus dicitur carminibus:

Manſeribus Scortum, ſed Mœcha Nothis dedit
Vt ſeges à ſpica, ſic, Spurius eſt ab Amica.
Dant Naturales, quæ nobis ſunt ſpeciales.

FILIA eſt imago matris.

NEPOS eſt filii vel filiæ filius. Dictus au

quasi natus post. Prius enim filius vel filia nascitur, deinde Nepos. Gradus enim substitutionis est. Hinc & posteritas, quasi postera ætas.

Neptis est, filii vel filiæ filia.

PRONEPOS est, nepotis vel neptis filius, & dictus Pronepos, quasi natus porrò post. Ex hoc quoq; gradu incipit vocari & progenies, quasi porrò post geniti. Nã filii & nepotes non sunt progenies: quia non est in eis longa posteritas. Sicut autem inferiùs longè editi progenies dicuntur: ita superiùs proaui, atauiq; progenitores appellantur, quasi porrò generantes.

Proneptis est, nepotis vel neptis filia.

ABNEPOS est, Pronepotis & Proneptis filius, ideò dictus, quia seiungitur ab nepote. Est enim inter illum & nepotem, pronepos.

Abneptis est, pronepotis vel proneptis filia.

ADNEPOS est, Abnepotis vel abneptis filius.

Adneptis est, abnepotis vel abneptis filia.

TRINEPOS est, adnepotis vel adneptis filius.

Trineptis est, adnepotis vel adneptis filia.

Vbi autem isti gradus deficiunt, meritò iam dicimus minores, quemadmodum maiores dicimus, post Tritaui vocabulum, cuius etymon supra explicatum est.

Nomina Cognationis ex transuerso in arbore à dextris hæc sunt.

FRATER, vt inquit Nigidius, est dictus quasi ferè alter.

GEMINI sunt fratres simul nati, non duo tantùm, sed & plures. quamuis nonnulli Trigeminos, & Quadrige-

drigeminos dicant. De Geminis autem, vno abortiuo, alter qui legitimè natus fuerit, VOPISCVS nominatur.

FRATRES autem triplices ſunt: Conſanguinei, Vterini, & Vtrinque iuncti.

CONSANGVINEI fratres dicuntur, qui ex eodem patre nati ſunt: neque requiritur an etiam eandem matrem habuerint.

VTERINI fratres ſunt, qui ex diuerſis fratribus, eodem tamen vtero prodierunt, hoc eſt ex eadem matre prodierunt. Nam vterus tantùm mulieris eſt.

VTRINQVE IVNCTI fratres ſunt, qui ex eodem patre, & ex eadem matre geniti ſunt. Et hi quia ex eodem germine, hoc eſt ex vtroque parente fratres ſunt, GERMANI vocantur. Inſtit: de legit: agn: ſuc. § ſu autem agnati. & gloſ. in Authent: de conſan: & v. fra. co. 6.

PATRVVS, eſt patris frater, quaſi pater alius. V de & decedente patre, pupillum prior patruus ſuſcipit & quaſi filium lege tuetur.

AMITA eſt patris ſoror, vel quod à me tertia ſit, que auia videri poſſit, vel quia à patre meo amata eſt.

Patruus magnus, eſt aui frater.

Amita magna, eſt aui ſoror.

Propatruus, eſt proaui frater.

Proamita, eſt proaui ſoror.

Abpatruus, eſt abaui frater.

Abamita, eſt abaui ſoror.

Atpatruus, eſt ataui frater.

Atamita, eſt ataui ſoror.

Fratres ſororesq; patrueles ſunt, qui quæué ex duobus fratribus propagantur.

Amitini & amitinæ, qui quæúe ex ſorore & fratre progenerantur: ſed vulgus ferè omnes iſtos communi appellatione conſobrinos vocat. ff. de gradu affi. l.

Am

Amitæ tuæ filii consobrinum te appellant, tu illos amitinos.

Propior sobrinus & propior sobrina est patrui magni vel amitæ magnæ, auunculi magni vel materteræ magnæ filius filiaúe.

Nepos ex fratre, filius fratris est.

Neptis ex fratre, est fratris filia.

Nomina Cognatorum transuersalium in arbore à latere sinistro, hæc sunt.

Soror, vt inquit Labeo Antistius, ex eo appellata est, quòd quasi seorsum nascitur, separaturq; ab ea domo, in qua nata est, & in aliam familiam transgreditur.

Avvncvlvs, est frater matris, sic dictus, quod æquè tertius à me, vt auus est, sed non eiusdem iuris: ideoq; vocabuli facta deminutió est, proinde ac minor auus.

Matertera, est matris soror, quasi mater altera, inquit Festus.

Auunculus magnus, est auiæ frater.

Matertera magna, est auiæ soror.

Proauunculus, est proauiæ frater.

Promatertera, est proauiæ soror.

Abauunculus, est abauiæ frater.

Abmatertera, est abauiæ soror.

Atauunculus, est atauiæ frater.

Atmatertera, est atauiæ soror.

Consobrini consobrinæq; propriè sunt, qui quæúe ex duabus sororibus nascuntur, quasi consobrini consobrinæúe.

Sobrini ſobrinæq́;, qui quæúe ex fratribus vel ſororibus patruelibus, vel conſobrinis vel amitinis progenerantur. Inſtit: de gradi: cogn. § ſexto gradu.

Nepos ex ſorore, eſt filius ſororis.

Neptis ex ſorore, eſt filia ſororis.

PVPILLVS, eſt qui cùm impubes eſt, deſiit in patris poteſtate eſſe, aut morte, aut emãcipatione. Vel ſic:

Pupillus pupillaq́; eſt, qui quæúe patrem non habet.

Pupill⁹ pupillaúe eſt duplex. Minor ſcilicet & Maior.

Minor, eſt maſculus vſque ad quartum decimum annum completum. Fœmina verò vſque ad duodecimum annum completum, quæ & impubes dicitur.

Pupillus maior, eſt maſculus pubes, hoc eſt, à quartodecimo anno, & fœmina viri potens, id eſt, ab anno duodecimo, vſq; ad viceſimum quintum annum completum, qui & adultus dicitur. Aduertite: Non eſt pupillus qui in vtero eſt. ff. de verb: ſig. l. non eſt.

Poſthumus poſthumaq́; eſt, qui quæúe poſt mortem patris naſcitur, quaſi poſt humationem.

Orphanus orphanaúe eſt, qui quęúe nec patrem habet nec matrem.

Gentiles dicuntur, qui de eadem gente, id eſt, familia ſunt, vel qui eiuſdem nominis ſunt.

DE AFFINITATE.

AFFINITAS ſecundum Canones, eſt perſonarum proximitas, ex coitu proueniens, omni carens parentela. Vel ſic ſecundum leges:

Affinitas, eſt regularitas perſonarum ex nuptiis coniunctarum, omni carens parentela ſanguinis.

Declaratio Definitionum.

Dicitur autem affinitas, quaſi duorum ad vnum fi-

nem vnitas. Vnde affines ſunt viri & mulieris cognati: dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis ſeu familiæ finem accedit. De grad. & affi. l. non facilè. § affines. & § ſciendum eſt.

Dixi, Proximitas Personarvm, ideò, quia inter affines eſt quoddam vinculum & proximitas attinentiæ. Verbi cauſſa: Si Stichus coierit cum Cornelia, ex tali coitu efficitur affinis omnibus eius cognatis vſque ad quartum gradum. Et è diuerſo ipſa Cornelia ſic cognita, efficitur etiam affinis omnibus conſanguineis Stichi vſque ad quartum gradum incluſiuè, vt in c. non debet. de conſang. & affi.

Dixi, Ex Coitv Proveniens, ideò, quia ſecundum iura canonica non modò ex coitu nuptiali de iure licito, ſed etiam ex coitu illicito, nefario, & damnato, vt pote fornicario aut inceſtuoſo contrahitur affinitas, vt xxxv. q. iij. nec eam, & c. diſcretionem de eo qui cocon: vx. & intelligas de coitu perfecto, debito modo & ordine naturali in clauſtris pudoris per carnis vnionē & ſeminum commixtionem facto: Non autem de coitu Sodomitico & polutione extra naturalia vaſa: ex tali namque non oritur affinitas. xxv q. iij. extra ordinaria. & q. x. c. fraternitatis.

Dixi Carens Omni Parentela, id eſt, communi ſtipite & parente, & per hoc differt à conſanguinitate, quia in conſanguinitate requiritur communis ſtipes, in affinitate verò non.

Dixi, Ex Nvptiis Conivnctarvm, quia ſecundum leges non inſurgit affinitas niſi ex coitu nuptiali. Vnde dicit lex: Sciendum eſt, neque cognationem neq; affinitatem eſſe poſſe; vbi nuptiæ interdictæ ſunt, ex quibus affinitas coniungitur. § ſciendum. l. non facilè. ff. de gradu affi.

TYPVS ARBORIS AFFINITATIS.

Relictus relictæ Fratris	Vxor fratris olim relicta.	FRATER	I GRADVS	SOROR	Vir sororis olim relictus	Relicta relicti sororis.
Vxor filii fratris		Fratris filius	II GRADVS	Sororis Filia		Vir filiæ sororis.
Vxor nepotis fratris		Fratris nepos	III GRADVS	Sororis neptis		Vir neptis sororis.
Vxor pronepotis fratris.		Fratris Pronepos	IV GRADVS	Sororis Proneptis		Vir proneptis sororis.

Formatio arboris Affinitatis

Nunc formo arborem affinitatis. In medio arbori ponitur linea, quatuor continens cellulas. In pri superiori scriptum est, primus gradus. In secunda, se-cundus gradus, In tertia, tertius gradus. In quar quartus gradus. Rationes autem si quis poposcerit, cu hæc linea inter fratrem & sororem medium locum oc-cupat; tales dant Doctores legum: dicentes hoc ide factum esse, vt detur intelligi affinitatem ortum habe à consanguinitate. Item, quod ex vtroque sexu, mascu lino fe

lino ſcilicet & fœminino contrahatur affinitas. Item quòd gradus affinitatis contrahatur ſecundum gradus conſanguinitatis. Ideoq; in cellulis attinentia non exprimitur, ſic dicendo: Primus gradus affinitatis, ſecũdus gradus affinitatis,& ſic deinceps. Vnde ſicut frater & ſoror ſunt in primo conſanguinitatis, ita frater & vir ſororis ſunt in primo gradu affinitatis.Idem intelligendum eſt in cæteris.

Demum à dextro latere nominatę lineę ponitur alia linea, quatuor cellulas continens, in prima ſuperiori ſcriptum eſt frater: in ſecunda fratris filius: in tertia fratris nepos: in quarta fratris pronepos. Ad dorſum huius ponitur alia linea, quæ ſimiliter quatuor cellulas habet: Prima eſt vxor fratris olim relicta. Secunda eſt vxor filii frattis. Tertia eſt vxor nepotis fratris. Quarta eſt vxor pronepotis fratris.

Deinde ex latere ſiniſtro ponitur alia linea, quæ in quatuor cellulas ſecatur. In prima & ſuperiori ſcribitur ſoror. In ſecunda ſororis filius. In tertia ſororis neptis. In quarta ſororis proneptis. Ad dorſum huius ponitur alia linea, quæ habet quatuor cellulas. Quarum prima eſt vir ſororis olim relictus. Secunda vir filiæ ſororis. Tertia vir neptis ſororis. Quarta vir proneptis ſororis. Ad hæc ponuntur aliæ duæ cellulæ. Vna à latere dextro, in qua ſcriptum eſt relictus relictæ fratris.

Altera autem à latere ſiniſtro, quæ continet relicta relicti ſororis: Sed hæ nec lineas habent, nec neceſſariæ ſunt, ponuntur tamen ad decorandum arborem, & ad oſtendendum genera affinitatis, quæ hodie non habent prohibitionem. Præterea in aliis libris ponuntur duæ reflexæ lineæ, ad demonſtrandum perſonas inter ſe affinitate coniunctas, vna earum in qua ſcriptum eſt: Primum genus affinitatis, quod hodie habet prohibitionem,

onem, oritur à cellula fratris, & reducitur ad cellulam vir sororis olim relictus. Alia autem in qua eadem verba scripta sunt, producitur à cellula sororis, & refertur ad cellulam vxor fratris olim relicta.

Regulæ per quas & gradus & genera affinitatis dignoscũtur, vsu publico receptæ sunt quinq;.

PRIMA REGVLA.

Persona addita personæ per carnis copulam, mut genus attinentiæ & non gradum, vt xxxv. q. iij. § hi auctoritate, & c. seq. Verbi gratia: Ego habeo fratr addatur ei vxor per carnalem copulam, illa persona ad dita mutat genus attinentiæ erga me meosq; consan guineos, quia efficitur mihi affinis fratre manente c sanguineo. Gradum autem non mutat, quia sicut fr ter meus attinet mihi primo gradu cõsanguinitatis, eius vxor attinet mihi primo gradu affinitatis.

SECVNDA REGVLA.

Persona addita personæ per carnis propagation mutat gradum & non genus, xxxv. q. v. porrò. Vn Pentameter:

Mutat nupta genus, sed generata gradum.

Verbi caussa: Ex Martino fratre meo, & Bertha v re eius, progenita est Anna, quæ est persona ad personæ, videlicet fratri meo per carnis propagatio Hæc mutat erga me gradum consanguinitatis, & n genus attinentiæ, quia est mihi in secundo gradu c sang

ſanguinitatis, & non affinitatis. Quod ſi tractu temporis Anna pariet, filius eius erit mihi in tertio gradu conſanguineus, & non affinis, & ſic deinceps.

TERTIA REGVLA.

Quoto gradu eſt, qui marito meo vel vxori meæ iure conſanguinitatis; toto erit mihi iure affinitatis, vt xxxv. q. iij. de propinquis, & c. qualiter. Si ergo cognatus tuus ducit vxorem, vel cognoſcit mulierem carnaliter, & tu deſideras ſcire, quoto gradu affinitatis attineat tibi illa mulier: vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus, toto gradu erit tibi mulier ab eo cognita affinis, & intelligendum eſt ſemper in primo genere affinitatis.

QVARTA REGVLA.

Per carnalem copulam viri & mulieris, inter virum & conſanguineos mulieris, & inter mulierem & conſanguineos viri, contrahitur affinitas primi generis & eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. Verbi gratia: Ego duco vxorem, vel cognoſco carnaliter mulierem: omnes conſanguinei vxoris vel amicæ meæ ſunt mihi affines in primo genere affinitatis, ſed in diuerſis gradibus ſecundum diuerſitatem graduum conſanguinitatis, & è contra omnes conſanguinei mei ſunt affines vxori meæ in primo genere & in diuerſis gradibus. Atqui conſanguinei mei & conſanguinei vxoris meæ, inter ſe non ſunt affines. Hinc eſt quòd pater & mater vnius familiæ, licitè contrahere poſſunt cum matre & filia alterius familiæ. Similiter duo fratres cum duabus ſororibus. Item ſi ego duco ſororem tuam, poteris tu etiam in vxorem accipere ſororem meam. Solus tantùm vir abſtinere debet a conſanguineis vxoris ſuæ vſque ad

que ad quartum gradum, & sola mulier abstinere debet à consanguineis mariti sui, vsque ad quartum gradum inclusiuè. C. quod super. de consang. & affi.

QVINTA REGVLA.

Quotiescunque inter vnam personarum, de quibus quæritur, & coniugem alterius, non est vel non fuit consanguinitas vel affinitas intra quartum gradum inclusiuè, nulla est prohibitio. Exemplum: Inter me & coniugem nepotis mei non potest esse matrimonium, quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartū gradum. Aliud exemplum: Soror mea habuit maritum, ea mortua, maritus eius aliam accepit: quo defuncto, potero contrahere cum eius relicta, quia inter me & illam relictam nulla est nec fuit consanguinitas vel affinitas, & sic de omnibus aliis. xxxv. q. v. circa afsipi: declarat.

De generibus Affinitatis.

Genera affinitatis sunt tria.

Primum, (vt pauculis verbis D. Hostien. enarrabo) est quod per primam carnis copulam siue mediante vna persona contrahitur.

Secundum est, quod per secundam carnis copulam, siue mediantibus duabus personis contrahitur.

Tertium est, quod per tertiam carnis copulam siue tribus mediantibus personis nascitur. Pone exemplum: Martinus frater meus duxit vxorem, aut cognouit mulierem carnaliter, illa est mihi in primo genere, & in primo gradu affinitatis, quia frater meus est mihi in primo gradu consanguinitatis: moriatur frater, & illa alium accipiat virum, mutatur genus, quia ille vir est mihi in

mihi in secundo genere affinitatis, & in primo gradu illius generis. Moriatur illa quæ fuit vxor fratris mei, & secundus vir eius aliam duxit vxorem, hæc vxor addita mutat genus & non gradum. Nam attinet mihi tertio genere affinitatis, & primo gradu eiusdem generis.

Aliud exemplum: Nepos tuus est tibi in secundo gradu consanguineus: accipiat in vxorem Vrsulam, illa est tibi affinis in primo genere & in secundo gradu. Vltra: Nepos tuus Deo naturæq; concessit, & Vrsula relicta eius ad secunda vota transiit: maritus secundus eius addit secundum genus non variato gradu, quia est tibi secundo gradu secundi generis affinitatis, sicut Vrsula fuit tibi in secundo gradu primi generis affinitatis. Deinde defuncta Vrsula, vir eius relictus, alteri mulieri adhæsit, hæc mulier vltima attinet tibi in tertio genere affinitatis, sed eodem gradu quo prima.

Primum tantùm genus affinitatis habet hodie prohibitionem.

Admonendi tamen sumus, hodie non habere prohibitionem in matrimonio contrahendo, & contracto dirimendo: nisi primum genus affinitatis in linea ascendentium & descendentium in infinitum. Non licet enim priuignam aut nurum vxorem ducere, quia vtręque filiæ loco sunt. Socrum quoque & nouercam prohibitum est vxorem ducere, quia matris loco sunt. Hoc itaque inter se, qui affinitatis caussa parentum loco liberorumq; habentur, matrimonio copulari nefas est. ff. de gra. affi. l. non facilè.

Intollerabiliùs verò affinitates quoque veneratione à nuptiis abstinere necesse est vsque ad quartum gradum inclusiuè. Nam consanguinitas & affinitas quò ad

gradus

gradus pari passu ambulabant. Sicut enim abstinere teneor a consanguineis meis vsque ad quartum gradũ, ita etiam abstinere debeo à consanguineis vxoris meæ vsque ad eundem gradum, vt in c. non debet. de consang. & affini.

Olim autem primum genus vsque ad septimum gradum prohibebatur, sicut & ipsa consanguinitas. xxxv. q. iij. de affi. & c. nullum, & c. æqualiter.

Secundum genus olim prohibitionem habebat vsq; ad quartum gradum, vt xxxv. q. iij de propinquis, & c. hoc quoque.

Tertium autem genus prohibitionem habebat vsque ad secundum gradum, quemadmodum legitur, xxv. q. iij. pro duorum consobrinorum.

Hodie verò secundum & tertium genus affinitatis in totum sublatum est per constitutionem. c. non debet. de consan. & affini. Proinde ea quæ modò de eis dicta sunt magis faciunt ad instructionem quàm ad vtilitatẽ, ait Hostiensis.

Affinitatis caussa est coitus.

Illud certissimum est: Affinitatem secundum Iura ciuilia non posse contrahi, sine iustis nuptiis: secundũ verò canones oritur affinitas non solùm ex nuptiali, sed etiam ex fornicario & incestuoso coitu. Caussa igitur affinitatis efficiens & præcisa, est concursus seminum, vel seminis viri & menstrui mulieris, seu commixtio sanguinis tam viri quàm mulieris in claustris pudoris emissi. Ideò osculum nullam parit affinitatem, quia nulllam facit sanguinis commixtionem. C. lex diuinæ constitutionis. xxxij. q. ij.

Si quis autem non intrauit claustra vuluæ, in circuitu tamen palpitauit, vel seras reserauit, sed opus non exple-

expleuit: per hóc non contraxit affinitatem, vt dicit glo. in c. extra ordi. xxxv. q. iij. Sed tamen caussa euitandi peccata Ius Canonicum & mater S. Ecclesia in dubio præsumunt ex copula concursum vtriusque sanguinis & maris & fœminæ interuenisse. c.iuue.de spon.

Differentia inter Canonicam & legalem considerationem affinitatis.

Inter Canonicam & legalem considerationem affinitatis multùm interest. Quia Canon considerauit affinitatem quò ad inhibendam aut permittendam copulam matrimonialem. Etenim affinitas præcedens, matrimonium impedit & dirimit illud, inter ascendentes & descendentes in perpetuum, sicut & consanguinitas. Ita enim debemus abstinere à consanguineis vxoris, sicut à nostris propriis. xxxv. q. iij. de propinquis. & c.1. de consang. & affi. Quo verò ad collaterales, impedit & dirimit hodie matrimonium in primo genere vsque ad quartum gradum inclusiuè. vt in c. non debet. de consang. & affin.

Si verò affinitas superuenit sponsalibus de futuro, soluit ea, vt in c. sponsam. de sponsa. Si verò superuenit affinitas matrimonio per verba de præsenti contracto, & nondum carnali copula consumato: non dirimit matrimonium, sed exactione debiti priuat.

Leges numerant gradus affinitatis, propter quatuor caussas.

Leges

Leges autem connumerant gradus affinitatis propter quatuor effectus.

Primus eſt. Ne affines cogantur inuiti contra affines teſtimonium dicere. Iulia de teſti. vbi dicitur. Non cogitur quis inuitus dicere teſtimonium contra ſocerum, generum, vitricum, & priuignum.

Secundus effectus quem inducit affinitas eſt. Quia affines admittuntur ad agendum pro affinibus ſuis ſine mandato. ff. de procu. l. ſed & hæ perſonæ.

Tertius effectus eſt, quia licèt infames & nonnullæ aliæ perſonæ (de quibus habetur in li: 1. initium cum ſequ. ff. de poſtu.) non admittuntur ad poſtulandum ſiue ad vocandum pro aliis in iudicio: pro affinibus tamen ſuis admittuntur. in d. l. 1. § item adiecit. & l. cui eorum. § affinitatis. eod. tit.

Quartus effectus eſt, quia licèt mulier non admittatur ad accuſandum: admittitur tamen, quando proſequitur iniuriam affinium ſuorum. l. 2. ff. de accuſ.

Diuiſio lineæ Affinitatis.

Triplex eſt linea affinitatis, quemadmodum conſanguinitatis: Superioris ordinis, Inferioris ordinis, & Ex tranſuerſo.

Superioris ordinis affines in primo gradu ſunt, vitricus & nouerca, ſocer & ſocrus. In ſecundo gradu ſunt, vitricus magnus & nouerca magna. Proſocer ſiue ſocer magnus, & proſocrus ſiue ſocrus magna. In tertio gradu ſunt, prouitricus, pronouerca. In quarto gradu ſunt, abuitricus, abnouerca.

Inferioris ordinis affines in primo gradu ſunt, priuignus, & priuigna, gener & nurus. In ſecundo gradu ſunt, progener & pronurus, & nepotum coniuges. In tertio gradu ſunt, progener & pronurus, id eſt, coniuges pro-

ges pronepotum. In quarto gradu sunt, abneger, abnurus, id est, abnepotum coniuges.

Ex transuerso in primo gradu sunt, leuir & fratria, & sic deinceps in omnibus gradibus. Sed hîc in arbore tãtummodo positæ sunt lineæ collateralium, veluti sunt frater cum suis inferioribus ad virum sororis, & è diuerso soror cum descendentibus ex se ad vxorem fratris. Et licet affines ascendentes & descendentes non sunt positi, tamen idem est iudicium de eis quod in collateralibus per regulas superius generaliter positas, quæ omnes affines comprehendunt. vt vult Io. Andr. circa lec. arb. ffia.

In arbore tantùm numerantur gradus secundum canones.

In arbore nostra duntaxat dinumerantur gradus secundum Canones. Si autem cupis scire gradus affinitatis secundum Ius ciuile, recurre ad regulam illam. Quoto gradu est quis vxori meæ iure cognationis: toto erit mihi iure affinitatis. idem è contrario, in meis cognatis. ad eam dicit glo. in l. non facilè. § gradus. ff. de gradi.

Cur in duabus cellulis ponuntur particulæ, olim relictus, olim relicta.

Illud nequaquam prætereundum est hîc, quod in duabus cellulis, in quibus nimirum est vxor fratris, & vir sororis: ponuntur hæ particulæ, olim relictus, olim

 relicta,

relicta, ad denotādum secundum genus affinitatis, quasi diceretur. In vetustiori arbore affinitatis reperiebatur hæc verba, relictus, relicta, quibus contrahentibus oriebatur secundum genus affinitatis, quod hodie locum non habet. Verbi gratia: Sorore mea contrahente, oritur primum genus affinitatis inter me meosque cognatos & maritum sororis: Sorore verò defuncta, & marito sororis olim relicto cum alia contrahente, oritur secūdum genus affinitatis inter eius vxorem & me posterosq; meos. Mortuo autem marito, & relicta ipsius cum alio contrahente, oritur inter illum & me tertium genus affinitatis.

Dicamus & aliud exemplum: Ducat frater vxorem, caussatur primum genus affinitatis inter vxorem & sororem eiusdem fratris atque consanguineos eius. Obiit frater, & vxor fratris olim relicta alteri nupsit; insurgit secundum genus affinitatis inter secundum virum & sororem eiusq; cognatos. Defuncta tandem vxore, & relicto ipsius cum alia contrahente, nascitur inter illam & sororem atque eius prolem tertium genus affinitatis.

Publica honestas aliquando oritur cum affinitate.

Quandoq; affinitas, oritur pariter cum publica honestate: Quandoq; sine publica honestate: Quandoq; publica honestas, sine affinitate. Verbi caussa:

Sempronius cognouit carnaliter vxorem vel sponsam legitimam: ex eiusmodi coitu insurgunt duo impedimenta: affinitas videlicet & publica honestas. Si verò Sempronius cognouit concubinam vel aliquam aliam mulierculam, ex tali coitu nascitur sola affinitas.

Porro

Porrò si sponsus nondum cognouit sponsam; ibi sola publica oritur honestas. Etenim sponsam, nullus consanguineorum sponsi, potest ducere in vxorem. vt in c. sponsam. de sponsa. & mari.

Quando igitur affinitas cum publicæ honestatis iustitia simul concurrunt, & tu de dispensatione Sedis Apostolicæ velis contrahere matrimonium cum consanguinea eius in tertio vel quarto gradu affinitatis: memento, vt in supplicatione tua facias tacitam vel expressam mentionem publicæ honestatis; alioquin dispensatio nihil proderit.

Affinitas est perpetuum impedimentum.

Scire debent adolescentes. Affinitatem esse perpetuum impedimentum. Licèt enim oppetat mortem cognatus, per quem ortum est vinculum affinitatis: nihilominus persona superstes, remanebit affinis vsque ad extremum diem vitæ suæ. vt xxxv. q.x. fraternitatis.

Duorum fratrum vxores inter se non sunt affines.

Neq; illud ignorandum: Duorum fratrum vel duorum pluriumúe consanguineorum, vxores; hodie inter se non esse affines. Nam mortuis ipsarum maritis, potest aliquis vtramque successiuè ducere in vxorem, non obstante impedimento secundi generis affinitatis & publicæ honestatis ei annexæ, quo mutuo sibi attinent. Etenim hodie est sublatum principale, secundum quippe & tertium genus affinitatis per cõstitutionem.

c. non debet. de consang. & affi. ita & publica honestas sublata est tanquam accessoria. Per hanc igitur rationem gener contrahere potest cum secunda vxore soceri. Similiter mortua vxore mea, possum in vxorem ducere relictam fratris eius.

Nomina Affinium hæc sunt.

Affinis, est cognatus mariti vel vxoris. Quia duæ cognationes & inter se diuisæ per nuptias mariti & vxoris coniunguntur, & altera alterius fines seu terminos accipit.

Maritus & vxor, sunt principium consanguinitatis & affinitatis.

Socer, est viri vxorisq; pater. dictus: quia sibi associat generum.

Socrus, est viri vxorisq; mater.

Socer magnus, est mariti vel vxoris auus, qui & prosocer appellatur.

Socrus magna, quæ & prosocrus dicitur, est mariti vel vxoris auia.

Consoceros appellamus, quorum liberi inter se matrimonio iuncti sunt. Exemplum: Mea filia nupsit tuo filio, ego tibi consocer sum, & tu mihi consocer es.

Gener, est filiæ vir, quasi generis propagator.

Progener, est neptis vir. adhibetur enim ad genus augendum.

Nurus, est filii vxor. & dicitur quasi noua vxor.

Leuir est mariti frater, quasi leuus vir.

Glos dicitur mariti soror, atque fratris vxor, quanquam hæc Fratria dicatur, auctore Festo. vnde Alexander Grammaticus:

Mater ait nato, mihi fit nurus hæc tua coniunx.
Cuius habes natam, Socer est: Socrus genitrix est.

Cui ſociatus adeſt frater tuus, hæc tua Glos eſt.

Sororis vir non habet nomen ſpeciale, appellatur tamen à quibuſdam Sororius.

Vxoris item frater peculiare nomen non habet, ſed à Iuſtino appellatur Gener.

Ianitrices dicuntur duorum fratrum vxores, quaſi eandem ianuam terentes, vel per eandem ianuam iter habentes.

Vitricus, eſt matris vir, liberis ex alio viro natis. Dictus, quaſi nouitricus, quòd à matre ſuperducatur nouus.

Nouerca, dicitur patris vxor, liberis ex alia vxore natis. quòd eam pater, poſt matris obitum nouam vxorem duxerit.

Priuignus eſt mariti ex alia coniuge, aut vxoris ex alio marito filius. & dici putatur quaſi Priugenus: quia prius genitus antequam pater vel mater ſecundas contraherent nuptias. deinde ſuauitatis cauſſa i litera trāſmutata, & e ſublata, factum eſt priuignus.

Priuigna, eſt mariti aut vxoris filia, aliunde nata.

Poſſunt etiam nomina affinium ſic definiri.

Socer, eſt vxoris meæ pater, ego illi ſum gener.

Socer magnus dicitur, vxoris meæ auus, & ego ſum illius progener.

Et retrò. Pater meus, vxoris meæ Socer eſt, hæc illi Nurus.

Et auus meus Socer magnus eſt, illa ſibi pronurus.

Item Socrus mea, vxoris meæ mater eſt, ego illius ſum gener.

Et Proſocrus mea, vxoris meæ auia eſt, ego illius ſum progener.

Et retrò. Mater mea, vxoris meæ Socrus eſt, illa huic Nurus.

Et auia mea, Socrus magna eſt, & vxor mea illi Pronurus.

Priuignus autem est vxoris meæ filius ex alio viro natus, ego illi vitricus.

Et in contrarium vxor mea liberis,quos ex alia vxore habeo,nouerca dicitur : liberi mei illi priuigni sunt. ff. de gradi. affin. l. non facilè.

Priuignus etiam is est, qui vulgo conceptus ex ea natus est,quæ postea mihi nupsit. Æquè & is, qui cùm in concubinatu erat mater eius, natus est ex ea, quæ postea alii nupta sit. ff. eo.

Spōsus est promissus maritus, cui puella despōsa est.

Sponsa, est promissa vxor, quæ spondetur.

Sponsalia, sunt futurarum nuptiarum conuentio & repromissio.

Monogamus, qui duxit vxorem virginem.

Bigamus, qui secundam vxorem duxit, aut viduam aut corruptam.

Trigamus, qui tertiam duxit vxorem.

Viduus, vir orbatus vxore.

Vidua, mulier orbata viro.

Riualis, est qui mecum cum eadem muliere consuetudinem habet.

Amator, qui ad tempus ac Venere amat.

Amica, inhonestum est vocabulum ad virum relatū.

Paranymphus seu Pronubus, qui parat vel procurat sponsalia. Idem appellatur Proxeneta, quemadmodum & mulier nuptiarum conciliatrix dicitur Proxenetria, quæ & Promnestria & Pronuba.

Procus, petitor in matrimonium mulieris.

FARRAGINIS ACTIONVM

Iuris Prouincialis Polonici.

De Processu Iudiciario Terrestri & Castrensi.

A Sigismundo primo R. P. approbato.

LIBER QVINCTVS.

DE CITATIONE.

Citationis Exordium, Titulus, Sigillum.



Nprimis igitur, pro consuetudine, volumus obseruari, vt in Citatione terrestri, sufficiat ponere tantùm de titulo nostro Regio. videlicet: SIGISMVNDVS DEI GRATIA REX POLONIÆ. &c. & non plus.

Item. Quòd eadem Citatio terrestris, sigillo terrestri sui districtus, sit obsignata.

Citatio quæ debet habere vt sit proba?

Item. vt in ea Citatione exprimant nomen Actoris & Rei, & pro quo Reus fuerit citatus: ita vt citatus intelligat, propter quid sit per Actorem euocatus.

Vbi autem debitè non intellexerit, tenebitur Actor ibidem coram Iudicio in sua propositione, suam intentionem citato declarare.

Citationis male positæ pœna.

Et si quis in eiusmodi sua citatione omiserit Titulum vel nomen Actoris, aut Rei: vel si Citatio ipsa sigillo adulterino fuerit obsignata: talis Actor luendo soluendoq; ibidem mox, pro huiusmodi insufficientia suæ citationis, sex scotos parti, & totidem Iudicio in instanti. Ibidem proponere poterit ex eadem sua citatione, insufficientia illa non obstante, & citatus tenebitur sibi ad obiecta respondere.

Omnes autem alias pœnas accessorias, videlicet propter defectum literæ vnius, aut totius dictionis, vel alterius cuiuscunq; defectus in citatione, siue ex quacunque alia caussa, quam citatus Actori obiiceret, volens dilationibus & diffugiis laborare, etiam a coadiutoribus antea solui solitas: penitus annullamus, exceptis pœnis post decretum negotii principalis fieri solitis.

Judicis officia.

Debebit autem Iudex præsidens, à partibus comparentibus, ante sententiæ prolationem inquirere: an habe-

haberent aliqua sua munimenta vel documenta, defensionesq; iuridicas ad caussæ prosecutionem opportunas; ne homines simplices, ruditate sua in caussis suis succumberent.

Et licebit vtrique partium introducere res subsidiarias & verbales, & literatorias ante prolationem sententiæ.

Memoriale pro quo soluendum?

Et, Protestationes memoralium, seu captiosæ, nullum deinceps sint robur habituræ, quæ solebant fieri ante prolationem sententiæ, sed pro re principali decreta tantummodò fiet memoriale.

Licebit quoque vtrique parti omnia, quæ opus habet, allegare: reponereq; ante sententiæ prolationem.

Citatio vbi poni debet?

Debet autem Ministerialis, propter mortem suam cum vno nobili in persona Actoris misso, ponere citationem indifferenter: vel apud nobilem citandum in curia eiusdem; vel apud Władarium aut Kmetonem, siue apud hortulanum, publicando nihilominus citationis positionem, in curia terrigenali, quæ si defuerit in eadem villa, extunc villanis idipsum idem Ministerialis notificabit, vt ad noticiam citati deueniret.

In villis verò desertis, possessionatis deficientibus, citatio in lignum recisum posita terreq; infixa publicetur, vel in parochia eiusdem villæ desertæ.

Et vt positio citationis præcedat terminum vna integra septimana.

Citationis Termini qui peremptorii & qui non?

Citatus, euadendæ pœnę contumaciæ luitionem, poterit sibi differre primum terminũ, simplici infirmitate. Item, secundum terminum, tanquam peremptorium, poterit differre reponereq́;, idem citatus, vera infirmitate à Deo permissa, per certum nuncium suum, nobilem possessionatum eiusdem terræ, ad Iudicium missum: iuraturus mettertius dictus citatus in terminis sequentibus, cum aliis duobus paribus suæ conditionis, quòd tunc temporis fuit infirmus, vera infirmitate à Deo permissa, quando sibi nobilis N. terminum vera infirmitate à Deo permissa, reposuit.

Terminorum in citationibus ratio.

Si verò citatus reponens, in termino sibi assignato non comparuerit, permiseritq́; se in lucro condemnari, & postea comparens in termino concitatorio ad satisfaciendum, negaret se reponere illi Nobili commisisse: extunc iuxta suam negationem, mettertius iurare debebit, quòd illi nuncio suo repositionem hanc termini minime commiserit.

Præstito autem huiusmodi iuramento, idem citatus, ibidem mox respondere teneatur super citationem Actoris.

Si autem dictus reponens, negans hanc termini peremptorii repositionem, super suam allegatam ægritudinem modo præmiso, non iurauerit, vel se à termino huiusmo-

huiusmodi iuramenti absentauerit: talis succumbet in caussa sua ipso facto.

Vlteriores verò dilationes eiusdem infirmitatis penitus à modo abrogamus.

Idem volumus de Actore intelligi, cùm liceat Actori quod & Reo, præter simplicem infirmitatem, quæ Actoribus non conuenit: eò quòd Actores semper habeant terminos peremptorios, & propter hoc semper debent esse ad comparendum parati. poterint tamen & Actores in faciendis documentis habere dilationem, cùm citato idipsum sit permissum.

Volumus autem: vt liceat vnicuiq; alium quempiam pro quacunq; summa pecuniæ vel iniuria hæreditaria & personali, aut bonis quibuscunq;, toties quoties citare ad Iudicium terrestre, vbi citatus parere respondereq; tenebitur & debebit, non excipiendo se ad terminos generales ob summæ magnitudinem. vel potiùs, licebit Iudicibus terrestribus etiam pro magna summa iudicare, cùm licebit vnicuique partium appellare.

Et si citatus in secundo termino peremptorio temerè sine repositione termini non paruerit, Actor eum condemnabit in lucro iuxta continentiam suæ citationis, tamen in talem condemnationem citatio debet inferri siue acticari.

Concitatio quid & qualis?

Post hoc debebit condemnatus per Actorem concitari, aliás, ma być przypowieſzczon, ad satisfaciendũ sibi pro his omnibus, pro quibus ipsum citatum condemnauit in termino peremptorio.

Quod si ipse citatus in tali termino concitato non comparuerit, extunc Actor faciet astitionem termini conci-

concitati, ex qua astitione obtinebit damnum iuxta suam æstimationem in citatione expressam, quam habebit iam coniunctam cum summa principali siue essentiali, in citatione expressa sine iuramento.

Tandem in eisdem terminis & in continenti debet sibi Actori Iudicium addere ministerialem terrestrem, tanquam victori, ad intromittendum eum in bona citati siue victi in summa perlucrorum tam summæ principalis quàm damni & pœnis inde secutis, quæ pœnæ concernunt Actorem & Iudicium ex condemnatione in lucro, & ex astitione termini concitati, & dabit Iudicium sibi literas perlucrorum, remittendo ipsum in defectu intromissionis ad loci Capitaneum.

Sed si citatus in termino concitato comparuerit, & voluerit attendere Actorem iurare super damnis, extunc licebit Actori super summam damni iurare, siue super integram, siue etiam super minorem, quod erit in eius arbitrio, non tamen augendo summam.

Si verò quis concitatus comparens negauerit se de sui citatione sciuisse, casu quo ministerialis Actori ad testificandum deesset, protunc circa Iudicium, talis negans tenebitur iurare, quòd talis citatio, super quam condemnatus est, non peruenit ad eius notitiam, nec sibi de ea quicquam constat, & nihilominus mox ibidem Actori respondere tenebitur super contenta citationis, & si postulauerit ab Actore citationem ad respondendum, Actor tenebitur sibi cõmunicare citationẽ suam.

Si verò citatus personaliter coram Iudicio siue in primo termino, siue in secundo paruerit, factaque responsione ad obiecta Actoris in caussa sua succubuerit, & nihilominus à Iudicio rebelliter recesserit, victori pro re decreta siue lucrata non satisfaciendo; talis rebellis in pœna quatuordecim marcarum pecuniæ condemnetur, & illi victori dabitur ministerialis ad intromitten-

mittendum eum in conuictis siue lucratis in bona conuicti, tam in summa principali quàm etiam in damnis & pœna expressa, & procedetur contra victum prout supra.

Si verò citatus iure victus, consentiet Actori siue victori intromissionem, & admittet pacificam possessionem in bona, super quibus perlucra perducta sunt, dãdo sibi in loco bonorum in præsentia incolarum possessionem & eorum obedientiam; extunc ministerialis post factam intromissionem, faciet recognitionem cum nobilibus ad acta Castrensia Districtus illius, quòd victus talis admisit intromissionem & possessionem in bona præfata, sic vt præmissum est per lucrata. Quam possessionem si deinde victus impedire quouis modo niteretur, huius possessionis defensio ad loci Capitaneum pertinebit, tanquam violenter expulsi & spoliati.

Si verò victus intromissionem victori denegauerit, tam post tale, vt præmissum est decretum, quam etiam post astitionem termini concitati contra non comparentem; extunc idem ministerialis, qui fuit victori de iure ad intromittendum additus, cum nobilibus sibi adiunctis, coram loci Capitaneo, aut eius officio Castrensi, facere debebit personalem relationem, præfatum scilicet N. iure conuictum parti se vincenti intromissionem iure decretam temerè denegasse. Extunc idem Capitaneus loci, & eo absente suus vicegerens vigore præfatæ remissionis de Iudicio terrestri factæ, citabit victum literis suæ innotescentiæ ad videndum & audiendum se victorem præfatum in bona talia ex vi perlucrorum iure terrestri obtentorum, & in summa siue summis ibidem expressis, auctoritate brachii Regalis intromitti sub hac forma.

Inno-

Innotescentiæ forma.

Tibi nobili N. innotescimus prouidum N. Ministerialem terrestrem N. cum certis nobilibus secum comparentibus, coram officio nostro Castrensi, personalem fecisse relationem.

Quomodo dum nuper additus fuisset ad iudicium terrestre N. nobili N. Actori iure vincenti ad intromittẽdum ipsum vigore suorum perlucrorum in bona tua hæreditaria N. quorum literas sub sigillis eiusdem Iudicii terrestris coram nobis & officio nostro obtulit & produxit, prout hoc ipsum Iudicium terrestre ad nos & officium nostrum tanquam brachium Regale remisit, tu existens iure conuictus tanquam rebellis, intromissionem temerè sibi denegasti: quo facto exequutio ipsorum perlucrorum ad brachium nostrum Capitaneale, quin potiùs Regalẽ, cuius vice fungimur, in hac parte, est deuoluta. Propter quod tibi mandamus vigore Regio & nostro ex officio, Quatenus coram nobis aut nostro vicegerente, siue officio Castrensi feria tali & tali N. & in Castro N. legitimè compareas ad videndum & audiendum Nos auctoritate brachii Regalis in vim exequutionis præfatam partem iure vincentem in bona tua prædicta, & iuxta perlucrorum eius continẽtiam potenter intromitti, tueriq; prout ad nostrũ pertinet officium, aliâs contumacia tua non obstante, nos ad ea quæ nobis ex officio nostro incũbũt, procedemus.

Vadiorum multiplicatio.

Quod si talis victus ad talem auisationem loci Capitanei in termino sibi præfixo coram officio Castrensi comparuerit, & metu pœnarum siue vadiorum interponen-

ponendorum victori intromissionem & possessionem in talia bona se daturum obtulerit: extunc loci Capitaneus ministerialem addet, & vadia triplicata super victum imponet, vt iam in instanti ipse victus victori in bona præfata, in quibus talia perlucra perducta sunt, intromissionem de facto daret, & pacificam possessioné admitteret, nec eum in ipsa possessione quouis modo inquietaret per se vel submissas personas sub eodem vadio triplicato.

Exequutio rei iudicatæ per Capitaneum.

Quod si talis victus victori possessionem non admiserit, vel quouis modo præpediuerit: extunc loci Capitaneus mouebitur manu forti & armata, & tenebitur ipsum victorem in bona partis victæ intromittere, eundem victum de bonis præfatis potenter eiiciendo, & vadia triplicata super eodem decernet, & idem faciet Capitaneus si victus in termino innotescentiæ non cõparuerit, quòd videlicet cum triplicato vadio victorem intromittet, cuius vadii medietas pro victore, reliqua medietas pro Capitaneo loci cedere debebit, & propter hoc Officialis Castrensis ab intromissione huiusmodi nihil recipiet à victore.

Quod si victus esset adeò fortis, quòd per Capitaneum sua temeritas non poterit prohiberi, quòd videlicet brachio Regali contrauenire niteretur: extunc in instanti debebit citari per officium illud Capitaneale ad iudicium Castren. peremptoriè, ad audiendum se vti rebellem & iuri communi Regni contrauenientem, de Regno ac dominiis sibi subiectis banniri & proscriptum pronunciari. Quod si in tali termino comparuerit, me-

rit, metu bannitionis & proscriptionis, debet satisfacere pro vadiis interpositis & Capitaneo & parti, & possessionẽ pacificã sub similibus non præpedire victori.

Similiter & omnes complices eidem victo palam patrocinantes citari debebunt ad banniendum & de Regno vnà cum ipsorum præfato principali iure conuicto proscribendum se decerni, contra quos prout eorum principalem, officium Capitaneale procedere debet.

Qui verò essent impossessionati, per officium illud Castrense comprehendantur & in turrim coniiciantur, quorum punitio in arbitrio & gratia nostra consistat.

Et statim post factam bannitionem, in quantum idem victus bona sua iure ammissa defenderet, exequutioni brachii Regalis se opponendo; extunc iuxta Regni statutum, vniuersa nobilitas terræ Districtus eiusdem in quibus bona victi consistunt, vnà cum Capitaneo loci mouebitur cum apparatu bellico contra rebellem, ita quòd poterit de bonis repelli & reiici.

Et si satis rebellis poterit in persona sua comprehendi, talis cum complicibus suis comprehendatur, & mancipatus turri includatur, & ipsius vita in gratia nostra consistat.

Quod si aliquis Capitaneus in facienda huiusmodi exequutione negligens esset aut remissus; extunc victori toties quoties succumbet pœnam quinquaginta marcarum pecuniæ vsualis, & aliam similem pœnam nostræ Regiæ Maiestati, pro quibus pœnis in præsentiam nostræ Regiæ Maiestatis citatus in primo termino tanquam peremptorio parere, ac pro pœnis præmissis parti & fisco nostro luitis satisfacere similiter toties quoties tenebitur & debebit. Et nihilominus sub eisdem pœnis exequutioni satisfacere teneatur ad maximum duabus septimanis, gradus superiùs expressos explendo.

Simi-

Similis etiam progreſſus debebit obſeruari in Iudicio Caſtren. ſecundum materiam ſubiectam in articulis duntaxat Caſtren. vbi ſtatim ex termino concitato aſtito addatur miniſterialis ad intromittendum cum triplicatis vadiis.

Debebit autem officium Caſtrenſe vnicuiq; ſemper paratum eſſe in recenti crimine, in miniſtranda iuſtitia, & exequenda re iudicata, exceptis duntaxat feſtis ſolennioribus & diebus Dominicis,non expectatis terminis Caſtren. quæ cauſſæ non debent differri ad terminos caſtren. ſed ſine celebratione terminorum debent exequi.

Caſu verò quo aliquis iure victus exſiſtens ſententiam Iudicis ſuſcipere noluerit. Volumus id pro iure obſeruari, vti liceat vnicuiq; à ſententia Iudicis terreſtris vel Caſtrenſis, non per viam motionis iudicis, ſed ſimpliciter verbo appellare ad terminos generales tempore quadrageſimæ annis ſingulis,toties quoties in locis ad id deputatis celebrandos, quibus terminis Barones Regni, videlicet, Pallatinus, Caſtellanus, & cæteri dignitarii & officiales terræ illius intereſſe tenebuntur ſub pœnis in ſtatuto contentis, & in defectu terminorum generalium pars appellans contra appellatam in conuentione generali Regni extunc in proximo celebranda, cauſſam hanc ſuam vigore appellationis ſuæ huiuſmodi poterit proſequi & iuſtitiam ſuam experiri iudice, à quo prouocatum ſeu appellatum fuit, ſine quauis reprehenſione remanente.

Nihilominus iudicium à quo appellatur, tenebitur partibus litigantibus dare in ſcripto propoſitiones & reſponſiones, & eorum controuerſias ex actis ſuis, terminumq; præfigere in terminis generalibus vel in defectu terminorum coram Regia Maieſtate prout ſuprà.

Poterit autem quilibet appellare de terminis prædictis

dictis generalibus ad Regiam Maiestatem, tanquam iurium omnium Regni Dominum superiorem, pro iustitia consequenda.

Item volumus, vt dum sententia redarguta per iudicium appellationis fuerit reprobata, victus appellanti actori seu victori ratione expensarum, tres marcas pecuniarum exsoluet, quæ aliâs iudicibus redargutæ victoriam reportantibus in vim emendæ soluebantur, ita quod si sententia, à qua appellatum est retractabitur & destruetur: extunc appellans suas tres marcas reaccipiet, quod si talis sententia approbabitur & confirmabitur, appellans amittet tres marcas quas victor accipiet.

DE BONIS REDIMENDIS de manibus Dominæ dotalitionalis secundo maritatæ.

Cùm primùm mulier sedem sibi vidualem per secundas nuptias violauerit: Volumus vt talis poterit citari, aut in iudicium terrestre, vel ad actorum terrestrium primam & proximam positionem. Talis vidua citata in primo termino non comparens, pœnam contumaciæ luet parti & iudicio exsoluendam. In secundo termino sicut peremptorio tenebitur citata cum literis suis reformatoriis legitimè comparere ad tollendum pecunias à parte se redimente in literis suis reformatoriis per expressum contentas, & condescendere bonis illis redemptis parti se redimenti, dando illi redemptori certos per se fideiussores bene possessionatos, nobiles, in hunc modum, quòd ea muliere defuncta, dotalitium aliâs Przywiának, ad successores primi mariti deuoluetur vel potiùs restituetur.

Si verò talis mulier citata in secundo termino non paruerit: extunc iudicium illud dabit illi redimenti bona illa reformatoria in possessionem, & pecunias ad redemptionem pertinentes iuxta inscriptionis reformatoriæ continentiam in Cancellaria terrestri conseruabit tam diu, quousque ipsa Domina dotalitialis in iudicium rursus veniens certos pro se fideiussores super dotalitio eius ad propinquos primi mariti reuertendo, modo suprà scripto statuerit; auisando citatione sua literali illum redemptorem, & euocando eum ad hoc idem iudicium, ad leuandum pecunias dotis & dotalitii suorum prædictorum & ad suscipiẽdum à se prȩfatos fideiussores super dotalitio suo prȩnominato, post mortem suam reuertendo.

Si verò quis in aliquo alio bona quæcunq; iuris decreto fuerit assecutus, in quibus scilicet bonis vxor eiusdem victi habuit reformationem suam dotalitialem; talem reformationẽ volumus illæsam permanere.

Et talis conuictus pro golota debebit reputari, iure golotarum deinceps conueniendus, casu quo exequutioni rei iudicatæ contraueniret.

Et quia multæ quærelæ fiebant ad notitiam nostram deductȩ contra notarios terrestres terrarum prædictarum, quomodo ipsi à notis & acticationibus controuersiarum & aliarum quarumcunque rerum, plus solito subditos nostros depactare de pacto consueuerint. Similiter à quærendis notis, actis iudicialibus insertis: quapropter statuimus & ordinamus statutis Regni vetustioribus inhærendo, quòd singuli notarii terrestres ab vna controuersia & caussa non plus percipiant, quàm per vnum grossum, talis autem caussa & controuersia debebit intelligi ex vna citatione.

Item volumus, vt quilibet actor condemnando citatum absentem in contumacia, soluat duntaxat duos

grossos, quorum vnus cedet notario, & alter grossus iudicio præsidenti.

Item volumus, quòd victor soluat à quolibet decreto pro se lato iudicio, quinque grossos, quorum tres Iudici, & vnus Subiudici veniet. Notario verò similiter vnum grossum ab eiusdem decreti acticatione soluere quilibet teneatur.

Item notarius à sigillatis membranis recipiet per medium grossum, & à minutis extractis non sigillatis per vnum grossum.

Item pro litera iudiciali sigillis Iudicis & Subiudicis obsignata decem grossi, prout in quibusdam terris hactenus fuit obseruatum.

Quod si notarius vltra præmissam ordinationem cōtra vim statutorum quidpiam ab aliquo depactauerit: talis eidem depactato, id quod indignè extorserit restituere teneatur cum pœna trium marcarum, & iudicio totidem exsoluenda, in qua peremptoriè debebit idem notarius condemnari, & satisfacere victori mox teneatur sub alia pœna quatuordecim marcarum.

Vel si notarius terrestris inscribere in acta iudiciaria, ea quæ Iudex cum Subiudice decernendo præceperint, noluerit: vel ipse notarius rebelliter de sede iudiciaria abierit, acticare nolens ea, quæ ad officium eius pertinebant, per quod partibus aliquid poterit præiudicari; talis notarius per iudicium Regiæ Maiestatis delatus, priuatione sui officii punietur.

Item pro Kmetonibus fugitiuis non in villis hæreditariis, sed in terminis terrestribus siue Castrensibus iuxta statutum caussæ omnes iudicentur, arestando ipsos profugos ministeriali & nobilibus in bonis eorum, ad quos domicilia sua dominis suis inuitis transtulerint, iuxta consuetudinem antea obseruatam.

PRO-

PROCESSVS IVDIciarius obseruandus circa faciendos limites.

Et licèt varii quoque fuere modi in bonorum vtrinque hæreditariorum limitatione hucusq; in terris nostris Cracouiensi, Sandomiriensi, Lublinensi, Russiæ, Belzensi ac Podoliæ, territoriisq; earundem terrarum pro iure obseruati: tamen nos conformem deinde limitationem bonorum eiusmodi hæreditariorum fieri, ac in omnibus terris prædictis pro consuetudine obseruari cupientes, de vnanimi Baronum nostrorum consilio pariter & assensu Nunciorum terrarum prædictarum: statuimus & ordinamus, vt quilibet citans in ius terrestre pro graniciebus faciendis taxam pecuniariam non apponat, sed simpliciter actor citabit reum pro auctoratu, aliâs, o powodziwo, sub forma superius scripta inter formulas citationum.

Si verò citatus in primo termino non paruerit; in pœna contumaciæ condemnetur.

Si autem in secundo & peremptorio termino idem citatus non paruerit, in lucro auctoratus per actorem condemnetur, per quam condemnationem iam obtinebit auctoratum contra citatum decreto iudiciali accedente.

Facta igitur tali condemnatione in lucro iudicium remittet actorem cum obtentione actoratus ad campũ, ad Succamerarium terrestrem siue eius officium, veluti exsecutorem prosequẽdæ huiusmodi limitationis.

Succamerarius autem per suam literalem innotescentiam siue citationem debet citare partes ad sui of-

ficii præsentiam, siue ad locum limitum; siue differentiæ pro certo termino, peremptoriè terminum assignando, mandando reo condemnato, vt compareat ad instantiam Actoris ad videndum & attentandum ipsum actoré officium ducere, & ad sipandum & faciendum granicies siue limites inter bona præfata: & attentandum audiendumq; ipsum Actorem iurare cum testibus super iusta ductione & sipacione granicierum.

Auctoratus in limitatione bonorum.

In quo quidem termino campestri, non licebit citato aliquas cōtrouersias facere coram Succamerario vel eius officio, super actoratu, quem iam in iudicio terrestri amisit, sed Actor ducet officium iuxta suam voluntatem & suam conscientiam, facietq; granicies scopulos sipando, & alia signa metalia faciendo, non obstante quauis contradictione citati, nec quibusuis documentis literatoriis vel signis euidentioribus, si quæ pro tunc ostenderit.

Quibus finitis circa finalem & acialem scopulum iurabit Actor cum sex testibus sibi in genere similibus, super vera & iusta limitatione, ita videlicet, quòd nihil terræ & hæreditatis citato ademit & ab eo alienauit.

Quod si in tali termino campestri citatus non paruerit, sed contumax exstiterit: nihilominus Succamerarius, vel eius officium, tenebitur Actorem sequi, & facere granicies iuxta ductionem ipsius; nihilominus circa vltimum & acialém scopulum Actor iurabit cum testibus non obstante absentia citati, tantummodò in præsentia officii Succameriatus, quas granicies, sic vt præmissum est, factas & iuramento Actoris comprobatas: Suc-

tas: Succamerarius aut eius officium decernet perpetuò duraturas & tenendas.

Cuius quidem decreti & totius processus talium granicierum feriem, Succamerarius per suas patentes literas referet iudicio terrestri in terminis terrestribus extunc immediatè celebrandis, quas literas Succamerarii per Actorem præsentatas, iudicium terrestre ad acta terrestria acticabit ad perpetuam rei memoriã: Poterit tamen citatus terminum talem campestrem vera infirmitate differre, similiter & pro maiori, & non aliter.

Si verò citatus siue victus aliquem testium inductorum in termino campestri super nobilitate inculpauerit, volens per hoc limitationem ipsam Actori impugnare vel præpedire: extunc, pro tali inculpato dabunt testimonium alii testes, videlicet illi quinq; simplici verbo, quòd est possessionatus, habet videlicet bona terrestria, & habetur pro nobili inter vicinos, & seruicia bellica cum nobilitate peragit, & tale testimonium sufficit sibi protunc: quòd videlicet debet admitti ad iuramentum cum Actore præstandum. Tamen Succamerarius reseruabit sibi cum inculpatore iuridicam actionem in foro competenti prosequendam.

Si verò essent alii nobiles habentes vicinas hæreditates, quarum parietes adiacerent & essent contiguæ hæreditatibus, inter quas tales granicies fieri deberẽt, putarentque se habere interesse ex vi contiguitatis ad tales granicies. Tales etiam vicini collaterales, etiam per Actorem pro vno & eodem termino cum principali ad iudicium terrestre adcitentur: & similiter prout cum principali, ita & cum eis per Actorem procedetur, ne in termino campestri granicies possent impedire.

Metalia signa.

Si quis autem ſcopulos erectos vel alia ſigna meta-lia; vel in parte, vel in toto diſiecerit, annihilauerit violenter; talis violator à quolibet ſcopulo aciali lu parti contra ſe agenti per tres marcas pecuniæ vſual ab aliis verò ſcopulis & ſignis quibuſcunq; metalib diſiectis, deſtructis, & annihilatis, luet per ſex ſcoto

Et nihilominus teneatur idem violator officiumSu camerarii ad locum granicierum violatarum ſump bus ſuis educere, & eoſdem limites à ſe diſiectos ſtaurare, & de nouo erigere: quod facere tenebi poſt auiſationem per Miniſterialem & Nobiles ex p te talem iniuriam paſſi infrà octo ſeptimanas ſub pœ quatuordecim marcarum parti, & totidem iudicio ſ cumbenda. Qua pœna ſoluta in aliis octo ſeptima tenebitur granicies, ita vt præmiſſum eſt, reſtaura ſi toties quoties ipſas granicies reſtaurare renue noluerit, toties quatuordecim marcas præfatas pa totidem iudicio ſuccumbet ad ſoluendum, in quib bet octo ſeptimanis.

Et ſi quis in ſolo alieno ſiue in hæreditate alien ne Succamerario & eius officio ſigna granicialia ſ ſpontè & temerè erexerit & fecerit: talis etiam modo à quolibet ſcopulo aciali tres marcas, & ab per ſex ſcotos prout ſuprà ſuccumbet ad ſoluendum nihilominus ſcopulos & ſigna omnia metalia talite officioſè facta, officioſè per officium videlicet Cam rii deſtruet, diſſipabit, & annihilabit; ita vt in poſt lum præiudicium parti iniuriam paſſæ ex eorum v giis euenire poſſet, quòd facere tenebitur ſub p quatuordecim marcarum parti, & iudicio totidem ſimiliter contra talem procedetur in octo ſeptim

pr

prout & contra violentum destructorem granicierum, vt suprà descriptum est.

Si verò plures essent participes, seu consortes vnius & eiusdem hæreditatis citati per quempiam alium pro faciendis graniciebus & inter tales citatos essent aliqui cohæredes minorennes æquè citati: extunc contra tales iudicium procederet tam terrestre quàm officium Succamerarii, non obstante ipsorum minorennitate, ad quam quidem limitationem iudicium & officium Succamerarii procedet: nihilominus Succamerarius vel eius officium, reseruabit eis actionem pro eorum interesse cum actore granicierum; dum videlicet annos discretionis assequentur, tunc licebit illis iure agere cum illis, à quibus putarent sibi esse præiudicatum, tamen non nisi pro sorte & interesse ipsos concernente agent.

Forma Citationis ad Iudiciũ terrestre, contra vicinos habentes cõtiguos parietes, cum hæreditatibus seu bonis limitandis.

Citat vos ad aspiciendum parietem vestrum, si quem vos habere prætenditis villæ seu hæreditati ipsius N. contiguum, quæ bona sua hæreditaria præfatus N. vult distinguere & dislimitare graniciebus signisq; metalibus cum bonis N. Nobilis N. hæreditariis, pro quibus graniciebus citauit pręfatum N. tanquam principalem, & vos adcitat tanquam collaterales, vt staretis & actoratum sibi N. actori agnosceretis, vel attentaretis sibi

 decerni

decerni per iudicium actoratum contra præfatum N. principalem, & vos tanquam collaterales ad præmissa iudicialiter responsuri.

Forma Adcitationis ex officio Succamerarii contra collaterales siue habentes parietes contiguos.

Vobis Nobilibus N. & N. &c. hæredibus de N. mandamus, quatenus coram nobis aut officio nostro Succameriali in loco campestri inter hæreditates N. Nobilis N. actoris ex vna, & N. Nobilis de N. citati partibus ex altera, vbi videlicet præfatus actor N. nos seu officium nostrum locabit feria tali & tali. &c. ad instantiam præfati N. actoris compareatis, qui vos adcitat, aliâs przy pozywa ad aspiciendum parietem vestrum, & ad videndum attentandumque ipsum vigore actoratus contra præfatum N. principalem, & contra vos tanquam collaterales in iudicio terrestri N. obtenti, ducere officium & prosequi granicies, seu limites faciendo scopulum & alia signa metalia circa talia fieri consueta, & attentandum ipsum iurare cum testibus super iusta sipatione granicierum. ideò vt staretis & præmissa iudicialiter attentaretis; quia nos non obstante vestra absentia siue contumacia, ad præfatam limitationem ex officio nostro procedemus.

CONSTITVTIONES celebrationis Terminorum in partibus Rußiæ.

Insuper

Insuper ordinauimus, & pro consuetudine obseruari volumus; vt in terris Russiæ sexies in anno termini terrestres celebrentur. Nec licebit iudicibus & aliis eiusdem officii officialibus suapte sponte sine legitima caussa vel legali impedimento, puta belli aut conuentionis generalis, terminos differre, sed temporibus inferiùs deputatis & assignatis, sub pœnis contra Iudices negligentes, & sua officia non exercentes statutis, ipsi termini terrestres celebrentur.

Quorum prima celebratio erit primo die feriali post festum Epiphaniarum si fuerit iuridica, quam videlicet dies Dominicus aut aliquod festum celebre non præpediret.

Secunda celebratio post festum S. Matthiæ Apostoli in vere, etiam die feriali iuridica proxima.

Tertia celebratio erit prima seu proxima die iuridica post festum S. Adalberti.

Quarta celebratio post festum S. Ioannis Baptistæ etiam proxima feriali die iuridica.

Quinta, post festum S. Bartholomei Apostoli feria proxima iuridica.

Sexta, prima die post festum beatorum Simonis & Iudæ Apostolorum iuridica, & sic quotannis obseruabitur.

Sed quia in Ciuitate Præmisliensi, vbi iudicia terrestria celebrantur, nundinę seu annuale forum pro festo Epiphaniarum peragitur, propter quod termini quietè non possent eodem tempore iudicari: eaproptrr termini terrestres Præmislienses postponentur vna septimana post tempus celebrationis terminorum in aliis terris; videlicet incipiendo primam celebrationem prima die post octauas Epiphaniarum, & sic deinceps post terminos Leopolienses, semper vna septimana celebrabuntur.

Forma inſcriptionis ſuſpenſionis termini per iudicium, ad interrogandum ſiue ad deliberandū, aut ex quacunque cauſſa Partibus præfixi.

Iudicium motu proprio ex certis reſpectibus cauſ-ſam inter Nobiles N. actorem & N. citatum ad terminos proximos terreſtres differt, cum toto ipſius cauſſæ effectu, partibus præfatis terminum aſſignando talem, qualem hodie habere debuerunt in præfatis terminis terreſtribus hîc in N. proximè celebrandis, nullius Partis iure læſo, imò vtrique partium integrè conſeruato: & idem erit ad conuentionem.

Forma ſuſpenſionis termini de conſenſu & voluntate Partium.

Nobiles N. de N. actor, & N. de N. citatus habent talem terminum ad terminos proximos terreſtres iuxta ipſarum Partium citationem vel citationes & totius actoris proceſſum & effectum cauſſæ, qualem hodie habere debuerunt, earundem Partium iure illæſo, imò in toto conſeruato.

Item, ſi actor amiſerit citationem ante conteſtationem litis, ſiue ante terminos, ad quos citauit reum, tunc poterit citare reum alia citatione ad inſtar pri-ris, qui

ris, quæ siue in sua narratione à prima amissa discreparit, sed eundē effectum in se contineret & summam. talis citatio habebit locum in iudicio, nec actor ob hoc aliquam pœnam luet, sed citatus æquè sicut ad illam primam amissam sibi respondere tenebitur, nec poterit citatus actori obiicere, quòd dedisset citationem super citationem, & idem erit si post contestationem litis amiserit. Nam poterit etiam adcitare siue denuò citare sine aliqua pœna. Et si idem actor habuerit citationem siue propositionem acticatam; extunc valebit sibi pro citatione, & non tenebitur citationem citato ostendere, sufficiet adcitatio illius. Et si citatus amiserit citationem: extunc actor post propositionem suam ad postulationem citati tenebitur sibi accommodare suam citationem ad respondendum, quam restituet actori post responsionem.

PROCESSVS VARIArum recognitionum & inscriptionū, in iudicio terrestri.

Iudices diligenter considerare debent, ætatem, discretionem, bonam aut aduersam corporis valetudinē, eius qui aliquam facit inscriptionem.

Notandum, quòd iudicio præsidentes, debent diligenter intendere & considerare personam recognoscentem aliquam inscriptionem si habeat debitam ætatem aut discretionem bonam; quod si aliter, non suscipiatur inscriptio.

Etiam debent considerare si est sanus corpore; tunc potest scribi, sanus mente & corpore, sed si æger corpore exsistat, compos tamen rationis, prout est in re scriba-

scribatur, ita videlicet, æger & languens corpore, tamen sanus mente & compos rationis.

Formulæ inscriptionum perpetuarum.

Comparens personaliter coram Iudicio, Nobilis N. hæres de N. sanus mente & corpore exsistens, publicè & per expressum recognouit, quia bona sua hæreditaria, videlicet villam N. cum totali ipsius villæ hæreditate, & omnibus ad eam pertinentibus, & quouis modo spectantibus & prouenientibus, nihil iurîs, dominii, & proprietatis, & quorumuis vsufructuum, prædictus N. in præfatis bonis pro se & suis successoribus reseruando seu excipiendo, ita latè & longè, circumferentialiterq; prout præfatorum bonorum villæ N. hæreditas se in suis metis & limitibus extendit, nobili N. de N. pro centum marcis pecuniæ monetæ & numeri polonicalis, vendidit perpetuè & in æuum, ita prout solus habuit, tenuit & possedit, nullis exclusis, per præfatum N. & eius successores, cum omni iure, dominio & proprietate ac titulo hæreditario perpetuè & in æuum tenenda, possidenda, & ad vsus beneplacitos conuertenda. Et iam extunc prædictus N. præfato N. dedit realem intromissionem & actualem possessioné per ministerialem terrestrem N. de N. in prædicta bona videlicet villam N. & eius hæreditatem totalem, & debet prædictus N. & eius successores præfatum N. cum suis successoribus, occasione præmissorum tueri, euincere & eliberare, pacificareq; ab omni impetitione iuridica; ab omnibus personis per præscriptiones terrestres, prout ad quamlibet personam præscriptio pertinet, ta-

net, toties quoties sibi N. opus fuerit, sub damno terrestri, nulla re exquisita ipsum euadendo.

Et si talis venditio deberet fieri in vim reemptionis, aliâs ná widerkauff: tunc in loco competenti addantur duntaxat hæc verba, videlicet in vim reemptionis, aliâs ná widerkauff.

Et si venditor haberet vxorem, cuius reformatio extenderet se ad talia bona vendita, constituetur per maritum ad acta, & cum consensu amicorum adminus duorum, ex linea paterna consanguineorum, consentiet ad talem inscriptionem, quò ad eius reformationem.

Inscriptio census in vim reemptionis aliâs ná widerkauff, personis Spiritualibus; quæ non nisi cum consensu Regiæ Maiestatis priùs obtento, fieri debebit.

Comparens personaliter coram Iudicio Nobilis N. de N. hæres, sanus mente & corpore, publicè & per expressum recognouit, quia honorabilibus viris N. de N. &c. Mansionariis Ecclesiæ Cathedralis Crac. modernis & pro tempore exsistentibus, duodecim marcas pecuniæ census annui, pro trecentis marcis pecuniarum monetæ & numeri Polonicalis, perpetuè & in æuum, in vim tamen reemptionis, aliâs ná widerkauff, vendidit & inscripsit, in & super bonis suis hæreditariis, videlicet villa N. ac Kmetonibus, tabernatoribus, & aliis quibusuis incolis præfatæ villæ N. quas quidem duo-

decim

decim marcas pecuniarum prædictus N. & eius successores tenebitur seu tenebuntur singulis annis pro quolibet festo S. Martini præfatis honorabilibus viris mansionariis N. de N. modernis & pro tempore existentibus per proprium nuncium mittere, & ab illis etiam quotannis post solutionem quietationem recipere, & tenebitur, præsentibusque se obligat præfatus N. cum Kmetonibus: eiusdem villæ incolis, ad acta spiritualia Vicarii seu Officialis in spiritualibus Crac. pro festo S. Andreæ proximo stare, & se ad solutionem cum præfatis Kmetonibus, præfati census annui duodecim marcarum sub censuris Ecclesiasticis obligare. Etiam præfatus N. obligat se & suos successores, occasione præfati census, ab omnibus inscriptionibus prioribus, si quæ sunt, & omni impetitione iuridica, prædictos Mansionarios modernos & pro tempore exsistentes, tueri, euincere & eliberare ab omnibus personis, ita quòd præfati Mansionarii moderni & pro tempore exsistentes, possent pacificè & integrè quolibet anno præfatum censum duodecim marcarum: sic vt præmissum est, percipere, sine quouis impedimento. Quæ omnia superius expressa & in præsenti inscriptione contenta, præfatus N. tenebitur & sui successores tenebuntur complere sub vadio centum vel N. marcarum prædictis Mansionariis & eorum successoribus soluendo: pro quo vadio citatus, vel successores eius citati, in primo termino tanquam peremptorio stare debet siue debent, nulla re exquisita siue iudiciaria siue extraiudiciaria illos euadendo, vel terminum differendo sub amissione suæ caussæ, sed in eodem termino tenebitur & tenebuntur prædictos Mansionarios ab omnibus impedimentis euincere, eliberare, & omnibus in præsenti inscriptione contentis, satisfacere. Quod si nollet aut neglexerit, vel eius successores neglexerint: extunc in

instanti

instanti pro præfato vadio satisfacere tenebitur siue tenebuntur; & satisfaciendo pro præfato vadio, vtique omnia contenta in præsenti inscriptione complere debebit, toties quoties præfati Mansionarii censum præfatum ad tempus prædictum habere non possent, & illis dedit realem intromissionem in præfatum censum per Ministerialem terrestrem N. de N.

Inscriptio Commutationis.

Comparentes personaliter coram Iudicio Nobilis N. hæres de N. ex vna, & Nobilis N. de N. partibus ex altera, sani mente & corpore, compotesq; rationis exsistentes, publicè & per expressum recognouerunt, talem inter se fecisse bonorum hæreditariorum perpetuam & irreuocabilem commutationem, dantes sibi inuicem bona & pro bonis, & terram pro terra, quòd videlicet prædictus N. dedit & commutauit sua bona hæreditaria, videlicet villam N. & ipsius villæ totali hæreditate, cum omni iure, dominio & proprietate, ac titulo hæreditario, cum prædicto N. de N. qui pro eiusdem N. hæreditariis bonis, videlicet villa N. etiam cum totali ipsius villæ hæreditate, illi dedit & commutauit bona sua hæreditaria præfata, videlicet villam N. cum ipsius villæ totali hæreditate, cum omni iure, dominio, & proprietate, ac titulo hæreditario: ita quòd prefatus N. prædicta bona, videlicet villam N. cum legitimis suis successoribus tenebit, habebit, & hæreditariè possidebit, ita latè, longè, circumferentialiterq;, prout dicta bona seu hæreditas præfatæ villæ N. in suis metis & limitibus ab antiquo est distincta & limitata, cum omnibus ad ipsa bona spectantibus & pertinentiis, nihil excipiendo. Et similiter prædictus N. prædicta bona sua; videlicet villam N. cum ipsius villæ totali hæ-

reditate, cum omni iure, dominio, & proprietate titu-loq; hæreditario, & cum legitimis suis successoribus te-nebit, habebit, & hæreditariè possidebit, ita latè, lon-gè circumferentialiterq;, prout dicta bona seu hæredi-tas villæ N. in suis metis & limitibus ab antiquo est di-stincta & limitata, cum omnibus pertinentiis ad ipsa bona spectantibus, nihil excipiendo. Et iam præfati commutantes dederunt sibi inuicem in præfata bona commutata realem intromissionem & actualem posses-sionem: & debent tenebunturq; se & eorum successo-res, inuicem occasione præmissorum bonorum tueri, defendere, & inuicem se eliberare, pacificareq; ab om-ni impetitione iuridica, ab omnibus personis per præ-scriptiones terrestres, prout ad aliquam personam præ-scriptio pertinet sub damno terrestri, toties quoties al-teri ipsorum commutantium vel eorum successoribus opus fuerit.

Donationis Inscriptio.

Comparens personaliter coram Iudicio Nobilis de N. sanus mente & corpore exsistens, publicè & ex-pressum recognouit. quia bona sua hæreditaria, vi-delicet villam N. cum totali ipsius villæ hæreditate, cum omni iure, dominio, & proprietate, tituloq; hæ-reditario, necnon cum omnibus ad ipsa bona pertinen-tibus, & quouis modo spectantibus & vtilitatibus vni-uersis, nihil iuris, dominii & proprietatis, & quorum-uis vsufructuum & vtilitatum in prædictis bonis pro & suis successoribus reseruando seu excipiendo, ita la-tè, & longè, circumferentialiterq; prout præfatorum bonorum hereditas se in suis metis & limitibus exten-dit, prout ea solus tenuit, habuit, & possedit, Nobili de N. nepoti suo ex fratre germano, dedit, dona-

per-

perpetuè & in æuum irreuocabiliterq;, per præfatum N. & eius successores, tanquam veros & legitimos hæredes prędicta bona tenenda, habenda & perpetuè possidenda, & ad vsus beneplacitos conuertenda. Et iam prædictus N. prædicto N. exnunc dedit realem intromissionem & actualem possessionem per ministerialem terrestrem N. de N. in præfata bona. Et fiat tuitio sub eo tenore toto, sicut in inscriptione perpetuæ venditionis superiùs continetur.

Inscriptio inter coniuges ad tempora vitæ.

Comparentes personaliter coram Iudicio nobiles N. de N. & N. de N. coniuges, sani mente & corpore exsistentes, & vsi amicorum consilio: publicè & per expressum recognouerunt, quia omnium bonorum suorum hæreditariorum & obligatoriorum, mobilium & immobilium, quæ nunc habent & in post habebunt inuicem & mutuò concesserunt sibi vsufructuum ad tempora vitæ, tali videlicet modo, quod si præfatum N. prius quàm prædictā N. mori contigerit, extunc ipsa N. bona omnia tam mobilia quàm immobilia prædicti N. obtinebit & possidebit cum omni iure, dominio, & proprietate, nihil excipiendo, illisq; vtifruetur ad tempora vitæ suæ, post mortem verò prædictæ N. bona præfata tam mobilia quàm immobilia totaliter, pleno iure ad successores prædicti N. deuoluētur, sine quouis impedimento & contradictione successorum præfatæ N. Et similiter si contigerit prædictam N. prius mori, quā ipsam N. extunc præfatus N. bona omnia tam mobilia quàm immobilia præfatæ N. obtinebit & possidebit, cum omni iure, dominio, & proprietate, & omnibus

eorundem bonorum pertinentiis, illisq; vti frueturad tempora duntaxat vitæ suæ, post mortem verò prædicti N. bona præfata, quæcunque ipsam N. concernebant, ad successores prædictæ N. totaliter deuoluentur, sine quouis impedimento & contradictione successorum præfati N.

Inscriptio Obligationis de facto.

Comparens personaliter coram Iudicio Nobilis N. de N. hæres, publicè & per expressum recognouit, quia Nobili N. de N. bona sua hæreditaria, videlicet villam N. in trecentis marcis pecuniæ bonæ monetæ numeri Polonicalis obligauit, inscripsit, & præsenti inscriptione inuadiat, obligat, & inscribit, ad festum Natiuitatis Christi proximè venturum, & à festo Natiuitatis Christi proximo in defectu exemptionis & summæ præfatæ solutionis, ad aliud festum Natiuitatis Christi, & sic de anno ad annum, annis se sequentibus, vsque ad plenariam & integram præfatæ summæ trecentarum marcarum exsolutionem, & prædictorum bonorum N. exemptionem per ipsum N. de N. prædicta bona N. tenenda, habenda, & possidenda, cum omni iure, dominio & proprietate modo obligatorio: nihil iuris, dominii & quorumuis vsufructuum vel vtilitatum in præfatis bonis N. pro prædicto N. & eius successoribus vsq; ad debitam exemptionem penitùs reseruando seu excipiendo: sed ita latè, longè, prout solus prædictus N. tenuit habuit & possedit. Et iam sibi prædictus N. dedit & dat exnunc in præfata bona N. realem intromissionem & actualem possessionem per ministerialem terrestrem N. de N. & debet tenebiturq; præfatus N. & sui successores tenebuntur ipsum N. & eius successores occasione prædictorum bonorum ab omni impetitione iuridica

& q

& quibusuis inscriptionibus & iuribus prioribus tueri, defendere, euincere, & eliberare, toties quoties sibi aut eius successoribus opus fuerit, vsque ad exemptionem bonorum prædictorum. Nec debet prædictus N. & eius successores prædicti N. & eius successoribus in præfatis bonis obligatis iniuriari, aut quouis modo pacificam possessionem præpedire, sub vadio aliarum trecentarum marcarum, pro quo vadio si se citari permiserit, aut successores permiserint, in primo termino tanquam in peremptorio parere tenebitur & tenebuntur, & in illo termino intercedere, euincere, eliberare, iniuriamque per se vel submissas personas in præfatis bonis illatam resarcire. Quod si in præfato termino intercedere, euincere, eliberare, damnumque resarcire noluerit aut neglexerit: extunc præfato N. pro vadio satisfacere tenebitur in eodem termino, nulla re exquisita, nec colore excogitato, neque iudicialiter, neq; extraiudicialiter, abrenunciando, omnibus iuris remediis & dilationibus nullisq; euasionibus, modis, vel cautelis terminum præfatum differendo, nec quouis modo ipsum N. vel eius successores euadendo, quod vadium debet conuerti in summam essentialem sine corporali iuramento, nec poterit quicquam in auxilium sibi contra ipsum N. & eius successores accipere sub amissione suæ caussæ, videlicet solutionis præfati vadii, quo soluto, vtique inscriptioni præsenti & in ea contentis satisfacere toties quoties sibi N. & eius successoribus opus fuerit, tenebitur.

Inscriptio certi debiti ad tempus certum obligati.

Comparens personaliter coram Iudicio Nobilis N. de N.

de N. publicè & per expressum recognouit, quia Nobili N. de N. centum marcas pecuniarum, certi & liquidi debiti, siue mutuatæ pecuniæ monetæ & numeri Polonicalis, tenetur & præsentibus obligatur, hinc ad festū Natiuitatis Christi proximè venturum soluere & complere. Casu quo non soluerit, aut soluere neglexerit: extunc in crastino eiusdem festi Natiuitatis Christi proximè venturi debebit, tenebitur, præsentibusq; se obligat sibi N. dare realem intromissionem & pacificam possessionem in villam suam hæreditariam siue obligatoriam dictam N. per ministerialem, quemcunque sibi præfatus N. elegerit, etiam sine alicuius additione officii, & data sibi intromissione, & pacifica possessione, debet & tenebitur ipsum tueri & defendere, & liberare, ita quòd prefata bona pacificè & quietè ab omni impetitione iuridica quarumcunque personarum posset tenere & possidere, quæ tenebit, habebit, & possidebit, modo obligatorio in præfatis centum marcis, à præfato festo Natiuitatis Christi, vel potiùs ab acceptione possessionis ad aliud festum Natiuitatis Domini proximè venturum, & à festo Natiuitatis Christi proximè venturo ad aliud, annis se sequentibus, vsque ad plenariam solutionem prædictarum centum marcarum, cum omni iure, dominio, & proprietate, ac cum omnibus vtilitatibus ex eisdem bonis, seu villa prędicta prouenientibus, nihil excipiendo. Et tenebitur dictus N. præfatū N. occasione præmissorum tueri, defendere & eliberare, sub vadio aliarum centum marcarum. Quod si tueri, defendere, & eliberare noluerit aut neglexerit, vel in præfatis bonis per se, vel per submissas personas quouis modo iniuriatus fuerit, & se occasione præmissorum, pro præfato vadio citari permiserit, vel sui successores permiserint: extunc in primo termino parere tenebitur & tenebuntur; & in illo termino tueri, euincere,

cere, eliberare, bonaq; præfata pacificare, ab omnibus personis, prout ad aliquam personam præscriptio pertinet. Quod si in præfato termino præmissa non fecerit, seu facere neglexerit, aut iniuriam si quam intulerit, resarcire nollet: extunc in eodem termino pro præfato vadio satisfacere tenebitur & tenebuntur, nulla re exquisita, nec colore excogitato, neq; iudicialiter neque extraiudicialiter terminum præfatum differendo, neq; quouis modo ipsum vel eius successores pro præfato vadio euadendo. quod vadium debet conuerti in summam essentialem siue principalem sine corporali iuramento, nec quicquam sibi contra ipsum aut eius successores recipiendo sub amissione suæ caussæ. Nihilominus soluto vadio, præsenti obligationi & in ea cōtentis, satisfacere eidem N. & successoribus eius tenebitur, toties quoties sibi & eius successoribus opus fuerit.

Inscriptio Arendæ.

Comparens personaliter coram Iudicio Nobilis N. de N. hæres N. siue tenutarius, publicè & per expressum recognouit: quia bona sua hæreditaria siue obligatoria, videlicet villam N. Nobili N. de N. pro centū marcis pecuniæ, bonæ monetæ, & numeri Polonicalis, arendauit ad tres duntaxat annos, à festo Natiuitatis Christi proximo continuè se sequentibus. quas centum marcas, præfatus N. prædicto N. tenebitur soluere ad quodlibet festum Natiuitatis Christi seorsum in loco N. & præfatus N. tenebitur præfatum N. quietare ad acta Castrensia districtus illius: & sic quolibet anno vsque ad exspirationem præfatæ arendæ. quę quidē bona præfata, videlicet villam N. prædictus N. arendator, tenebit, possidebit, illisq; fruetur vigore præfatæ aren-

dæ, & nullo alio iure, cum omni iure, dominio, omnibusq; vsufructibus ad prędicta bona quoquo modo spectantibus, & vtilitatibus ex illis prouenientibus, vsq; ad decursum trium annorum à receptione possessionis, vel potiùs ad certum tempus, prout suprà. Et iam præfatus N. dedit sibi arendatori realem possessionem in præfata bona, tenebiturq; ipsum tueri, protegere in præfatis bonis arendatis, ab omni impetitione iuridica, vsque ad exspirationem præfatæ arendæ sub damno terrestri. & hic idem stans præfatus N. arendator, etiam recognouit se arendasse prædicta bona apud præfatum N. iuxta continentiam præsentis inscriptionis, quæ bona recognouit non alieno genere, tantummodò iure arendæ prædictæ se tenere & possidere.

FORMVLÆ CITATIONVM.

Citatio pro debito inscripto.

SIGISMVNDVS DEI GRATIA REX POLONIÆ. &c. Tibi Nobili N. hæredi de N. Mandamus, quatenus in terminis terrestribus in N. proximè celebrandis ad instantiam nobilis N. de N. compareas, qui te citat pro eo, quia tu non vis sibi soluere centum marcas pecuniæ certi debiti, quas debuisti sibi soluere ad tempus iam præteritum, & non soluisti, prout de hoc inscriptio in actis terrestribus N. latiùs canit, & in totidem ipsum damnificasti, iudicialiter responsurus. Datū &c.

Pro debito non inscripto.

Pro eo quia tu non vis sibi soluere centum marcas pecuniæ

pecuniæ monetæ & numeri Polonicalis, certi debiti, quas debuisti sibi soluere ad tempus iam præteritum, & non soluisti, & in totidem ipsum damnificasti, iudicialiter responsurus.

Pro exscisione Gaii, aut siluæ, vel mericæ.

Pro eo quia tu violenter exscidisti sibi robora in gayo siue silua ipsius, in hæreditate N. valoris decem marcarum, & in totidem ipsum damnificasti, iudicialiter responsurus.

Pro arboribus fructiferis.

Pro eo, quia tu exscidisti sibi violenter decem arbores fructiferas, videlicet N. & N. in hæreditate ipsius villæ N. valoris quinque marcarum, aut prout iudicium decernet, & in totidem ipsum damnificasti, iudicialiter responsurus.

Pro Vulneribus.

Pro eo, quia tu fecisti super ipso initium litis, & intulisti sibi violenter tria vulnera cruenta & duo liuida, quæ ministerialis terrestris N. de N. cum nobilibus in tempore vidit, quæ vulnera pensat sibi ad quadraginta marcas pecuniæ, vel prout ius decernet, pro quibus vult te conuincere, iudicialiter responsurus.

Pro capite occiso.

Pro eo, quia tu occidisti patrem ipsius Nobilem N.

de N. quam occasionem ministeriali terrestri N. de N. & nobilibus obduxit, & super te protestatus est, quod caput patris sui præfati, pensat sibi ad centum & viginti marcas, & ad pœnam carceris, aut prout iudicium decernet, & vult te pro eodem conuincere, iudicialiter responsurus.

Pro Propinquitate.

Pro eo, quia tu possedisti & tenes propinquitatem ipsius, videlicet villam N. & eius hæreditatem ad quã ipse est propinquior quàm tu, post Nobilem olim N. patruum suum germanum, quæ bona præfata æstimat sibi ad ducentas marcas pecuniæ, & in totidem ipsum damnificasti, iudicialiter responsurus.

Pro Diuisione.

Pro eo, quia tu non vis cum ipso diuidere bona hæreditaria N. quorum medietas ipsum N. concernit, & ipse tecum vult, quod sibi pensat ad centum marcas pecuniæ, & totidem damni, iudicialiter responsurus.

Pro redimẽdis bonis obligatoriis.

Citat te ad recipiendum pecunias, quas te in bonis ipsius hæreditariis, videlicet villa N. pręrendis habere inscriptas, & ideò vt stares, & inscriptiones tuas coram iudicio ostenderes, & pecunias reciperes, sibiq; tanquam hæredi de bonis ipsius præfatis iudicialiter condescenderes. Datum.

Citatio suprascripta potest fieri etiam ad actorum positionem, non exspectata celebratione terminorum, & hoc fiet in arbitrio actoris.

Pro

Pro Kmetone profugo siue quouis alio Subdito.

Pro eo, quia tu non vis sibi extradere laboriosum N. kmetonem ipsius de villa N. ad villam tuam N. profugum, quem apud te in villa tua præfata N. arestauit per ministerialem terrestrem N. de N. quem sibi pensat ad decem marcas & totidẽ damni iudicialiter respósurus.

Pro cautione fideiussoria.

Pro eo, quia tu sibi fideiusisti pro Nobili N. de N. soluere viginti marcas pecuniarũ ad tempus iam præteritum, quas viginti marcas nec ipse N. principalis, neque tu tanquam pro eo fideiussor soluistis, pro quibus te citat, & in totidem ipsum damnificasti, iudicialiter responsurus.

Pro receptione fœni aut frumentorum.

Pro eo, quia tu recepisti sibi violenter decem cassulas fœni in prato ipsius hæreditario villæ N. laboris ipsius, quod fœnum pensat sibi ad viginti grossos, & totidem damni iudicialiter responsurus.

Pro conculcatione & depastione frumentorum.

Pro eo, quia tu immisisti de industria & violenter familiam tuam, cum equis & pecoribus, in & super hæreditatem ipsius N. & conculcasti sibi frumenta diuersi generis laboris ipsius, quam sibi pensat ad triginta marcas pecuniæ, & totidem damni, iudicialiter responsurus.

Cita-

Citatio ad paratam citationẽ post mortẽ patris, aut cuiusuis antecessoris, cui nondum venerat terminus.

Qui te concitat, aliás przypozywa, ad paratam citationem, Nobilis olim N. patris prædicti Nobilis N. legitimi, qua te præfatus olim N. pater ipsius citauerat, videlicet pro eo. (Et inseratur citatio patris & taliter concludatur.) Et præfata actio concernit prædictum N. tanquam filium legitimum prædicti N. Ideò ad præmissa prædicto N. tanquam successori, iudicialiter responsurus.

Dum pater aut alius antecessor lite contestata siue scripto termino, aut condemnato reo, mortuus fuerit.

Qui te concitat, aliás przypozywa, ad paratam citationem & actionem,& ad paratum terminum.(si terminus est translapsus, tunc scribatur ad translapsum terminum, qui sibi translapsus est in termino. &c.) Et ad omnes actus iudiciarios, Nobilis olim patris N. prædicti N. & ad eum punctum, in quo cessauit caussa morte præfati Nobilis olim N. patris prædicti N. ad quam actionem ipse N. est propinquior, & eum concernit tãquam filium post patrem, prout citatio & processus caussæ ipsius in actis terrestribus latiùs disponit, videlicet occasione summæ centum marcarum. Ideò te conci-

concitat, aliâs przypozywa, ad attentandum ipsum procedi ad vlteriores gradus & processus iudiciarios. (Si nondum erat lis contestata concludatur) ad præmissa iudicialiter responsurus. (Sed si post condemnationem in lucro, vel post latam sententiam: extunc ita concludatur) ad præmissa iudicialiter attentaturus procedi ipsum contra te ad vlteriores gradus.

Citationis trãslapsæ adcitatio.

Qui te concitat, aliâs przypozywa, ad paratam citationem translapsam, quæ sibi est translapsa in terminis terrestribus in N. iam præteritis, qui te citauerat pro eo. &c. Et eo inferatur citatio & concludatur, iudicialiter responsurus.

A kmetõe siue alio quouis subdito.

Ad instantiam laboriosi N. de N. kmetonis & subditi nobilis N. de eadem N. hæredis, qui te citat pro eo, quia tu recepisti sibi violenter bouem valoris trium marcarum pecuniæ, & ipsum in totidem damnificasti, iudicialiter responsurus. & dominus ipsius præfatus N. stat pro pœna sua trium marcarum, iuxta præfatum N. subditum suum. Datum. &c.

Granicierum.

Qui te citat ad faciendum granicies seu limites inter bona ipsius N. hæreditaria villæ N. ab vna, & tua etiam hæreditaria villæ N. partibus ab altera, & ad attentandum sibi N. decerni actoratum, vigore præsentis citationis, iudicialiter responsurus.

Pro non administratione Iustitiæ.

Pro eo, quia tu non vis sibi iustitiam administrare cum laborioso N. kmetone & subdito tuo, de villa tua N. qui si-

qui ſibi exſcidit robora diuerſi generis in gayo ipſius, in hæreditate villæ N. quam non adminiſtrationem iuſtitiæ penſat ſibi ad decem marcas pecuniæ, & totidem damni.

Secundæ citationis poſt cõdemnationem in pœna contumaciæ.

Citat te ſecundò, prout te condemnauit in termino primo in terminis terreſtribus in N. iam præteritis in pœna contumaciæ iuxta ſuam primam citationem qua te citauit, pro eo, &c. Et inſeratur citatio originalis & concludatur iudicialiter reſponſurus.

Cõcitationis, aliâs przypowiaſtu, poſt condemnationẽ in lucro.

Qui te concitat, aliâs przypowieſzcza, ad ſoluendũ & ſatisfaciendum pro his omnibus, pro quibus te condemnauit in termino peremptorio in terminis terreſtribus in N. iam præteritis iuxta ſuam citationem in lucro pro toto quo te citauerat pro eo. &c. Et inſeratur citatio, & concludatur loco reſponſurus, iudicialiter ſatisfacturus.

Citatio ex officio Succamerarii ad campum poſt condemnationem citati in lucro in iudicio terreſtri.

Tibi

Tibi nobili N. hæredi de N. Mandamus, quatenus coram nobis aut Camerario nostro, feria secunda post festum sancti N. nunc instans proxima, in loco campestri inter bona hæreditaria nobilis N. dicta N. & tua etiam hæreditaria dicta N. vbi videlicet præfatus N. actor, nos seu nostrum Camerarium locabit, ad attentandum & videndum ipsum ducere nos siue officium nostrum, ducereq́; & sipare granicies, scopulos de terra erigendo, & alia signa metalia siue granicialia faciendo, attentaresq́; & aspiceres ipsum cum testibus præstare iuramentum tanquam actorem super vera & iusta ductione & sipatione præfatarum granicierum, prout præfatum actoratum contra te obtinuit, condemnando te in lucro actoratus in iudicio terrestri N. in terminis iam præteritis, cum quo actoratu ad nos siue nostrum officium ad campum est remissus, præmissa iudicialiter attentaturus. Datum.

Citatio Castrensis ad Querelam.

N. de N. Capitaneus N. tibi nobili N. de N. Innotescimus nobilem N. de N. contra te coram nobis in querela deposuisse. Quomodo tu ipsum de pacifica possessione bonorum N. violenter expulisti & depercussisti. Quare vigore Regio & nostri officii Capitaneatus mãdamus, quatenus coram nobis aut officio nostro Castrensi N. feria secunda post festum N. in castro N. compareas, querelis præfati N. & ad alia pro tunc tibi obiicienda responsurus, quod siue comparueris siue non, nos ad ea quæ ad nostrum officium spectant, procedemus. Datum in Castro N.

Conci-

Concitatio, aliâs przypowiaſt, poſt latam ſententiam pro re decreta.

Qui te concitat, aliâs przypowieſzcza, ad ſatisfaciendum & ſoluendum ſibi centum marcas per Iudicium terreſtre N. in terminis terreſtribus in N. proximè pręteritis ſibi ſuper te decretis, & ad attentandum ipſum iurare ſuper damnis exinde ſequutis. Ideò vt ſtares, pro præmiſſis omnibus & pro pœnis ſatisfaceres. Datum. &c.



FARRAGINIS ACTIONVM


Iuris Ciuilis & Prouincialis Saxonici, Municipalisq; Maydeburgensis, Canoniciq; atq, Polonici.

DE VERBORVM AC RERVM SIGNIFICATIONE.

LIBER SEXTVS.

Cum expositione Polonica, ad formam Dictionarii.

A.



Bacti greges, qui aut furto, aut per vim abducti sunt, *vwiedźione trzody záięte, pokrádźione*, & abacti magistratu, *ktorzy poniewoli rádźi nie rádźi, muśieli z śiebie vrząd złożyć.*

abactor & abigeus, qui peçora ex pascuis vel ex armẽtis subtrahit. & dicitur ab abigendo. abigunt enim, hoc est, dolo siue vi, vel quauis arte abducunt oues de gregibus, vel equos ac boues de armentis. *Záymácz á złodźiey dobytku cudzego, vwodźiwołek*

abalienare intelligitur, qui alienam rem vẽdiderit, vel quod suum erat alienũ facit. *cudzą rzecz ábo swoię przedáć, lub dárowáć. właśnie, oddalić od śiebie.*

*ab alto & basso, à summo ad imũ. *od máłá do wielá.*

abamita 340. *śiostrá oycá prádźiádá mego.*

abannatio, annuum exsilium dici potest, *wywołánie ná ieden rok.*

abauunculus 341. *brát mátki prádźiádá mego.*

abauus, 337. *oćiec prádźiádá mego, ábo prábáby moiey.*

abauia, ibidem. *mátká prádźiádá mego, ábo prábáby moiey.*

Abbas, Syra vox, patrem significat, idem etiam ἀρχιμανδρίτης dicitur. præest monachis & cœnobiis, vnde & Cœnobiarcha meritò appellatur. *Opát, Archimándrit.*

abbateia, dignitas Abbatis, vel locus in quo habitat. *opáctwo.*

Abbatissa, ascetriarum siue monialium antistes. *Xieni.* Præfici autem non debet, nisi sit sexagenaria & virgo. ἡγουμένη Græcè. Hanc Baldus æquiparat abbati, in bonorũ administratiõe.

abbreuiatura, *pismo z tytlámi.*

abdicare significat amouere, priuare, abiicere, expellere. *oddálić, odrzućić.* vnde pater dum adhuc viuit, dici-

 tur fi-

tur filiũ abdicare. *odrzec się syná.* hoc est bonis propter aliquot scelus priuare, & quasi extra familiam abiicere, Græcè ἀπειπεῖν. Exhæredatio verò propriè post mortem dicitur, *wydźiedźiczenie.*

abdicare se magistratu, est ante tẽpus magistratum deponere, *przed czásem vrząd spuśćić.*

abdicere, decreto recusare ac denegare, *dekretem odćiąć.*

abducere ita de hominibus dicimus, quemadmodum de pecoribus abigere, *vwieść.*

abhorrere, pro alienũ esse, *wzdrygáć się.*

abigei, qui & abactores, à Græcis ἀπελάται appellabantur.

abigeatus, crimen abactionis, & est capitale, quo olim nobilitatos Iberos fuis-

fuiſſe. Seruius in 3. Georgicorum ſcribit, *kráďźbá dobytká.*

abigere, eſt à ſe expellere, *odegnáć od śiebic.* vel pecus alienum dolo ſiue vi abducere: vt cùm dicitur, Stichus abegit mihi boues, hoc eſt abduxit vi vel dolo: hoc eſt furto tulit, atq; etiam latrocinio, *zágnáć ábo záiąć cuďzy dobytek.*

abiicere, eſt ſpernere, *odrzućić, pogárďźić.*

abintegrò, ſignificat denuò, *znowu*

abinteſtatò aduerbium, ſignificat ſine teſtamento, *bez teſtámentu.*

abiudicare, eſt rem per iudiciū auferre & alienare, *odſąďźić.*

adiudicare rem, eſt per iudicium & ſententiam attribuere, *przyſąďźić.*

abiurare, rem creditam periurio negare, *odprzyśiąďz.*

abiuratio, rei creditæ abnegatio, *odprzyśięźenie.*

ablactare, est à lacte remouere, *odsádźić od cycká.*

ablegare, pro longè mittere, *záſláć dáleko.*

ablocare, est denuò locare fundum tertiò locatum.

abmatertera 341. *śioſtrá mátki prá báby moiey.*

abnegamus, quod à nobis vel dono, aut commodato petitur, *odmawiamy.* item quod nobis creditum est vt depositum, *przymy.* sed & quod promisimus.

abnepos 339. *wtory práwnuk, to ieſt, ſyn práwnukow, ábo práwnuczki.*

abneptis, ibid. *wtora práwnuczká, to ieſt, corká práwnukowa, ábo práwnuczki.*

abnoctare, integram noctem abesse, *domá nie spáć.*

abnutare, sæpè abnuere: abnuit autem, qui signo capitis aliquid negat, quiúe recusat aut prohibet. *często kroć ruchániem głowy ná co nie zezwáláć*

abolere, id est, tollere, & infirmare, & delere, *zgłádźić, zágubić, zmázáć.*

abolitio, criminis exstinctio, *zágubienie źáłoby o iáki występek.*

abominari, est omen auersari, *nie życzyć sobie áby się to miáło stáć.* Hinc apud Iurisconsultos, quod abominor. dictum videmus, pro eo quòd Cicero crebrò sic exstúlit; quod Deus omen auertat, *czego Boże vchoway.* Si mihi Titius hæres esse noluerit, aut quod abominor, priùs moriatur. &c.

abominatio, res turpis & abominabilis, *brzydka rzecz, obrzydźenie.* Hinc

abominatus, pro excõmunicato, *wyklęty*, & abominatio *klątwá*.

abortiuus puer, vel alter fœtus, est ante pręfinitum tempus natus, quincto aut sexto mense, *niedochodźiec*.

abortire, immaturum fœtum edere, *poronić*.

abpatruus 340. *brát oycá prádźiádá mego*. idem patruus maximus.

abrogare legem, idem est quod tollere, siue antiquare, *znieść práwo ábo zágubić*.

absoluere, forense verbum est, vt absoluere iudicio, & absoluere se iudicio ab aliquo, pro eliberare, nec vexare molestia iudiciali, *wypuśćić z kłopotow práwnych*. absolui ab aliquo, est liberari ab ea controuersia, quã ab aliquo patiebatur, *być wypuszczonym wyzwolonym*.

abso-

absolutio, *wypuſzczenie, rozgrzeſzenie.*

absolutus à termino, *wyzwolony od roku.*

absoluta poteſtas, *moc zwierzchnia.* ſicut ordinata poteſtas, *moc według biegu przyrodzonego ſłuſzna.*

abuſiuè, id eſt minùs propriè, Gręcè καταχρηστικῶς, *niewłaśnie, nieſłuſznie.*

abuti propriè eſt, ad alium vſum re vti quàm in quem ea comparata eſt, *źle vżywáć.*

abuti, etiam vtendo conſumere ſignificat, quo in numero ſunt, vinum, oleum, frumentum, veſtimenta, pecunia: qua de cauſſa abuſus ab vſu ſeparari ſolet, quòd vſus earum rerum ſit, quarum ſubſtãtia poſt vſum ſalua manet; abuſus contra in iis ponatur, quę vtendo abſumuntur & pereunt.

alia quoq; ratione vſus & abuſus opponuntur, quòd vſus ad neceſsitatem referatur, abuſus largiorem licentiam contineat, & crebrò in malam partem accipitur, *złe vżywánie*. vtimur namque noſtris rebus cum honore noſtro & vtilitate, *dobrze vżywamy*. abutimur verò cùm eas perdimus & dilapidamus, cum noſtro incōmodo & dedecore, *źle pożywamy*.

acceptilatio, eſt imaginaria ſolutio, *kunſztowne odpuſzczenie długu*. fit enim per interrogationem & reſponſionem. vt habeſné acceptum quod per ſtipulationem tibi promiſi & debui? Et tu reſpondeas, habeo, acceptumq; fero. Iam acceptilatio facta eſt. ac ſi dixiſſes, perinde habeo, ac ſi accepiſſem à te per veram ſolutionem.

acceſſorium eſt, quod principali neceſſa-

cessariò adiacet, vt frenũ equo, vestis seruo, *przynależąca ku czemu rzecz, przysłużáiąca rzecz k nieczemu.*

accessio, adiectio atque incrementum, *rozmnożenie.*

accessus est aditio atque appropinquatio, *przystęp.*

accipere calamitatem aliquis dicitur, accipere cladem, accipere damnũ, accipere iniuriã, accipere contumeliã, accipere repulsam, accipere vulnus.

accipere aliud est & aliud capere. capere, cùm effectu accipitur, accipere autem, si quis nõ sic accipit vt habeat. Ideoq́; non videtur quis capere, quod erit restituturus.

accommodatum, *pożyczek.* accommodare, *pożyczyć.*

accusare, est aliquẽ coram Iudice offẽdere peccasse, *żáłowáć się nákogo.*

accu-

accuſans ſeu accuſator, qui aliquem corā iudicio accuſat, *oſkárżyćiel ktory ſkárgę ná kogo czyni.*
accuſatus, qui ab aliquo accuſabatur, *oſkárżony, obwiniony.*
accuſatio aliud eſt, & aliud eſt actio.
accuſatio propriè eſt, ex qua imponitur pœna mortis, vel corporis coercitio, vel pecuniaria fiſco applicanda, *oſkárżenie.* actio eſt ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, *ſpráwá v ſądu.*
acedia, *leniſtwo ku ſłużbie Bożey.*
acephalitę hęretici dicti ſunt, hoc eſt ſine capite, *bezgłowni kácerze.* nullus enim erroris eorum reperitur auctor, ex quo orti ſunt, & hi capita aliquot Cōcilii Calcedonen. impugnabāt
acephali ſacerdotes, qui ſub nullius Epiſcopi diſciplina gubernantur.

acialis domus, *narożny dom.*

acies tria significat, primò acumẽ ferri quo secat, *ostrze.* secundò, exercitũ instructum ad dimicandum, *vßykowáne woysko.* tertiò oculi lumen, *źrzenicá.* item per translationem sumitur pro perspicuitate ingenii, *ostrość ábo bystrość rozumu.*

acta dicuntur publicæ scripturæ negotiorũ, quæ in iudicio aguntur, *księgi spraw.* vnde Acta Consularia, *Rádzieckie księgi.* Scabinorum, *Láwnicze ábo Przysięźnicze księgi.*

actio caussarũ est, *spráwá.* actus verò comœdiarum. Et actio semel exstincta, non reuiuiscit.

actio criminalis seu capitalis, *spráwá hániebna, głowna.*

actio ciuilis seu honesta, *spráwá mieyscka, vczćiwa.*

actor,

actor, qui agit in iudicio, *powod.*
adaquare, *nápoić.*
adcitare, id eſt cõcitare, *przypozwáć*
adempta legata, quæ teſtator cui legauerat adimit, mutata ſua voluntate, *odięte odkazánie.*
adeptus eſt iure, id eſt aſſecutus cum omni iure, *doßedł práwem.*
adfines in agris, ſunt vicini, qui confines agros poſsident, *sąśiedźi gránicámi.*
adigere, id eſt cõpellere, *przypędźić.*
adiicere bona, eſt ea alicui applicare, vel dare eo pacto, vt creditoribus & libertatibus ſatisfaciat, *odſtąpić máiętnośći ábo imieniá.*
adire hæreditatem, nihil aliud eſt, quàm velle eam habere, *dochodźić dźiedźictwá.*
adiudicare & abiudicare cõtraria ſũt
adiu-

adiurare, *záklináć.*
administrator, id est coadiutor, *przy pomocnik.*
admortua hæreditas vel bona, *przy-umárłe dźiedźictwo, ábo imienie.*
adnepos 339. *trzeći práwnuk, to iest wnuk práwnuká ábo práwnuczki moiey.*
adolescens vel adulescens, vt sæpè legitur in Pandectis Florentinis, dicitur is, qui pubertatem egressus est, *młodźieniec.*
adoptio, *przysposobienie.* 145.
adoptiuus filius, *przysposobiony syn.* quem aliquis adoptat.
aduena, qui aliunde aduenit, & iterum discedit, *przychodźień ábo gość.*
aduersaria, *księgi w ktorych memoriał pißemy.*
aduersari, *przećiwić się.*

aduer-

aduerſarius propriè dicitur, qui aduerſus nos litigat in iudicio, *przećiwnik, odporcá* alio nomine dicitur pars aduerſa, *przećiwna ſtroná, odporna ſtroná.* ſed hoc eſt generaliùs, quia & de fęmĩa, & de multis ſimul dici poteſt

adulatio, blandus ſermo, *pochlebſtwo, to ieſt, łágodna mowá.*

adulator, omnia ad voluntatem loquens, *pochlebcá.*

adulter & adultera dicuntur, quia & ille ad alteram, & hęc ad alterũ ſe conferunt, *cudzołożnik, cudzołożnicá.*

adulteriũ eſt acceſſus ad alterius thorum, *cudzołoſtwo.* Dictum adulterium, quaſi ad alterium, compoſito nomine, ex AD & ALTER, ſeu ALTERA, quòd ille ad alteram, vel hæc ad alterũ ſe conferat, vel quòd ex adulterio cõceptus, ab vno, ad alterius hæreditatem

tem naſcatur. quare adulterium propriè eſt illicitus coitus cum vxore vel ſponſa aliena perpetratus.

adulterinus filius, qui de adulterio natus vel conceptus eſt, *z cudzołoſtwá národzony.*

adulterina moneta, quæ non eſt legitima, ſed ſuppoſititia inſtar veræ. *Fałßywa monetá ábo myńcá.*

adulterinum ſigillum, quod eſt falſum, inſtar veri factũ, *fałßywa pieczęć*

adultus, *doroſły.* qui à quatuordecim annis vſq; ad viginti quinq; ꝓcedit ad ſummum, & in ſumma, idem eſt, quod breuiter, *krotko mowiąc.*

ad tempus, duobus modis ſumitur, vno ad temporis conditionem vel neceſsitatem, vel opportunitatem, *według czáſu.* altero modo ad ſpatium temporis. vt ſilebo ad annum, id eſt,

vſq; ad annum. & latebo ad tempus, id eſt, vſq; ad tẽpus quoddã, *do czáſu.*

aduocatus, cauſſarum patronus ſeu defenſor, *Rzecznik, Pierczyk, Prokurat.* vulgò ꝓ iudice vſurpat̃, *Woyt.*

ædilis à Varrone dicitur, qui ædes ſacras ac priuatas procurat, *lunár.*

ædituus, eodẽ auctore, dicitur ædis ſacræ tuitor, id eſt, curam agens, *oćiec kośćielny ábo wytrykuſs.*

affabilis, in ſermone iucundus vel grat⁹, vel comis, lenis, facilis, *ochotny, rozmowny, vćieſsny w rozmowie.*

*affidare, idem eſt, quod fidem dare, *ślubowáć, przyrzec.*

affinitas, proximitas ex nuptiis prouenien s, *przyiaćielſtwo po malżeńſtwie.* 342.

affinis eſt mihi, maritus vel vxor cõſanguinei mei, *przyiaćiel po malżeńſtwie,* 356.

af-

affirmatio, eſt aſſeueratio vel aſſertio, *vpewnienie, vtwierdzenie.*

agapa vel agape, conuiuium pauperum vel epulũ, *ſtypá, zaduſzny obiad.*

agaſo, cuſtos vel paſtor aſinorum aut equorum, *ośli páſtuch, koni páſtuch.* curator iumentorum, *roſtrucharz.*

ager, locus qui ſine villa eſt, *rola, pole* locus verò ſine ædificio, in vrbe area, *plác.* ruri autem ager appellatur, ideóque ager cum ædificio fundus dicitur, *grunt.*

ager vectigalis dicit̃ ille, de quo redditus ſiue pẽſio pręſtatur, *rola plátna.*

agricola generaliter dicitur, omnis colens agrum, *oracz, rolnik, śiodłak.* Et ſunt octo genera colonorum: adſcriptitii, cenſiti, perpetui, conditionales, inquilini, originarii, & ſimplices coloni.

agrimenſor, eſt qui agros menſurat & metitur, & fines per debitam menſuram diſtinguit, *miernik, rozmierzácz rol.*

agere, generale verbum ad omnia, quæ fiunt tam re quàm verbis, *ſpráwowáć, odpráwowáć, czynić.*

agger, alta terra aquis oppoſita, *grobla, támá.* item agger murorum, *wał.*

agmen, multitudo militum, *rotá, vſiec.* item agmen aquæ, multitudo aquæ, *kupá, wielkość wody.*

agnati vel adgnati 327. *przyrodzeni po korzeniu, ábo po mieczu.*

agnoſcere, interdũ exponit̃ reddere.

agnoſcere partum, id eſt, alere.

alapa Latinè, colaphus Græcè, *policzek, pogębek.*

album, erat tabula quædam dealbata, vel paries dealbatus in quo edicta publi-

ca Prætorum conſcribebantur. ſignificat etiam matriculam, *metryká.*

alea, teſſera, *koſtká*, & omnis ludus qui caſu potiùs quàm arte gubernatur *koſtyrʒſtwo.*

aleator, qui alea ludit, *koſtyrá, wárcabnik, oßuſt.*

aliâs aduerbium, variè ſignificat, plerumque enim ſignificat alio loco, alio tempore, alia vice, alio caſu. ſumitur & pro aliter, vel alio modo.

alienus, *cudzy*, alienigena, alienæ regionis vel gentis homo, *cudzoźiemiec, foryſter.*

alienare, *oddalić*, & alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet; venditum tamen rectè dicitur. Et alienationis verbum, etiam vſucapionem cõtinet. vix eſt enim, vt non videatur alienare, qui patitur vſucapi.

alimentorum nomine, cibaria, vestitus & habitatio continetur. vnde colligi potest, alimenta à cibariis differre. Nam illorum nomine, ea omnia continentur, sine quibus ali corpus non potest, *żywność*: horum verò tantùm, quæ ad cibum pertinent, *stráwne rzeczy, pokármy*.

allaudium, vide alode.

allegare, est adserere & adfirmare, *dowodźić, probowáć*.

allegatio, probatio, *dowod*.

* allibrati, dicuntur ii, qui in librum ciuium vel communitatis sunt inscripti, *ktorzy przyięli mieyskie práwo*.

allocutio, impetitio, vendicatio, idē sunt, *práwem dochodźić*.

alluuio, est latens aquæ incrementū, id est, ita lentè progrediens, vt non appareat, *powodź ábo wezbránie wody*.

alma

alma, ſancta, ſiue pulchra, vel alens ab alendo ſcilicet, vel alma in Hebręo, virgo Latinè.

alimentum, idem quod alimonia, *ßpiżá, żywność.*

alode, vel alodum, alodium, vel allodium, dicitur proprium cuiuſq; liberi hominis patrimonium: quod Romano more dicebant. Prædium cenſui cenſendo, vel Prædium mancipi: vel quod iure Quiritium, aut quod mancipio & nexu tenebatur. *właśćizná, folwárk własny, ábo po proſtu, folwárk.* vulgò curia, vel prædiũ vrbanũ.

altercationes, dicuntur concertationes verborum. *hádrunki, ſwary, fráſunki niepotrzebne.*

alueus, eſt locus per quem aqua fluit. *nurt.* ponitur & pro receptaculo apũ in quo mellificant, *vl.* eſt & alueus ta-

bula in qua tesseris siue taxillis luditur, *wárcabnicá.*

alumen, salsugo terræ, *háłun.*

alumnus & alumna dicũtur, qui quęué ab aliquo alitur, *wychowániec, wychowánicá.*

aluta, pellis mollior artificiose elaborata, *zameß, leß, hirzchá.*

alutarius, pellium artificiosus elaborator, *zameßnik, leßownik, białoskornik.*

amator, qui meretricibus sese deuouit, venereosq; amplexus amat, qui adulteriis, stuprisq; gaudet, *gámrat, fryierz.* Hinc Cic: lib: 3. Tusc. Aliud est amatorem esse, aliud amotorem.

ambages, verborum circuitus, *krążenie w mowie, wykręty.*

*ambasciator, legatus principis in negotiis arduis. Orator Latinè vel in-

ternun-

ternuncius, *zacny ábo wielki poseł.*
*ambaſciaria Italicè, legatio Latinè, *poſelſtwo známienite.*
ambiguitas, quæ ἀμφιβολογία Græcis dicitur, eſt dubia vel anceps dictionis poteſtas. *mylność w ſłowiech, oboiętne ſłowo.* Hæc fit pluribus modis. Aelius Donatus quatuor tantùm recenſet, quem conſulito.
ambiguum dicitur, quod in ambas agi partes poteſt, *mylność, pochybność.* Ex ambiguo controuerſia naſcitur, cùm ſcriptum duas ſententias vel plures ſignificat.
ambitio, eſt ipſa ambientis actio, *żądza cżći á doſtoieńſtwá.* Nam ambire, vt notam ſignificationem prætéream, eſt honores ſeu magiſtratus quærere, potiſsimùm illicitè, hoc eſt per pecuniam, vel alio modo. *żądáć nie-*

słuſznie doſtoynośći. Hinc crimen ambitus dicitur. Qui enim Romæ magiſtratus ſeu honores quærebant, populum ambire, id eſt circumire ſolebant candidati. Hoc autem crimen ambitus, Eccleſiaſtici vocant Simoniam.

ambulare, propriè eſt ſpatia facere, & in ſua veſtigia reflecti, *przechádzáć ſię, chodźić.* per tranſlationem autem, à corporis progreſſu, ad animum porrigitur, accipiturq́; pro non in vno ſtatu permanere & mutari. vnde dici ſolet: Ambulatoria eſt teſtatoris voluntás, vſque ad mortem.

amfractus litigiorum dicuntur, quia vndiq; franguntur, & multas moras habent, euentusq́; incertos. *obłomki práwne.*

amica 338. & 359. *gámratká, nieślubna żoná, pani, przyiaćiołká.*

ami-

amicos, inquit Paulus, accipere debemus, non leui amicitia coniunctos, ſed quibus fuerint iura cum patrefamilias, honeſtis familiaritatis quæſita rationibus. Vnde rei turpis & illicitę, & inhoneſtæ non eſt amicitia, vt inter fures, latrones & fraudatores.

amita 340. *ćiotká po oycu.*

amitini & amitinæ ibid. *ćiotczankowie, ćioteczni bráćia, ábo ćioteczne śioſtry.*

amphitheatrum, locus rotundus ad ſpectacula factus, *plác w krąg obudowány w rynku, dla dźiwowánia ſię ná gry rozmáite.*

anacephalęoſis, rerum repetitio, vulgò recapitulatio, vel vt vertit Quinctilianus, enumeratio. Hac vtuntur cauſſarum actores & aduocati in perorationibus. *węzłowáte przypomnienie tego,*

tego, co się w przod powiedźiáło ſeroce.

anachoritæ, qui in ſolitudinem ſecedunt, quos hodie Eremitas vocamus, *puſtelnicy.*

ἀναγραφή, ſignificat inuentarium ſeu repertorium, *inwentarz.*

anathema, ἀνάθεμα verbum Iudæis propriū, eſtq́; damnatio æternæ mortis, *wielka klątwá.*

anathematizare, deteſtari & deuouere, *kląć, przeklináć.*

anchora, retinaculum nauis eſt, *kotwicá, koteẃ.*

anfractus, vide ſuprà amfractus.

angaria, ſunt equorum præſtationes ad curſum publicum, *podwody, poſty* item operæ publicæ & obſequia in operibus perſonarum & impendiis rerum, *ſárwárki, roboty, poſługi powino-*

winowáte. Recẽtioribus angaria sunt anni quatuor tempora, *ſuchedni.*

angustia temporis, id est breuitas, *krotkość czáſu.*

angusta domus, id est, arcta, *ćiáſny dom.*

anchelus siue suspiriosus, vel asthmaticus equus, *dycháwiczny koń.*

anima, præter notisimam significationem suam, pro vita accipitur, *żywot;* vt animæ amisio.

animaduersio idem est, quod pœna & castigatio, *winá, męká, kaźń.* ponitur tamen etiam pro consideratione, *obaczenie, vważánie ſpráwy.*

animal, substantia animata sentiens, *źwierzę.*

animum defraudandi creditoris habere, tunc aliquis intelligitur, cùm clã vendit bona sua, vel meliora bona, *oßukáć iſtcá.*

an-

anniculus, quod est vnius anni. vt anniculus puer, annicula puella, anniculum iumentum. sed anniculus amittitur, qui extremo die anni moritur. nã anniculus non statim vt natus est, sed trecentesimo sexagesimo quincto die dicitur incipiente, planè non exacto die. Quia annum ciuiliter non ad momēta temporũ, sed ad dies numeram᷒.

annona, res frumentaria, siue frumēta, quæ ad annuum victum reponuntur, *zboże ná dorocznie wychowánie.* item capitur pro ipso victu, *żywność doroczna.* item pro annua mercede ac stipendio, *myto,* salarium. inde annona ciuilis, & annonę ciuiles, id est salaria, non dantur pro titulis dignitatis, puta quia Doctor; sed pro meritis, vt quia benè legit & satisfacit illi officio ad quod præpositus est.

anno-

annotatio vel adnotatio, est rescriptum principis, paucis adhibitis factũ, eiusq; proprio motu indultum, *roskazánie krolewskie.*

annuere de nutu, hoc est capitis signo aliquid affirmare. vnde ponitur pro concedere, *przyzwolić, dáć, pozwolić.* Virgil: lib: 10.

Annuit his Iuno, & mentem lætata retorsit.

annus, *rok.* constat trecentis sexaginta quinque diebus.

annus, alius naturaliter numeratur, alius ciuiliter. Naturaliter, cùm à momento ad momentum ratio ducitur. Hic in nuptiis exigitur, in pupillis & minoribus, in præscriptionibus temporalium actionũ, in carboniana possessione. Ciuiliter verò, cùm à die ad diem: sic vt qui ad extremum anni diem peruenerit, annum absoluisse videatur.

atur. atq; hîc exigitur in testamenti factione, in manumissione, in vsucapione, in lege Papia.

annus communis, *prosty rok, ktory ma w sobie dni trzystá ßeśćdźiesiąt y pięć, y godźin ßeść bez málá.*

annus bissextilis, cui dies intercalatur quarto quolibet anno, ex horis singulorum annorum, *przestępny rok, ktory ma w sobie dni trzystá ßeśćdźiesiąt y ßeść, krom żadney godźiny. Bo się nie spomináią, ále ich przestępuią, iż iuż z nich názbierał się dźień. Abowiem dwádźieśćiá y cztery godźiny ieden dźień czynią.*

annus iubileus dicitur, annus remissionis. Quia eo anno debita remittebantur. & est annus quinquagesimus, *miłośćiwe láto.*

annus & dies secundum Saxones, est

annus integer & ſex ſeptimanæ. *Rok y ßeść Niedźiel.*

annus ad exſequendam voluntatẽ defuncti, currit à die admonitionis Iudicis. 209.ver.19.

annos diſcretionis dicitur quis habere ſecundum leges in anno vigeſimo quincto. Iure verò Saxonico, in vigeſimo primo. vel quãdo pili in barba, *ná wąśie*, in iliis, vel potiùs in oſſe illium, *ná kośći w kroku*, & in aſcillis vel potiùs in axillis, *pod pachą*, apparent. & hoc cùm de ætate ignoratur. *Látá roſtropnośći.*

annos autem pubertatis attigit puer, ſecundum Ius Saxonicũ anno duodecimo; ſecundum Ius Feudale anno decimo tertio, & ſex ſeptimanis. ſecundum verò leges maſculi poſt decimum quartum annum completum,

fæminæ verò poſt duodecim annos completos. *Látá młodźieńſtwá y moćy rodzenia.* 298. vbi verſu 19. lege duodecimo, pro quartodecimo.

annos defectionis ſecundum Saxones attigit aliquis & fit decrepitus, poſt ſexageſimum annum, ſecundum verò leges poſt ſeptuageſimum annũ cõpletũ. *látá ſtárośći y zgrzybiáłośći.*

annale tempus, quod eſt vnius anni. *Roczny czás.*

anniuerſarium, quod ſingulis annis ſtatutis temporibus reuertitur. vnde anniuerſaria ſacra. *Rocznicá, Anniwerſarz.*

annuum, quod fit ſingulis ãnis alimentorum cauſſa. *Roczny dochod.*

annuatim, quotannis, ſeu ſingulis annis. *Co rok, káżdego roku.*

anſa eſt, qua quippiam pręhenditur ac

tur ac tenetur. vt auris vasis. *vcho v nacżynia.* per translationem ponitur pro occasione. *Przycżyná.*

an sequi debet? *Jeśli ma doyść.*

antapocha. 88. *Cyrográph dłużnikow.* at,

Apocha 87. *Cyrográf istcow, ktorży pożycżyli pieniędży dłużnikom swoim.*

ante diem decimum Kalendarum. hac loquendi formula, decimus dies significatur. Ante diem enim apud veteres idem significabat, quod ipso die. quasi dicerent ante diem finitam. nam in die præstanda, tota dies continetur. Proinde ante diem Kal. Ian. est ipso die Kalendarum Ianuarii. Et ante diem Nonas, est ipsis Nonis. Et ante diem Idus, est ipsis Idibus. Docet hoc Vlpianus lib: 19. ad Edictum. Qui,

 inquit,

inquit, ante Kalendas proximas stipulatur, similis est ei, qui Kalendis stipulatur. Hunc autem dicendi modum notis scribebant A. D. quod est ante diem, non AD præpositio, vt vulgus putat. Rectè igitur admonet Simeo Bosius Prætor Lemouicēsis, quod vbi apud Ciceronem in impressis Epistolarum libris legitur, ad Kal. Ian. & similia. in manuscriptis libris legi, A. D. hoc est ante diem.

ante iudicium acceptum, est ante litem contestatam. *przed początkiem gruntu sprawy.*

ante quatuor scamna venire, non est aliud in Iure Saxonico, nisi coram Iudicio Bannito constitui. *Stánąć przed Gáynym Sądem.* vide Scabini.

ante trigesimum, id est, ante mortem. Post trigesimū, id est, post mortē.

antecessor, hoc est iudex præcedẽs & prior. *Przodek.*

anticũ, anterior pars domus. *Przodek domu.* posticum verò, posterior, *Tyl.*

antidoron, remunerationem significat. *Oddárowánie.* 159.

antidotum, medicamentum, quo nos aduersus venenum præmunimus, contrauenenum appellamus. *Lekárzstwo przećiwko trućiźnie.*

antidotarium, liber in quo de antidotis tractatur. *Kśięgi lekárzskie. Aptekárze zowią,* Dispensatorium.

antistes, dicitur Episcopus, quòd primus illius diœcesis sacerdos sit. *Biskup.* Sunt enim apud antiquos Antistites, primarii cuiusq; templi sacerdotes, dicti, quòd stent ante.

anulus, per vnum n. significat digi-

torum ornamẽtum, vnde Græci eum a digitis quos δακτύλους vocant, Δακτύλιον appellarunt. *Pierścień.* anulus signatorius. *Sygnet.* Et signatorius anulus ornamenti appellatione non continetur. vt legaui tibi ornamenta muliebria, alii anuli continentur non signatorii.

anus per vnum n. prima correpta, est vetula. *Bábá.*

apes vel apis, est insectum mellificans. *Pßczołá.*

apex honoris nota est, infula: vel summitas rei accuminatæ. *Wierzchołek, Szpicá.* vel distinctionis nota, *ákcent, Punkt.*

Apocha, vide supra Antapocha quę ei opponitur.

apocryphus, Latinè absconditus, secretus, ex præpositione Græca ἀπὸ, qui

quæ exaggerat rē, & verbo κρύπτω, abſcondo. vnde dicitur ſcriptura apocrypha, cuius origo & auctor ignoratur, in qua licèt inueniatur aliqua veritas, tamen propter multa falſa, non habet ſcripturæ canonicæ pondus. *Piſmo ſkryte, pochybne, mylne.* Qui verò ſint apocryphi libri, quære in Decretalibus 15. & 16. Diſtinctione per totū.

apocryſis, eſt reſpōſum. *odpowiedź.*

apocryſiarius, omiſsis aliis eius ſignificatioribus, eſt ſummi Pontificis nuncius, vel legatus Papæ. *Legat, ábo poſeł Papieſki.* A Barbaris corruptè ſcribit̄ Apocryſarius, & Ipocriſiarius.

apographum, quaſi diceres deſcriptum aut exſcriptum. *Przepis, wypis, kopia, minutá, ábo wyięte piſánie z kśiąg.*

apolis, apolidis. *wyświecony z miáſtá,*

ſtá, ábo wywołány. Apolides Latinè dicuntur, extorres qui carent ciuitate, quales ſunt exſules, aut deportati, aut in metallum damnati, quibus ciuitatis ius ademptum eſt.

Apologia, excuſatio, vel reſponſio, quo aduerſario ſatisfacimus. *Odpis, odpowiedź ná nieſłuſzne zádánia przećiwniká.*

apophoretum, munus quod olim dari ſolebat Saturnalibus, nunc autem eſt illud quod datur menſe Decembri in natali Saluatoris die, & kalendis Ianuarii, hoc eſt initio anni. *Kolędá, Nowe Láto.* Munuſcula quoq; quæ à cœna conuiuis dabãtur domum auferenda, etiam apophoreta dicebãtur.

apoſtata, defector & deſertor, ſuæ fidei, vel religionis. *Chrześćiánin ktory ſię poturczy, ábo kśiądz Kátholicki kto-*

cki ktory zlutrzeie, ábo zakonnik ktory vciekł z klaßtoru, klaßtorny zbieg. Et apostatæ plusquam hæretici sunt. Hinc apostasia dicitur, à fide religioneq; defectio, fidei sanctæ proditio. *odstąpienie wiáry świętey Apostolskiey.*

apostoli vulgò dicuntur literę dimissoriales vel testimoniales de appellatione facta. *List ápellácyey.*

apostolicus, id est Papa, *Papież.*

apotheca est repositorium, vel recōditorium, id est, locus rebus quibusuis ad tempus condendis, idoneus. *Aptyká, budká, kramnicá, sklep, piwnicá, komorá też.*

apparitores, sunt magistratuum ministri, qui eorum iussa exsequuntur. Intelliguntur autem apparitorum nomine, omnes qui magistratui appare-

 re so-

re solent. vt Scriba, *Pisarz*. Accensus, *podwoyski*. viator, *poseł ábo sługá*. lictor, *ceklarz*. pręco, *woźny*. exsecutor, *oprawcá, kát*.

appellare, est ab inferiore iudice, superiorem prouocare. *Odwołáć się ku wyższemu práwu, ábo Sędziemu.*

appellatio. *Apelácya, to iest odwołánie do wyższego práwá ábo sędziego*. 102.

appellatio friuola dicitur, vbi nō appellatur à grauamine probabili, sed sine caussa in diffugium iustitiæ. *Niesłuszna ápelácya.*

applumbatio, est diuersarū materiarum, vt argenti, æris, stanni, per plūbum cōsolidatio, *lotowánie ołowem*. dicitur & applumbatura, diuersarum materiarum plūbo addito cōiunctio.

apprecio, id est mercede ad tempus loco,

loco, vel conduco, *náymuię.*

appulſus pecoris ad aquam. *Gnánie dobytká k nápawániu.*

aqua, *wodá.* duo autem ſunt genera aquarum, quotidiana & æſtiua, differuntq́; vſu non re. Nam quotidiana aqua eſt, quæ duci aſsiduè poteſt, tam æſtiuo quàm hiberno tempore, etiãſi quotidie non ducatur. Naturam enim aquæ, ac conſuetudinem reſpicimus. Aeſtiua verò aqua, ea eſt qua æſtate ſola vti expedit: ſicut dicimus, veſtimenta æſtiua, ſaltus æſtiuos, caſtra æſtiua, quibus interdum etiam hieme, plerumq; tamen æſtate vtimur.

aqua & igni interdicere, eſt omne conſortium interdicere, ſeu omnem conuerſationem hominum auferre.

aqua & igni accipere, eſt nuptias celebrare. Aqua & ignis, inquit Feſtus Gram-

Grammaticus, interdici ſolet damnatis, quæ accipiunt nouæ nuptæ. videlicet, quia hæ duæ res humanam maximè vitam continent. vide Lactant. lib: 2. Inſt.

aqua, pluuia eſt quæ de cœlo cadit, atq; imbre excreſcit, ſiue per ſe hæc aqua cœleſtis noceat, ſiue cum alia miſta ſit. *wodá ze dždžow.*

aqua perennis, quæ perpetuò fluit, nec vnquam areſcit. *ćiękąca wodá.*

aqua profluens ſeparatur à flumine, videturq́; tantùm à flumine differre, quantùm pars à toto. *wodá z rzeki ćiekąca mieyſcem vczynionym ábo przekopánym.*

aquarius Grecè ὑδροφύλαξ, aquarum cuſtos, qui aquam domum lauãdi potandiq́; cauſſa importat. *wodonoß.*

aquæductus, eſt ius aquæ ducendæ per

per fundum alienum. *drogá prowádzenia wody.* 152.

aquæ hauſtus, eſt ius aquæ hauriendi, *wolne czerpánie wody.*

aquatile animal dicitur, in aqua degens. *wodne źwierzę.*

aquiminaria, vaſa eſcaria, & propter aquam parata, ſed hæc potiùs dicuntur vaſa aquaria.

ara per vnum r & ſine aſpiratione, eſt altare *oltárz.* cum aſpiratione verò eſt ſtabulum porcorum, hara, *chlew.* per geminum verò r r & cum aſpiratione in ſecunda ſyllaba, arrha, eſt id quod dari ſolet ad confirmationem contractus. *Zádátek.*

arbiter, vetuſtè dicebatur pro teſte. vnde illud. Remotis arbitris, pro, ſine teſte. Interdum eſt iudex compromiſſarius. *Rozeznawcá, rozprawcá.*

arbi-

arbitrator, communis amicus, vel amicabilis compositor. *Jednácz.* 23. & 24.

arbitrium, est arbitralis sentẽtia, *ſkazánie rozſprawce ábo rozeznawce, ábo też iednaczá.*

arboris appellatione, etiam vites, hederæ, arundines, & ſalicta continẽtur.

arbor vento deiecta, non iam arboris nomen, ſed ligni magis continet.

arca eſt ſcrinium, *ſkrzyniá.* inde dicta, quòd fures arceãtur ab ea clauſa.

arcarius eſt arcæ præpoſitus, in qua domini pecunia cõdita eſt. *podſkárbi*

archiatri ſunt principũ medici. *wielkich pánow lekárze.*

archiepiſcopus, princeps Epiſcoporum, *Arcybiſkup.*

archigrammateus, ſcribarum princeps, qui Latinè Cancellarius dicitur, *Káncler.*

archimagirus princeps & magiſter coquorum, qui coquinæ præeſt. vnde etiam dicitur coquinæ magiſter. *Kuchmiſtrz.*

archimendrita. vide abbas.

archiſynagogus, princeps ſynagogę, *Szkolnik, przełożony bożnice.*

architectus eſt, ſtructorũ princeps, qui ædificiorum rationem comminiſci, & inſtruere didicit: ac graphicè hoc eſt, lineamentorum ductu, & vmbratili pictura eas formas deſcribere. *Budownik, mágiſter ſtuk.*

architectura eſt, ædificandi ſcientia. *Budownicka náuká.*

architriclinus, qui præeſt in conuiuio. *Stároſtá weſelny. Przełożony weſela. ſtárßy ábo rządźcá ná weſelu, ábo ná vczćie.*

archiuum dicitur grammatophylacium,

cium, ſiue chartophylacium, quod Latinè tabularium appellatur, quo loco publica inſtrumenta deponuntur, *Mieyſce gdźie kśięgi do położenia chowáią.*

arcus inter alia ſua ſignificata dicitur, pons lapideus, *ſklepiſty moſt, kámienny moſt.*

ardelio, homo inquietus, & omnibus negotiis ſeſe immiſcens, *Nátręt, wßędy był.*

area, locus in vrbe, ſine ædificio, *śiedliſko.* in ruſticis verò prædiis, locus eſt terendis frugibus & leguminibus aptus, *Boiſko.*

areator, qui aream purgat, & in ea frumentum triturat. *Młocek.*

areola Columelæ dicitur in campis & herbis eminentior terræ ſectio, in qua ſemina depanguntur. *Zagon w polu, grzędá w ogrodźie.*

are-

arena tenuiſsimus terræ puluis & aridus, *piaſek.*

arenarius, qui in arenam, hoc eſt in locum certaminum arena conſperſum pugnandi cauſſa deſcendit, ibiq; publicè pugnauit, etiam cum feris beſtiis, vnde & Beſtiarius quibuſdam dictus eſt, *ktory ſię z beſtyámi ná grách poſpolitych mocowal. Beſtiálnik,* qui infamis eſt Iuriſconſultis. *Bezecny zápáśnik.*

* areuga, concors & apta verborum ſententia, quę in priuilegiis arduorum negotiorum in principio ponitur. *ſłuſzne poczęćie przywileiá.* alii legunt arenga.

argentarii, campſores, ſiue menſarii & nummularii, à Græcis κολυβισαὶ & τραπεσῖται dicti. *Bánkierze ze Włoſká, wechſlarze z Niemiecká, zámieniácze pienięd3y.*

argētifodinę, ſunt loca in quib' argē-tum foditur. *Gorá w ktorey śrebro kopáią.* ſic, aurifodinæ, ſulphurifodinæ, arenæfodinæ, lapidifodinæ. &c.

* argula, *Niwá.*

argutus, ſubtilis & aſtutus, *chytry, wykrętny.*

argumentum, eſt ratio, quæ rei dubiæ facit fidem. Dictum verò quaſi argutum, vel quaſi argutè inuentum ad comprobandas res. *Dowod.*

arma, *broń wſzeláka.* armorū enim appellatio, non tantùm ſcuta, & gladios, & galeas ſignificat: ſed omnia tela, hoc eſt fuſtes & lapides.

arma bellica in Iure Saxonico dicūtur, res expeditoriæ. hoc eſt eæ, quæ neceſſariæ ſunt ad expeditionem bellicam, in vulgari *Hergeweth, woienna zbroiá. Ryſztunek.*

arma Clericorum, ſunt lacrymæ & orationes.

armarium, locus vbi libri & ſimilia reconduntur. *Olmária, Práſká.*

armentum & grex differunt. Nam armētum eſt magnorum animalium. vt equorum, boum, ceruorum, camelorum. *Stádo.* Grex verò minorum animalium eſt congregatio, vt caprarum, ouium, & porcorum. *Trzodá.*

arrha, vt ſupra dictum eſt in Ara, eſt id quod dari ſolet in contractus initio, quaſi pignus numerandi pretii. *Zadátek.* dicitur etiam arrhabo. Hinc verbum arrho, & ſubarrho, id eſt, arrham facio, vel per arrham obligo. D. Ambroſius: Anulo ſuo, ſubarrhauit me Deus. Sunt etiam arrhæ ſponſalitiæ. ſunt & qui ſcribant hoc nomen ſine aſpiratione. 242.

arestum, *záporwiedź, ſperunk*.147.
arrogare, *ſpoſobić*. arrogator, *ktory ſpoſabia*. 145.
ars est earum rerum quæ ſciuntur, *Náuká*.
ars magica, eſt legibus odioſa, *czarnokśięſtwo*.
ars mortiferá & odibilis, eſt ars balliſtariorũ, & ſagittariorũ, *ſtrzelectwo*.
artifex, qui per artus ſcientiam ſuam exercet, ſiue qui aptè opera inter ſe artat, hoc eſt, cõſtringit. *Rzemięſlnik*.
* artificina, eſt officina, *wárſtát*.
articulus dicitur capitulum, ſiue intentio in iudicio probanda. *Artykul*. Item iunctura, ſiue nodus, vel pars membri, *członek*.
As, cuiuſq; rei duodecim partes æquales ſimul ſumptæ. *Tużin, to ieſt, dwánaśćie częśći rowne, iákieykolwiek*

wiek rzeczy. reliquarũ verò aſsis partium, ſunt nomina hæc:

Vncia, eſt vna duodecima, dicta ab vno, *iedná vncya.*

Sextans, vnciæ duæ, quaſi ſexta pars aſsis. *ßoſta część tuſiná, to ieſt dwie vncye.*

Quadrans, vnciæ tres, quarta pars aſsis, *czwarta część tuſina, to ieſt, trzy vncye.*

Triens, vnciæ quatuor, tertia pars aſsis. *trzecia część tuſiná, to ieſt, czte-ry vncye.*

Quincunx, *Pięć vnciy.*

Semis, *Pułtuſiná.*

Septunx, *Siedm vnciy.*

Bes, vnciæ octo, quia deeſt triens ab aſſe, quaſi Des, vel Deſtriens.

Dodrans, vnciæ nouem, quia deeſt quadrans ab aſſe.

Dextans, vnciæ decem, quia deest ſextans ab aſſe.

Deunx, vnciæ vndecim, quia deest vncia ab aſſe.

Mos ergo fuit Romanis, quamlibet rem integram, tam minimam quàm maximam, aſsis tanquam totius appellatione contineri, & diſtinguere in 12. partes. Proinde Libra Romana, *funt lekárſki* vocatur as, quia conſtat 12. vnciis.

Vncia *dwá łoty*. ſemuncia, *łot waży*. vncia *lekárſka*, *dwá łoty złotá, to ieſt, śiedm czerwonych złotych Węgierſkich. Bo ieden łotważy pul czwártá czerwonego złotego Węgierſkiego.*

ſic numus æreus ſiue obulus, dicebatur As, quod conſtaret 12. vnciis, licèt ſatis exiguis. vnde Horatius:

Quem

Quem si diminuas, vilem redigatur ad assem.

Sic hæreditas frequenter diuidebatur in 12. partes æquales, & dicebatur As. Hinc illę locutiones: Ex asse hæredem fecit, *vczynił go dźiedźicem z tuźiná.* id est totius hæreditatis. Ex asse aufertur, quod vniuersum auferatur. hæres ex quadrante, *Dźiedźic z czwartey częśći tuźiná, to iest, ktory trzećią częśc ma dźiedźictwá.* &c. vnde versus:

As, obulus, pondus, as est possessio tota.

ascєterium, est domus sanctimonialium, sicut monasterium monachorum, in qua seruiunt Deo. dicitur ab ἀσκέω, hoc est exerceo mentem in cõtemplatione rerum diuinarum. *Klasztor mnißek.*

asceteriæ moniales sunt, quæ in orationibus se quotidie exercent, quas

vulgò appellamus inclusas. *Mnißki ábo Zakonnicзki.* sunt qui dicant asce trias psallere.

a secretis, pro secretario & consiliario ponitur. *Sekretarз.*

assatura, carnes assæ. *Piecзyste ábo piecзenie.*

assecla, id est seruus. *sługá зá pánem wßędźie chodżący.*

asserere significat, affirmare, approbare. *twierdźić.*

assessor vel adsessor, est quem Iudex sibi in decisione caussæ associat. *przysłuchácз, społem з Sędźiem śiedżący, y sądżący.*

assignare, *oзnámienić, okáзáć.*

assistere, id est cum aliis esse. *przy inßych stać.*

astitit termino. *dostał roku.*

asthmatic⁹, suspirios⁹, *dychawicзny.*

astru-

astruere, propriè est iuxta struere. *przybudywáć*. translatè ponitur, pro affirmare, ac probare. *Twierdźić, dowodźić, iśćić.*

astus, calliditas, fraus, dolus, fallacia, *chytrość, przewrotność.*

astutia, versutia. *wykrętność.*

astutus, versutus, cautus. *chytry, przewrotny.*

atauus 337. *Dźiad prádźiádá mego, ábo Prábáby moiey, ktorym ia iest trzeći práwnuk.*

atauia ibid. *Bábá prádźiádá mego, ábo Prábáby moiey.*

athletę propriè dicuntur gymnici, & ascetæ, & agonistæ, qui sine mercede virtutis gratia certamen instituunt. *Zápáśnicy, szermierze, rycerze.*

atnepos, atneptis. vide adnepos. 139.

atornati dicũtur, procuratores apud acta constituti. *Rzecznicy.*

atrium, primus in ædes aditus. *Sień.*
atriarii, siue atrienses, sunt serui & custodes atrii. *Strożе, wrotni, oddźwierni.*

attritus, dicitur afflictus, consumptus, exhaustus, imbecillis, vel fessus. *Zniſzczony, ſtárty.*

attestatio dicitur, dictum testis, quæ etiam appellatur depositio. *Zápiſánе świádectwo.*

auaritia. *Lákomſtwo.* est mater omnium errorum & malitiæ, rectum iudicium inuertens.

auarus. *Lákomy.* appellatur cœcus, & ambitiosus. quia excœcatur eius animus, vt agenda non videat, & à prohibitis non declinet. & dicitur quasi auidus æris.

auctio, est vēditio quædam in publico ac loco celebri, per augmentum precii.

precii. *Przedawánie, przez podwyższenie płacey nád onę ktorą iuż dawano, zá tę rzec.* & hinc auctionari, est publicè & sæpè sub hasta vendere. *Przedáwáć podwyższoną ceną, ktore przedawánie v Rzymian bywáło, pod drzewem ábo drzewcem.*

auctarium dicitur illud, quod super mensuram vel pondus iustum adiicitur. *Przyczynek, Przydátek*, przy-*dawek.*

auctorare, est cingulo militem, aut ordinibus clericum decorare. *Pásowáć ná rycerstwo, ábo święćić.* vel sic: auctorare, sacramento adigere milites, vt militent sub duce.

auctoratus, id est obligatus.

auctoramentum, est obligatio illa qua obligantur milites. Inde exauctorare, insignia militaria detrahere. *Degrádowáć.*

au-

auctoritatem præstare, significat approbare id quod agitur. *Potwierdźić, confirmowáć.*

audientia, facultas & potestas loquẽdi corã superiore alicui concessa. Prout dicimus: Data est illi audientia. vel: Denegata est illi communis audiẽtia. *Niechćiano go słucháć.*

auditorium, locus est vbi artium ministræ, Philosophia, legesq; docentur. *Lektorium.* est quoq; auditorium forum caussarum, vel locus in quo caussæ audiuntur. *Konsistorz.*

auditor est discipulus. item auditor, iudex caussarum in curia Romana, & dicitur auditor sacri Palatij.

auellere, est auferre violenter, vel exstirpare. *Gwałtem odiąć.*

auiaria dicũtur loca nemorosa & secreta, quæ auibus abundant. *Ptászynce.* vel

ce. vel sunt secreta nemorum, quæ aues frequentant.

*auisare, est significare, certiorem facere, reddere certiorem, declarare. hinc auisatio. *oznaymienie.*

aula, principis domus, hoc est regia. *Zamek ábo páłac krolewski, Dwor.*

aulæum. *ßpaleri, oponá.*

aulicus, quod ad aulã pertinet. *dworski.* & substantiuè, asiduus aulæ sectator. *Dworzánin.*

aura quatuor significat, aërem, splẽdorem, ventum, & fauorem.

auricularius, secretarius, vel consiliarius domini. *Sekretarz, zaußnik.*

auriga, qui quæuẽ currum regit. *woznicá, furman.*

aurora, diluculum, quod ante solis ortum. *zorza.*

aurum. *Złoto.* preciosissimum omnium

nium metallorum, quia solùm inter metalla in igne nihil deperdit durante materia, etiam in incendiis rogisq;. Quinimò quò sæpiùs arsit, proficit ad bonitatem.

aurum coronarium, quod confertur ad coronationes principum.

aurum coronatorum, quod datur athletis.

aurum publicum, quod ærario publico infertur.

auri illatio. dicitur aurum illud quod infertur à collatoribus, vt lancibus vel libramentis librarum appendatur.

auriponderator, qui ponderibus publicis præest. *Wažnik.*

aureus numus, in legibus accipitur pro solido, qui valet 12. argenteos. & octoginta numi aurei, constituunt libram auri. *funt złotá.*

auspi-

auspicium iuris, idem est quod exordium litis. *Początek práwá.*
authenticum est, quod vulgò originale dicimus. Et exemplum testamenti, ab authentico distinguitur. Nam quod inde describitur dicitur exemplum. Galli pragmatici copiam appellant. *Przepis, tránsumpt, kopia testámentu.* Hinc
authentica scriptura. *ważne pismo.*
authentica persona. *Poważna personá.*
athentica, vulgus interpretũ & pragmaticorum vocat, quæ τὰς ΝΕΑΡΑΣ & Nouellas constitutiones Iustinianus appellat. vide pagina 9.
authographum. *Rękąpis, własney ręki pisánie.*
authorari, authoritas. vide auctorari.
auunculus. 341. *Wuy.*
auun-

auunculus magnus, *stáry wuy, moiey bábki brát.*

auus. 336. *Dźiad, oćiec rodźicow,*

auia. 336. *Bábi, mátká rodźicow.*

auxilium iuris, est suffragium & beneficium iuris. *Pomoc práwá.* Prout dicitur. contra hæc, prodita sunt iuris auxilia.

auxiliarii, vel auxiliatores dicuntur, qui præstant auxilium in rixa ad maleficium patrandum. *Pomocnicy, buntownicy.*

B.

*Babatum, calceus equi, vestigium equi Plinio. solea ferrea Catullo. *podkowá.*

baccæ, sunt fructus minutiores diuersarum arborum. vt Baccæ lauri, *Bobki.* Baccæ oliuæ, *Oliwki, oliwny owoc.*

baccalaureos, magiſtrorum nomine contineri, ait Alciatus. A bacca laurea nomen ſumpſiſſe videntur. Hi à Iuſtiniano Lyræ vocantur.

baiulare, eſt ferre ſeu portare in ſuo corpore. *Nośić ná ſobie.*

baiulos dicebant antiqui, quos nunc dicimus operarios. *Robotnicy, mixſtatnicy, ſákinowie, trágárze.*

Balineum, & balineæ, balinearum. idem quod balneum, & balneæ balnearum. *Láźnia.*

*baliuus Gallica dictione, dicitur præpoſitus, qui de cauſsis capitalibus & ciuilib⁹ cognoſcit. *Vrzędnik.* hocq́; nomine iuſtitiari & locorum rectores & Iudices temporales ac ſęculares cōtinentur.

balliſta, machina eſt, qua ſaxa iaciūtur vel ſagittæ. *Kußá.*

ballistarii & Græco more ballistrarij qui balistis vtuntur. *Strzelcy*. vel qui balistas faciunt. *Sámostrzelnik*.

balluca publica vtilitas. *Pospolity pożytek*. est enim aurum, quod nuper effosum est è terra.

balneum siue balineum. *Láźnia*.

balneū & balneæ sic differunt, quod illud priuatum, hæ publicæ. Balnea autem & balneas, vt cæteri Latini auctores, ita & Iurisconſ. promiscuè dixerunt.

balneator. *Láźiebnik*.

*bancus. taberna numularia. *Bánk, kram, ábo budá. w ktorey zámieniácze pieniędzy śiadáią*. vide, argētarii.

*banneum salis. *Báłwan soli*.

bannus siue bannum, est præconium siue edictum publicum. *Obwołánie, opowiedzenie, zapowiedź*. vnde banire

nire eſt edicere, *zápowiedźieć*, vel pro ſcribere, *wywołáć.*

bannitus, exſilio damnatus, ſiue proſcriptus. *Wywołániec.*

BANNITI ſecundum Ius Municipale dicuntur, qui ad ſedem iurauerunt ſcabinalem. *Przyśiężnicy.*

bannire iudicium. *Gáić ſąd. to ieſt, ſąd wárowáć pod winą krolewſką.* Etenim Bannus Regius, eſt Regia coercitio vel pœna. *winá krolewſka.* vnde, ſub banno regio iudicare, non eſt aliud, niſi ſub Regis coactione vel iuramento, aut ſub homagio Regi præſtito, iudicium exercere.

bannitorum prouincia, eſt ſua ſedes ſcabinalis. *Láwnicza ſtolicá.*

bannitorium. vide auditorium in ſecunda ſignificatione.

*barones, ſunt optimates. *Przedniæ Szláchtá.*

basilica ἀπὸ τοῦ βασιλέως. hoc est à Rege dicitur. estq; propriè Regia, seu palatium Regis. *Pálac krolewski.* & inde dicitur quælibet Ecclesia, Basilica, quia est palatium Regis æterni. Proinde & loca ampla, ac publicis vsibus accommodata, in quo negotiationis consilia & iudicia exercentur, Basilicæ nominantur.

basilinda, lusus est, cùm ducta sorte aliquis fit rex, & is aliquid laboriosum ministro, qui sorte pariter obtigerit, imperat. quod Poloni vulgò dicunt: *Grác krolá.*

* baucalium, vas vinarium. *Bukal, winny dzban.*

bellum dicitur à belluis, quæ mutuo se laniatu conficiunt, quod ratione & oratione careāt. Hanc etymologiam approbat Cicero libro 1. Offic. dū scri-

ſcribit: Nam cùm ſint duo genera decertandi: vnum per diſceptationem, alterum per vim: cumq; illud proprium ſit hominis, hoc belluarum: confugiendum eſt ad poſterius, ſi vti non licet ſuperiore. Quare ſuſcipienda quidem bella ſunt. &c. Et bellũ, tum ipſa pugna, tum ipſum tempus quo in militia ſumus dicitur. *Woyná, walká.* Prelium autem tantummodò armorũ certamen dicitur. *Potyczká, bitwá.* bellica expeditio. *woienna wypráwá.*

belua, vel potiùs bellua, immanis beſtia. *ſrogi źwierz ábo beſtia.*

beneficium dicitur à benefaciendo, quia benefacit poſsidenti.

beneficium Eccleſiaſticum, *imienie duchowne*: non poteſt licitò ſine inſtitutione Canonica obtineri.

beneficiarius, qui beneficiũ accipit.

beneficiatus, qui beneficium habet, ſeu qui feudi beneficio affectus eſt.

benna, genus eſt vehiculi. *káretá, károcá.*

Bes. vide As.

beſtia, fera, non manſueta, crudelis, ſilueſtris. *Dźiki źwierz, leśny źwierz.*

beſtiarij. vide arenarius.

biarcha. *Przełożony nád żywnośćią.* qui præeſt comeatibus vitæq́ue neceſſariis cõparandis. βίος enim Græcis, non modò vitam, verùmetiam victũ ſignificat. ἀρχὸς verò, princeps ſeu præfectus dicitur.

biarchia, munus ipſius.

biblia, bibliorum, plurali numero. *Biblia, to ieſt, kśięgi święte ſtárego y nowego zakonu.*

bibliographus, librarius. *ktory kśięgi przepiſuie.*

bibliopegus, librorum compactor. *Introligator.*
bibliopola, librorum venditor. *Xięgźnik.*
bibliotheca, locus vbi reponuntur libri. *Librária, Xięgárnia.*
bidellus, gymnasii custos. *Bedel, ábo Sápienty.*
biduum quandoq; pro die vno, quãdoque pro duobus interpretari solet. *dwá dni.*
biennium, spatium duorum annorum. *dwie lećie.*
bifinium dicitur locus, vel diuisio, inter duos fines. sicut trifinium. dicimus enim quadrifinium, & diuersifinium. id est diuisio inter diuersas terras. *Pomiedze.*
bigamus, qui diuersis temporibus & succesiuè duas legitimas habuit vxo-

res, vel qui viduam duxit, aut corruptam. *Dwożenia.*

bigamia. *Dwożeństwo, dwo żon, ábo wdowy poięćie.*

bissextus siue bisextus, dies qui quarto quolibet anno interseritur, vnde annus bissextilis. Bissextus autem dicitur, quasi bis sextus. quia duobus continuis diebus, hoc est die 24. & die 25. Februarij bis dicitur. sexto Kalendas Martij, duos dies pro vno computando. vnde qui natus est Bissexto Kalendas, nihil refert, vtrum priore an posteriore die natus sit, inquit Celsus, cùm illud biduum, pro vno tãtùm die habeatur.

blasphemare, maledicere Deo, vel superiori, & dignitati alicuius derogare. *Bluźnić, źle mowić, cźći komu vwłacźáć.*

bona intelliguntur cuiusq; , quæ deducto ære alieno supersunt. *Dobrí, imienia.* & bona ex eo dicuntur, quòd beant, hoc est beatos faciunt. beare enim, est prodesse.

bona propriè dici non possunt, quæ plus incommodi quàm commodi habent. & bonorum appellatio sicut hęreditatis, vniuersitatem quandam ac ius succesſionis, & non singulas res demonstrat.

bona caduca in iure dicuntur, quæ deficiente eo, cui iure ciuili debebantur, in alium ceciderunt, & talia spectant ad fiscum, non ad ciuitates, etiam priuilegia habentes. Hæc Græcis ἀκληρονόμητα dicuntur, quia nullo modo habent hæredem. *Opuśćiáłe imienie, ábo odumárłiná, káduk.*

bona mobilia, & se mouentia, idem sunt. *Ruchome dobrá.* Gg 5

bona immobilia. *Dobrá ſtoiące, nieruchome.*

bona vacare, eſt ipſa dominum non habere. *Puſte imienie.*

bonæ ſidei poſſeſſor. *Dźierżawcá ſpráwiedliwy.*

bonæ ſidei emptor eſſe dicitur, qui aut ignorauit eam rem quam emit alienam eſſe, aut eum qui vendidit ius putauit vendendi habere, puta procuratorem aut tutorem eſſe. *Kupiec ſpráwiedliwy.*

bonorum poſſeſsio. *Dźierżáwá imienia.*

bonorum poſſeſſor. *Dźierżawcá imienia.*

bos cornupetens, qui cornibus pungit. *wol bodząćy.*

boues, non continentur ſub appellatione iumẽtorum, ſed pecudum vel armentorum. bra-

brachialia, ornaměta circularia brachiis circumdari solita. *Mánele.*

brephotrophium, locus, domusué, vbi infantes, recentesq; partus expositi, aut egentibus parentibus nati alebantur. Βρέφος enim infantem, fœtũq; recens editum significat. *Szpital dźiećinny.*

brephotrophus, gubernator infantium pauperum & orphanorum. *Szpitálny oćiec.*

brocardica materia dicitur, quæ est contrariarum opinionum rationibus inuoluta. *Trudna rzecz.*

buccellarij, equites cataphracti per Orientem in exercitu Romano. *Kiriśnicy.* quibus quidem, postquā missionem accepissent, latrocinari, & rapto viuere licebat. vnde eos latrones interpretatur Albericus, qui ponunt

in ore

in ore captiuorum lignum vt non clament. *Lotrowie.*

bulla, ſigillum Papæ, vel litteræ quas dat Papa. *Bulá.*

Burgrabius, *Burgrábiá.* vide pagina 13. alii legunt Burgrauius, qui eſt arcis præſidiiq; comes. Item Iudex.

C.

Cachinnus, ſolutus riſus, riſus immoderatus, à ſono riſus fictũ vocabulũ. *chechotánie, niezmierny śmiech.*

cachinnator, qui diſſolutè ridet. *chechotácƺ.*

cacumẽ, sũmitas cuiuſq; rei. *wierƺch.*

cadauer, corpus mortuum, à cadendo dicitur, quod poſt mortem ceciderit. *Trup, ściérw, ƺdechliná.*

cadere cauſſa, antiquis dicebatur, pro eo quod nunc dicimus, cauſſam litemq; perdere.

caduca bona, quæ ex aliqua caussa in fiscũ cadunt. vide supra, bona caduca.

caducum legatum erat, relictum sub conditione: qua deficiente, vel viuo, vel mortuo testatore, cadebat & redibat vel ad testatorem viuum, vel ad substitutum, aut coniunctum, eo mortuo. *Vpádłe odlecenie.*

caduceatores, legati pacem petẽtes, à caduceo seu virga quam manu tenebant. dicuntur eo nomine pacificatores litis. *ći ktorzy pokoy czynią. Pokoy czyniący.*

cædere arborem est, non solùm succidere, quod est securi totam arborẽ crebris ictibus excidere. *wyrębáć*. sed etiam ferire, aut vulnerare, aut cædere ex parte, *podrębáć, podćiąć.* Cingere arborem, vetustè, pro illam in orbem deglabrare, seu delibrare. *odrzeć z sko-*

z ſkory. ſubſerrare arborem, eſt ſerra ſecuiſſe. *podetrzeć, poderznąć.* & arbores furtim cæſæ dicũtur, quæ ignorante domino celandiq́ue eius cauſſa cæduntur.

cædes, mors ferro, aut alia vi illata, præſertim ab eo qui occidere aut ferire volebat. *Zábićie, mord.*

cælebs, qui non habet vxorem, quod etiam ad feminam refertur, quæ virũ non habet. *Bezżenia, nieżonáty, niemężátká.*

cælibatus, vita ſine viro, aut vxore, ἀγαμία. *Bezżeńſtwo, ábo czyſtość.*

cæmentum, ſunt lapides rudes & informes, quibus vtuntur ad farturas operum. *Rum, opoki.*

cæmentarii, ſunt ædificiorum quæ ex lapidibus fiunt ſtructores, quos fabros murarios appellant. *Mulárze,*

ábo

ábo Murárze, iáko ich ſtárzy zwáli.
cæremoniæ ſunt externi in ſacris ri-
tus moresq́;. *Obrzędy kościelne.*
cæſo, fœtus ex vtero materno exci-
ciſus. *wyprotek.*
calamitas, grando quæ calamos cõ-
minuit. Item miſeria & infelicitas. *nę-
dzá.* &, Calamitas patris non debet
nocere filiis.
calcitro, vel calcitroſus equus, qui
ſolet calcibus ferire, id eſt, pedibus re-
trò ſe percutere. *wierzgáiący koń.*
calculus, propriè eſt lapillus terræ
admixtus, rotundus, atq; omni parte
leniſsimus. *kámyczek gładki.* Dictus
autem calculus, quòd ſine moleſtia
quandoq; pedibus calcatur. Huic con-
trarius eſt ſcrupus, lapillus minutus,
ſed aſper. *chropowáty kámyczek.* qui
ſi inciderit in calciamentum, nos læ-
dit,

dit, pressusq́; dolorem creat. vnde & molestiam animi dicimus scrupulum, & scrupea saxa, id est aspera. Quoniam autem veteres per lapillos computabant, qui calculi dicuntur: idcircò calculus, pro ipso computo seu computatione accipitur. *Ráchunek.* & calculis numerare. *Licʒmany ráchowáć.* vnde Persius:

Hunc Macrine diem numera, meliore lapillo.

Nam diem boni successus numerabāt lapide albo: mali autem, lapide nigro.

calculus autem translatitiè, pro suffragio & sententia definitiua sumitur. vt apud Græcos ψῆφος. calculis enim olim Iudices ferebant sententiam. albis absoluebant: nigris condemnabāt.

calculare est rationem facere. *ráchowáć, cʒynić licʒbę.* Hinc

calculator. *Ráchmistrʒ.*

cal-

*caldarium. *Koćiel.* caldar Italicè, ahenum Latinè.
calendæ. vide Kalendæ.
callidus, fallax, ſeu aſtutus. *chytry.*
calliditas, dolus adhibitus tacendo, vt ſcribit Accurſius. *chytrość, przewrotność.*
calua, Plinio, caluaria, Celſo, cranium. *czáßká, to ieſt kość głowna, po ktorey ſkorá włoſámi poraſta.*
caluities. *łyśiná.* caluus, *łyſy.*
calumnia, malitioſa & mendax infamatio. *Potwarz, fałßywe oſławienie*
calumniæ pœna, eſt eadem vel ſimilis, quæ imponeretur accuſato, ſi conuictus fuiſſet de crimine.
calumniari, eſt falſa crimina ſcienter intentare. *Potwárzáć, fałßywie ożáłowáć.*
calx, eſt ferrumen cęmẽtorũ. *wapno*

calx harenato lita, vel intrita. *zácżynione wapno do murowánia.*

calx vda, qua dealbatur paries. *wapno do bielenia.*

calx viua, *niegáßone wapno.*

caminus, ſtructura quæ fumum excipit, vel locus in quo ignis ſtruitur. *Komin.*

campus, planicies terræ. *Pole.*

campiductor, id eſt capitaneus exercituum. *Hetman.*

cancellarius. *Kánclerz.* cancellare. *wymázáć, wypiſáć, przekreśić.*

canicies, eſt albedo crinium generata ex malis humoribus. vel canicies eſt ægritudo capillorum incurabilis. *śiwizná.*

canis, animal domeſticum ſatis notum. *Pies.*

canon Græcè, regula Latinè. *Prá-*

widlo,

widło, liniał. Canon etiam dicitur, omnis Ecclesiastica constitutio, vel statutum in concilio generali editum. *vstáwá duchowna.*

canonum quidam sunt latæ sententiæ, quidam ferendæ. Canon latæ sententiæ est, vbi sententia excommunicationis est lata per ius. Canon ferendæ sententiæ est, vbi requiritur quod Iudex vel homo ferat sententiam.

capitale odium, quod caput & vitã petit alterius. *Głowna nienawiść.* Itẽ capitalis inimicus, qui caput alterius petit.

capitalis morbus, capitale suppliciũ.

capitalis autem homo, capitale vitium, capitale peccatum, propter quod caput cõmittẽtis peti debet ad pœnã.

capitis diminutio, est prioris status commutatio. *odmiáná stanu.* & po-

nitur hîc caput pro ſtatu. 299.

capitatio, tributum quod pro capite præſtatur. *Pogłowne.*

capite cenſeri dicuntur, qui dant cē-ſum pro capite. *od ktorych wybierá-ią pogłowne.*

capitulum, eſt ipſum canonicorum collegium, & ipſi Canonici congregati. *Kápitułá.*

caprarius, cuſtos exercitorq́; caprorum. *kóźi ſtróż, kóźiarz, kóźi páſtuch.*

capſa. *ſkrzynká, ßkátułá, pudło, torbá zámczyſta.*

capſella caſeorum, ouorum, vel huiuſmodi. *kobiel, kobiałká, koßałká.*

capſarii dicũtur veſtimentorum cuſtodes in balneis. *zuwácze.* Item portitores librorum ad ſcholas. *chłopiętá ktorzy zá panięty kśięgi w workách noßą.*

captio,

captio, id est deceptio. *Podeśćie, oßydzenie, omylenie.*
captiosus, dolosus, deceptor. *oßust, omylá.*
captiuitas. *więźienie, ięctwo.*
captiuus, qui bello captus est. *Poimániec, ięty, więźień.*
capulus est manubrium gladii, quod manu capitur. *Jedlcá.*
carcer, est locus vbi rei clauduntur. vel carcer est mala mansio. *Târáz, kletká.* Et carcer mulierum separatus esse debet à carcere virorum. Et nemini licet priuatum carcerem habere, vel exercere præterquam magistratui. cõtrarium facientes, tanquam Imperialis maiestatis violatores, vltimo supplicio percellentur. 183.
Cardinales in Ecclesia sunt, circa quos Christi fides vertitur. sicut enim

cardine oſtium regitur: ita Eccleſia bono eorum cõſilio. *Kárdynałowie.*

carnifex, tortor, lictor, qui carnes ex hominibus facit. *kát, oprawcá, máłodobry.*

caſsis, pro reti vel laqueo, maſculini generis eſt, & genitiuum habet ſimilẽ nominatiuo. *Zwierzęca śieć. łápká też.* At caſsis huius caſsidis penultima breui, pro galea, feminini eſt generis. *Szyßak, helm, przyłbicá.*

* caſſula fæni vel frumenti. *kopá śiáná ábo zbożá iákiego.* Sexagena nummorum, *kopá pieniędzy.*

caſtaldia, gubernatio dicitur, qua domini res gubernantur. *Vrzędnictwo.* Caſtaldi enim gubernatores vel vicedomini. Itaq; erát caſtaldo non abſimilis procuratori & actori poſſeſſionum omnium. *Sprawcá, rządźcá.*

Et

Et erat velut œconomus quidam, cui res dominica gubernanda committebatur, inſtar œconomi Eccleſiaſtici, qui & Guardianus & Cuſtos dicitur. *Gárdian, Kuſtoß.* Villicus enim ſeu *Włodarius* dicitur, qui fructibus percipiendis præponitur. *Włodarz.*

caſtratus, cui virilia exciſa ſunt. *rzezániec, kleßczeniec.*

caſtrum in ſingulari, eſt domus muro aut vallo, aut foſsis vallata. *Zamek, Grod, twierdza.*

caſtra in plurali, eſt locus vbi exercitus manet. *Oboz.*

caſtrenſis Iudex. *Grodzki Sędzia.*

caſtrenſe peculium eſt, quod à parẽtibus vel cognatis, in militia degenti donatum eſt. vel quod ipſe filius familias in militia adquiſiuit, quod niſi militaret, adquiſiturus non eſſet. *Státek*

y wysługá żołnierska, ábo rycerska. Peculium quasi castrense, quod adquirunt Grammatici, Patroni, Medici, Notarii, Procuratores. quia sunt quasi milites.

casus, est inopinatæ rei euẽtus, *przygodá.* item dicitur lapsus. *vpad.* & casus in terminis, est exemplum seu narratio facti vel rei. *Przekład spráwy, sposob rzeczy.*

cathalogus. *Poczet, liczbá, Metryká.*

cathedraticum est, quod clerici Episcopo suo cathedralis honoris caussa pendunt, quod & synodaticum quibusdam appellatur. estq; subiectionis, vel obediẽtiæ symbolũ. *Biskupizná.*

catholiciani dicuntur scribę, qui circa magnos principes vel alios magnos iudices actis gestisq; conferendis deputati

putati ſunt. Hi quandoque vocantur Scriptores, Notarij, Libellenſes, Memoriales, Pragmaticarii, Epiſtolares, Exceptores. *Piſárze.*

cauere eſt, proſpicere, prouidere. *opátrzyć.* aſſecurare, *vbeſpieczyć, vpewnić.* Promittere, *przyobiecáć, opráwić, opprávve vczynić.* conſulere, *dorádźić.* cauere de rato ſolet Procurator actoris, id eſt promittere, rem firmam & ratam ſuum dominũ principalem habiturum, ſi dubitatur de eius mandato.

cautio, prouidentia vel prouiſio, aſſecuratio, promiſsio. *Zapis, opráwá, vpewnienie.*

cautione opus eſt, id eſt prouidendum eſt. cautum eſt, id eſt prouiſum eſt. vt lege cautum eſſe, ne quis adulteretur.

cautio nuda, est simplex promissio verbis facta, *przyrzeczenie słowem.*

cautio sufficiens & competēs est fideiussoria & pignoratitia.

cautio Canonica, dicitur obligatio facta sub censuris Ecclesiasticis.

cautus, prouidus, circūspectus, qui scit cauere. *Opátrzny, bácżny.* Incautus, qui nescit cauere. *Nieopátrzny, niebácżny.* cautum est nomen generale ad omnem casum pertinens, siue intelligatur cautum esse personis, hoc est fideiussoribus, siue rebus, hoc est, pignoribus datis.

cautela pro cautione. *Przestrogá, opátrzność, doyźrzenie spráwy.*

cauillare & cauillari vtroque modo dicitur, pro calumniari & scienter falsum dicere. *Potwárzáć, chytrze postępowáć.*

cauil-

cauillatio eſt ſubdola ratio, quam aliquis conſcius ſibi mendacii, vincendi tamen caußa profert. *chytry poſtęp á dowod.*

cauillus, irriſio iocoſa. *Kunßt, žárt.*

caupona, vulgò taberna, vbi vendũtur res præſertim eſculentæ ac potulentæ. *Kárczmá, gośćinny dom, oſteria, wircauß, kárwáſer.* vnde caupo qui cauponas exercet, *kácżmarz.* & cauponari, *w gośćinnym domu ßynkiem ſię báwić.*

caupones & ſtabularios eos intelligimus, qui cauponam aut ſtabulum exercent, vel eorum inſtitorem vel miniſtrum.

cauſſa, vt quidam exiſtimant à caſu dicta eſt, quòd initia & origines rerũ quæ cauſſæ ſunt, caſu in iudicium veniũt. *Rzecz o ktorą ſię ſpráwá toczy.*

cauſſæ

caussæ fauorabiles sunt quatuor, scilicet de libertate, matrimonio, dote, & testamento.

caussæ autem omnium rerum sunt quatuor: Efficiens à qua fit. Materia, ex qua fit. Forma, per quam est. Finis propter quem fit. Caussa minima est duorum aureorum. vel est illa quæ nõ sufficit ad sumptus iudiciales. & pro ea non datur, actio de dolo. At caussæ maiores dicuntur, quæ reseruatæ sunt sedi Apostolicæ; suntq; meri Imperij.

caussari, est caussam rei gestæ adferre, & excusandi gratia adferre impedimenta. *wymowki czynić.*

cauterium, ferrum quo inuruntur damnati. *źelázo ktorym pryskuią.*

cauteriatus, est cauterio vstus. *pryskowány, cechowány.*

cedere actioni, est ius actionis mihi compe-

competentis transferre in alium, vt eo loco mei vtatur. *ſpuśćić ſwe práwo inßemu.*

cedere bonis, eſt renunciare bonis vniuerſis, ob conflationem æris alieni, ad inſtantiam creditorum, quādo quis non eſt ſoluendo. *odſtępić imienia.*

cedere diem debiti vel obligationis, eſt incipere diem debiti vel obligationis. Pono exemplum: Debes mihi ſoluere centum, in feſto S. Ioannis Baptiſtæ. Adueniente huiuſmodi feſto, dicitur cedere & incipere, ſeu venire dies debiti.

ceſsio eſt iuris & actionis tranſlatio in aliū. *odſtępowánie práwá inßemu.*

ceſsionarius, is eſt in quem transfuſa eſt obligatio. *ten ktoremu práwo wzdáwą ábo ſpußcʒą.*

celare, eſt quando quis vult ignorare, ad

re, ad quem ea res pertinet, alicuius emolumenti caussa. quo casu criminaliter tenetur. *kryć cudzą rzecz.*

cella, à celando dicta, quòd in ea celentur, quæ esse volumus occulta. ponitur pro cubiculo & pro repositorio, in quo res esculentæ & potulentæ reponi solent. *Komorá, piwnicá, śpiżárnia.* vt cella vinaria quæ propriè apotheca dicitur.

cellarius, qui cellæ penuariæ præpositus est. *Piwniczny, klucznik.*

cenotaphium, inane sepulchrũ. *prożny grob.*

censere, est constituere & præcipere. *vstáwiáć, przykázowáć.* vnde etiam dicere solemus. Censeo hoc facias. & Senatũ aliquid censuisse. *vchwalić, vstáwić.* atq; inde Cẽsoris nomen videtur esse tractum.

censi-

censiti dicuntur ij qui censum præbent. *czyńßownicy, płátownicy.*

censitor, census elector. *wybierácz czyńßu.*

censores dicti, ad quorum censionẽ, id est arbitrium cẽseretur populus, vnde censoria iudicia, & censura. Censorum munus & dignitas. At censuræ Ecclesiasticæ appellatione continetur: Suspensio, interdictum, & excõmunicatio.

census, est præstatio tributi, vel est annua pensio, quæ de prouentibus rerum immobiliũ datur. *czyńß, płát.* 505

cẽturia, centum continet homines, qui sub vno centurione sunt. *Setnia rotá we ſto koni, ktorey rotmistrz iest Setnik.*

ceroferarij, sunt quos Græci Acolythos vocant. *Akolitowie, świeconośce, kádźilnicy.*

cer-

certamen modò pugnam & contentionem ſignificat, modò rem de qua certatur. *Bitwá, boy.* certatio verò, eſt ipſa contentio, quæ & concertatio dicitur. *Spor.*

ceruiſia ſeu potiùs cereuiſia, quòd Cereris vis ſit in ea. *Piwo.* hanc vim appellatione cõtineri negat Vlpianus. confici enim eam ex frugibus Plinius cap: 25. lib: 22. ſcribit.

ceſsio & ceſsionarius. vide ſuprà cedere.

ceterorum & reliquorum appellatione, etiam omnes continentur. *Jnßy, wßyſcy.*

charitas cum aſpiratione eſt, amor in homines tantùm. *Miłość, łáſká.* caritas ſine aſpiratione exuberans rei alicuius precium, ex penuria ferè annonæ proueniens. *Drogość, drożyzná,*

zná, glod. sed hæc differentia à recentioribus refutatur. Nam & caritas pro amore & pro exsuperãtia precii ab iis sine aspiratione scribitur, quòd vtręq; sint Latinæ dictiones.

Chirographum, scheda, seu scriptura propria manu scripta. *Cirográf, schuldbriff, swey ręki napis.*

chlamys, chlamydis, est vestis militaris. *żolnierska ßátá.* sicut purpura Regum, stola sacerdotum, toga aduocatorum, birrus rusticorum vel custodum, cuculla monachorum.

chronica chronicorum, historiæ tẽporum. *Kroniká.*

cibaria domestica dicuntur, quæ vir ad necessitatem domus pro vno anno comparauit. *Pokármy, żywność domowa.*

cimeliarchium, locus in Ecclesia vbi

κειμήλια reponuntur, hoc est res sacræ, & donaria ritè ad ministerium Dei dedicata: cuiusmodi sunt vasa, vestes, & similia precio magno habita. *Skárbnicá.* Hinc

cimeliarchæ, qui ceimeliis curandis præsunt. *Podskárbiowie kośćielni.*

cinctorium. *Szorc, podpaská.*

circulus. *Rynek.*

circumferentia, ambitus extremus cuiusq; rei, *okrąg, obod.*

circumstantia, actus ipse circũstandi, *okolicznosć.*

cisterna, aquæ pluuiæ receptaculum infra terrã. *studnia z dżdżowych wod.*

citatio vocalis, *dánie roku.* citatio literalis, *listowny pozew.* citatio realis *poimánie ná gorącym vczynku.* vide pag: 51.

ciuis est, qui in aliquam ciuitatem

scriptus

ſcriptus eſt, & ſecundum eius iura ac mores viuit. *Mieſzczánin.*

ciuitas, eſt congregatio ciuium in vnum quemlibet locum, iure certo & moribus receptis inter ſe habitantium. *Miáſto.*

clam facere videtur, qui celauit aduerſarium, neq; ei denunciauit: ſi modò timeat eius controuerſiam, aut debuit timere. *Táiemnie czynić.*

clam poſsidere, eſt occultè poſsidere. *Potáiemnie dźierżeć.*

clandeſtinũ coniugium, quod occultò contrahitur. *pokątne małżeńſtwo.*

clamor iudiciarius, eſt inchoatio quærelę, ſeu actionis. *poczęćie ſpráwy*

clauſtrũ. *zamek, kłotká, klaſztor.*

clericus dicitur à Græca dictione κλῆρος, quæ Latinè ſors interpretatur, quia in ſortem Domini electi ſunt.

cliens, correlatiuum est patroni. Qui enim in fiducia & tutela est alicuius patroni, ille eius cliens est. *służebnik dobrodźieiá y Pátroná swego.*

cloaca, vt definit Vlpianus, est locus cauus, per quem colluuies quædã fluat. *kloáká, prywet, wychod, potrzebne mieysce, stok plugastw.*

clypeus militaris in iure Saxonico & Maydeburgensi, nihil aliud est, nisi distinctio militiæ, seu insigne nobilitatis, quod & arma vocant. *Herb.*

clyster, vel antiquè cluster, apud Vlpianum, instrumentum, quo ad proluenda ventris incremẽta sedi inseritur. *kánná z pęcherzem do krysterowánia, śikawká do krysterowánia.*

coætanei, qui eadem ætate vixerũt. *społu rostący.*

coactio sumitur etiam pro compulsione,

ſione, quæ voluntati contraria eſt. *przypędzenie.*
cocus vel coquus, qui cibos coquit. *Kucharz.*
codicilli, *ſpiſek teſtámentu.* 203.
cœnaculum, locus ad cœnandū idoneus. *Wiecżernik.*
cœnipeta, qui frequēter alienas cœnas petit.
coërcere aquam, eſt continere ſic, ne defluat, nec dilabatur. *ſkróćić á powśćiągnąć wodę.*
cognati appellati ſunt, quaſi ex vno nati, vel ab eodem orti, id eſt progeniti, & qui quaſi commune naſcendi initium habuerint. *Przyrodzeni.*
cognoſcere inſtrumenta, eſt ipſa relegere & recognoſcere. *Przecżytáć y przeglądáć minuty.* diſtinguere autē inſtrumēta, eſt cōferre data & accepta

colaphus, verberatio quæ fit pugno clauſo. *pieśćią vderzyć ábo kłykćiem.* Alapa autem datur manu extenſa, *policzek, pogębek.*

collatio, *podawánie.* collator, patronus. *podawcá.*

collegarum appellatione ij continētur, qui ſunt eiuſdem poteſtatis & officij. *Towárzyſze ná vrzędzie.*

collegium dicitur, cōgregatio eorū, qui ſimul habitant. quia ſimul colligunt, vel colliguntur. Cùm itaq; plures ſimul collecti cohabitant, corpus conſtituere dicuntur: quod corpus Collegium vel Vniuerſitas appellatur. Sunt autem omnia collegia illicita, niſi quæ probantur licita.

Sciendum eſt, tres perſonas conſtituere collegium, ſicut duo faciunt cōgregationem, populum decem, turbā vigin-

vigintiquinque, gregem quinq; porci, vel decem oues.

collegiati, aliqui de collegio vel artificio, veluti pistorum, sutorum, fabrorum, monachorum, & aliorum. Et dicũtur collegiati à collegio, sicut priuilegiati à priuilegio.

color. *Fárbá, fortel.*

colon⁹. *mießkániec, obywátel, kmieć*

collusio, est sinistra, subdola, & fraudulenta machinatio seu prætẽtio, quo aliquid cumulatur quod in veritate nõ est, vel quo iusta actio alicui cõpetens, remittitur, vel subticetur. *Podeßćie, oblućzenie.* (stare,

collusionem detegere. id est manife-

commentum, significat deceptionẽ, figmentum.

commentariensis dicitur custos in carcere positorum, quòd eorũ nomi-

na in commentarios referebat. *Strož więźniow.*
cõmenda, eſt cuſtodia Eccleſiæ alicui commiſſa. *poruczenie Kośćiołá.*
cõmendarius, cuſtos Eccleſię. *kommendarz.*
commiſio. *kommiſia, polecenie.*
commiſarius iudex. *Kommiſarz.*
commodare. *wypożyczyć.*
commodatum. *Wypożyczenie.*
commodator. *ktory pożycza.*
cõmodatari⁹. *ten ktoremu pożyczáią*
commendare, nihil aliud eſt quàm deponere. *złożyć, poruczyć.*
comminationes, ſunt minæ per iudicium impoſitæ. *groźby.*
cõpater, arbiter initiationis. *kmotr, krzeſny oćiec, kum.*
cõpaternitas. *kmotrowſtwo, kumowſtwo.*
cõpes, vinculũ pedum. *pęto, káydan.*
compe-

competentia. *należność sądu ábo sędziego.*
compromissio. *Zwolenie stron ná iednego sędziego pod zakłádem.*
compromittere. *zwolić, przyślubić.*
compromissum. id est arbitrium.
cõpromissarius iudex. id est arbiter.
compilat, qui clam spoliat. vt compilant serui dominos, compilauit scrinia mea. *skráść.* Expilat populum, qui exactionibus spoliat. *złupić.*
commeatus dicitur alimẽtum, quod à militibus vel aliunde tempore expeditionis in castris exsistentibus à finitimis regionibus & locis pro cibando exercitu adducitur. *Zywność, śpiżá.* Item cõmeatus significat facultatem recedendi ab aliquo ministerio ad tẽpus, quam Imperator concedit militibus, aut prælatis subditis.

compensatio, est debiti & crediti inter se, id est, ab vtraq; parte contributio. Vel est debiti ad debitum hinc inde facta deductio. Pone exemplum; debeo tibi quadraginta, tu mihi centum, dum peto à te centum, tu deducis quadraginta. Dicitur autem compensatio, quasi communis pensatio. *porownánie á wytrącenie długu.*

cõpensatio expensarum fit in caussis fauorabilibus, puta pacis, matrimonij & huiusmodi. *porownánie nakłádow*

compita, dicũtur loca vbi plures viæ conueniunt simul. *Rozstanie drog.*

conatus, us, ui. *Vśiłowánie.*

concordia. *Zgodá, swornośc.*

conchyleguli dicuntur, qui legunt conchilia. *zbieráiący skorupy.*

conclaue dicitur locus secretior domus, ad quẽ per multas claues venitur. *komorá, komnátá, pokoy.*

con-

concubina. *Miłośnicá.* 338.
concilium, *Zbor, Seym.*
condemnatus in mortem. *ſkazány ná śmierć.* (*mowá.*
conditio. *Obyczay, wymienká, wy-*
condictio, ſignificat repetitionē. vt ſi quis ob rem turpem & inhoneſtā dederit pecuniam, poteſt eam condicere, id eſt repetere. Vel condictio eſt actio in perſonam, qua actor intendit ſibi dare oportere. Item condictio eſt denunciatio, & condicere, denūciare.
cōducere, vſum rei, pro pecunia capere: vt tu conduxiſti ædes duabus marcis. *Náiąć.*
conductor, *Naięmnik.* 247.
confeſsio. *wyznánie.* & confeſſus pro victo habetur.
cōfirmatio, eſt iuris prius habiti corroboratio. *Potwirdzenie.*
con-

confinia & vicinia differunt. Confinia enim ea dicuntur, quæ adeò sibi proxima sunt, vt nullus medius paries interponatur, vt sunt rustica prędia tãtùm. *Gránicá.* Vicinia autem dicunt, vrbana prædia, quæ parietibus distingui consueuerunt. *Sąśiedztwo.*
confiscari, est fisco, id est Principis ærario applicari, vel in fiscum cogi. *do skárbu krolewskiego ábo pospolitego wźiąć.*
cõfiscatio bonorũ, est fisco applicatio.
conflatorium, locus vbi fit cõflatio. *Smálcownicá.*
conflaui æs alienum, & contraxi æs alienũ, idem est quod factus sum debitor alienæ pecuniæ. *Zádłużyłem się.* vide Dissoluo æs alienum.
conflictus, id est pugna. *Boy.*
* conforium locus venditionis. *Targowisko.*

con-

coniector, interpres diuinus. *Wykładácz, gádácz.*

cõiectura, suspicio, opinio, ęstimatio, iudiciũ. *Podeyźrzenie, domniemánie*

coniicere, præsumere vel perpendere. *domniemáć się.*

coniugium, matrimonium, nuptiæ, idem sunt. *Małżeństwo.*

coniuratio, fit in alterius perniciem. *Sprzyśiężenie.*

coniurati dicuntur, qui iurauerũt inter se vrbem incendere, aut aliquẽ perdere. *Sprzyśięgli.*

* copia. id est transsumptum. vide Exemplum.

conniuere propriè significat modò oculos aperire, modò claudere. *oczymá migáć.* Item dissimulare, nec scelera cuiusq; cognoscere. vulgò per digitos videre dicitur. *báczyć niebácząc*

con-

conſcientia, cordis ſui ſcientia. *Sumnienie.*
conſignata bona. *zápieczętowáne imienie.*
conſilium. *Rádá.* & conſilio contraria ſunt, feſtinatio & ira. & ſapientis eſt mutare conſilium.
conſiliarij, qui alteri præbent conſilium. *Rádni pánowie, porádnicy.*
conſiſtorium, locus in quo ius reddit ex more. *Konſiſtorz.* vide auditoriū.
conſciſcentes ſibi mortem. *ſámi ſię zábiiáiący.* & tales in ſacris non ſepeliuntur, nec pro eis oratur. Et iis qui ſe interficiunt ex melancholia, hæredes ſuccedunt: qui verò timore pœnæ, fiſcus iis ſuccedit.
cōſequētia verborū, dicitur ſcriptura ſine abbreuiationibus & titulis ſcripta
conſenſus. *Przyzwolenie.*

con-

consobrini, sunt duarum sororum filii. *Ciotecżni brácia.* 342.

consortes eiusdem litis, dicũtur illi, qui simul agere vel conuenire possunt.

conspiratio. *Spiknienie.*

constitutio differt ab edicto, quia constitutio potest esse generalis & specialis. *Vstáwá, Státut.* edictum verò est speciale principis statutum. *Roskazánie Krolewskie.*

constituit principalis procuratorem. substituit autẽ procurator aliũ loco sui.

constituere, est pro alio se obligare. *Ręcżyć á przyrzec zá kogo.*

constitutor, est qui pro se vel pro alio se aliquid soluturum vel facturum promittit, vel alterius obligationem in se suscipit. *Rękoymia.*

consuetudo, est quoddam ius moribus vtentium approbatum, quod pro lege

lege suscipitur cùm deficit lex. *zwyczay*. & consuetudo alia est bona, quę moribus vtentium prodest. alia est mala, quæ moribus vtentium obest. Et consuetudo bona, tria facit: legē imitatur, & deficiente lege pro lege habetur, lege interpretatur, & legem tollit aliquando. Longa consuetudo decem annorum dicitur. & binus iudiciarius actus, inducit consuetudinem.

consul, qui consulit. *Rádźcá.*

consularis, qui consul fuit. *Rádny.*

consultor, qui alium consulit. *Ten ktory rády ßuka.*

confructuarius, qui simul habet mecum vsufructū. *wespołek vżywáiący.*

contemporaneus dicitur eiusdem temporis vel simul in eodem tempore exsistens. *Jednego wieku.*

contestatio litis, *Grunt práwá.*

con-

conteſtari litem. *Wdáć ſię w práwo. to ieſt, odpowiedźieć ná żáłobę.*
conterraneus, qui ex eadem terra mecum eſt. *Ziemek.*
*compatriota verò dicitur, qui ex eadem patria mecum eſt. *Oyczćic.* conciuis, municeps.
contractus, eſt duorum vel plurium in idem conſenſus. vel cōtractus eſt, vltrò citroq́; facta obligatio. *vmowá.* 238
contributio, eſt ſolutio tributorum quam faciunt tributarij. *Pobor.*
conuiuium, accubatio epularum. *Kołácya, gody.*
conuiuari, conuiuiū facere, eſt ſimul cibum ſumere. *Godowáć, vżywáć.*
cōuiuator dicit, qui parat cōuiuium.
conuiua & conuictor, qui vocatur ad conuiuium. *záproſzony.*
controuerſia. id eſt certamen, contentio, diſceptatio. *Spor.*

contumax. *Nieposłußny.*

contumacia, est erga Iudicē vel Prælatum commissa inobedientia. *Nieposłußeństwo.*

contubernium, dicitur tabernaculū vel societas, vel fraternitas. *Przybytek, towárzystwo, cech.*

contumelia, id est iniuria, vituperiū, graue conuicium. *Háńbienie, sromocenie, łżenie.*

contutor, concurator, qui simul mecum est tutor vel curator. *Wespołek opiekun ábo spráwcá.*

conuenæ, qui ex diuersis populis in eadem mœnia conuenêre, & coalescunt simul.

cōuenire, aliquando significat simul venire. *Zeyść się.* Aliquando alloqui super aliqua re vel facto. *Rozgadáć się.* Aliquando ponitur pro conuentione seu pacto ex consensu partiū super

aliquo feciendo. *Umowę czynić.*
cōuincere iure. *przekonáć práwem.*
conuicium eſt maledictum. *przekliniánie, łáiánie.*
corpus. *ćiáło.* Item corpus ſignificat collegium ſeu vniuerſitatem. item cōgregationem. item ſocietatem.
corpore viciati dicuntur, qui patiuntur aliquem defectum in membris, vt qui oculum cæcum, manum aridam, crus contractum habent. corpore autem mutilati dicuntur, qui carent aliquo membro. Sciendumq́; eſt, corpora eorum qui capitali crimine damnati ſunt cognatis vel quibuſlibet petentibus ad ſepulturam danda eſſe, & non neganda. Imò etiam corporum exuſtorum peti poſſunt, ſcilicet oſſa & cineres, & collecti ſepulturæ tradi poſſunt. tamen hoc fieri debet ex indulgentia à Principe petita & conceſſa.

Sic & Ioseph rogauit Pilatum, vt tolleret corpus Iesu. Aliquando tamen nō permittūt maximè damnatis caussa læsæ maiestatis. Prohibentur etiam sepeliri incendiarii. Item mortui in torneamētis. itē qui seipsos interficiūt.

corporati seu incorporati dicuntur in aliquo corpore inscripti. *Wpiſány w metrikę.*

cortinæ sunt velaria. *koltryny.* item lebetes tinctorij. *kociełki fárbierſkie.*

corrumpere aduersarium in capitalibus criminibus, quæ pœnam mortis continent, non nocet. Nam ignoscendum est ei, qui sanguinem suum qualitercūq; per pecuniā redēptū voluerit.

corruptela, est peruersa consuetudo sacris Canonibus inimica. *Skáʒá.*

creditor, qui credit debitori cui accomodat. *Wierʒyćiel, iśćiec.* Et creditorum appellatione non ij tātùm ac-

cipiuntur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes quibus ex aliqua caussa debet
creta, genus terræ albæ. *Kretá.* vnde cretifodinæ.
crimen, est peccatū accusatione dignum. *Występ.*
crimen Ecclesiasticum, quod ad iurisdictionem Ecclesiæ pertinet, vt hæresis, sacrilegium, simonia, periurium vsura, adulterium.
crimen ciuile, quod spectat, ad forū sæculare, vt furtum.
crimen mixtum, quod spectat ad forum vtrumq;, vt sacrilegium.
crimen stellionatus, est variū, diuersisq; maculis aspersum. Et dicitur stellionatus, à stellione animali quodā reptili, quod est serpenti simile vel lacertæ, habens varias & diuersas in modū stellarum maculas venenatas. *Pstra iászczorká.*

crimen lęsę maiestatis, alio nomine dicitur crimen perduellionis. *występ przećiw krolowi ábo pospolitey rzeczy*

criticus, idē quod Iudicialis, vel Iudicem agens. Nam κρῖσις est iudicium. Hinc apud Medicos dicuntur dies critici, in quibus de ægritudinibus iudicium ratione ferri potest. Latinè Decretorios vocant.

cucurbitare, dicitur vassallus cum vxore sui domini vel cum filia, vel nepte ex filio, vel cum sorore; concubere, aut turpiter ludere.

cubiculum, locus in quo cubatur. *Komorá, łożnicá.* cubile, lect⁹ in quo cubatur, *łoże.*

cubicularij, qui cubiculum domini sui procurant. *Komornicy, łożnicy.*

cubitus, mensura duorum palmorū, quæ & vlna dicitur. *Łokieć.*

culcitra, vel potiùs culcita, stragulū

omne plumis tomentoúe farctum. *Máterac.*

culleus, est saccus ex corio factus, in quo damnati ob parentum interfectionem insuebantur. *Skorzány wor.*

culmen, id est summitas. *Wysokość, ßpicá.*

culpa, id est noxa. *Przewinienie.* & est triplex: Leuis, leuior, leuißima. Item à contrario, grauis, grauior, grauissima.

curator, qui res adulti administrat. *Rządźićiel, Sprawcá.* vide 298. ℣. 28

curia, habitatio Principis. *Dwor.* seu curia, est locus consilij publici, vbi Senatus Rempub. curat, fit à cura.

curiosus. *Dworny.*

curiales, qui sunt eiusdem curiæ, sicut tribules, eiusdem tribus.

curiositas, nimia subtilitas. *dwornośc.*

currus. *Woz.*

*cuſcini, Italicè & corruptè cuſsini, puluini Latinè. *Wezgłowká.*

cuſtos. *Stroż.* cuſtodia. *Stroża.*

Cùm in teſtamēto ſcriptum eſſet, vt heredes in funere, aut in monumēto duntaxat aureos centum conſumerēt: non licet minus conſumere. ſi ampliùs vellent, licet: neq; ob eam rem cō-tra teſtamentum facere videntur.

D

Damnum, eſt deminutio rei vel detrimentum. *Szkodá.*

damnum infectum, dicitur damnū nondum factum, ſed quod futurum veremur, de eoq́; cautionē deſideramus interponi.

damnatus. iudicio condemnatus. *Zdány, ſkazány.*

dapifer, qui fert dapes. *Podſtoli.*

data vel datum, eſt characterizatio in fine literarum inſcripta, ex qua co-

gnoſci-

gnoſcitur annus, menſis, dies, locus literarum. *Podpiſánie.*

dare fidem, eſt aliquid ſanctè promittere. *Przyrzec.* Fidem habere, eſt credere. *Wierzyć.*

deambulatorium, eſt locus vbi deambulamus. *Przechodnik, gáláriá.*

debitum. *dług.* debitor. *dłużnik.*

decanica vel diaconica, dicũtur carceres. *Tárás, kłodá.*

decima vel decuma. *Dźieśięćiná.*

decima manipularis. *Snopowa dźieśięćiná.*

decimare. *Wytykáć.*

deciſio. *Skazánie, też dokończenie, tránſákcya.*

declaratio. *Wyłożenie, obiáśnienie*

declinare forum. *Vchodźić práwá ábo ſądu.*

debellare, eſt bello vincere, aut bello capere. *Zwalczyć.* expugnare, pu-

gnando capere vel vincere. *Zborzyć,* sed debellamus homines, expugnam' autem opera molesq́;, vt castra, vt castella, vt vrbes, vt naues. *(rewny.*
decolor, sine colore. *Blády, niebá-*
decretalis epistola, proprie est, quã Papa edidit cum consilio Cardinalium vel sine, ad alicuius consultationẽ. *List á dekret Papieski.*
decretum. *Ortel, dekret, wyrok.*
decurio. *Dźieśiątnik.* dedicatio. *Poświącánie.*
deductio, est defalcatio vel separatio. *Wytrácenie, odięćie.*
deditio, est traditio sui sub certis cõditionibus in potestatem hostium. *Poddánie.*
defalcare. *Wytrąćić.* defalcatio. *Wytrącenie.*
dediticius, qui ex numero eorũ est, qui se in alterius imperium dedide-
runt.

runt. *Poddány.*

decus, eſt honeſtas quæ ex benè geſtis oritur. *Cześć.* dedecus, ignominia, quæ ex turpiter geſtis naſcitur. *háńbá.*

dedecoro, contumelia atq; ignominia afficio. *Háńbię, ſromocę.*

dedoceo te, quod doctus es oſtendo eſſe falſum, docendo quod verum eſt.

defeſſus defatigatusq́;, qui ita feſſus atq; ita defatigatus eſt, vt non queat ampliùs: & ſæpè à labore atq; incepto quod inſtituerat deſiſtat. *ſpracowány.*

defectio, eſt rebellio ſeu receſsio, aut militum aut ciuitatis à domino vel à ſuperiore. *Odſtąpienie.*

deficere, eſt à ductu alterius decedere, & quaſi rebellare. *Odſtąpić.*

deferre, eſt accuſare. *Oſkárżáć.* hinc delatores. *Oſkarcy.*

deferre iuramẽtũ, eſt aliquẽ arctare ſeu aſtrĩgere ad iurãdũ. *zdáć przyśięgę*

defen-

defendere. *Bronić.*
defenſor ciuitatis. *obrońcá miáſtá.*
defenſa iuris. *Obroná práwá.* (*ny.*
defloratio virginis. *zgwałcenie pán-*
defunctus, ideò fortè dicitur mortu-
us, quia eſt liberatus à miſeria condi-
tionis humanæ. *Vmárły.* hinc defun-
ctio, eſt à debito liberatio. *Wyzwo-*
lenie z długu.
defunctoriè & perfunctoriè, idem
ſonat quod tranſitoriè & curſim. *ná*
prędce, ledáiáko, niedbále.
degener, qui à moribus ſuorum ma-
iorum degenerat. *Wyrodek.*
deligere, eſt eligere, aliquando in e-
andem ſignificationem cadunt, vt in
ipſum Principem, quem ad honorem
& ad rem benè gerendam aſſumimus.
Wybráć. propriè tamen deligere eſt,
quod magis idoneum ad rem gerendã
eſt cernere, vt Imperator delegit mili-
tes, non

tes, non eligit, ad rem videlicet bellicam idoneos. Eligere verò ſpectat, vel ad noſtrum emolumentum, vel ad illius qui eligitur dignitatem, vt ſacerdotes eligunt ſibi Pontificem, milites Imperatorẽ. coóptare autem dicitur inter collegas pareſq́;. Deligere item, & agere vel habere delectum differũt. quod deligimus aliquando vnum tantùm, agere verò vel habere delectum ad multa ſemper refertur. Hinc delectũ militũ habere, id eſt electionẽ facere ex multis. *Wybieráć, popiſowáć.*

delegare, alteri diſcuſsionem cauſſæ committere. *Poruczyć.*

delegatus. *Porucznik.* deliberare. *Rozmyślić ſię.*

deliberatio. *Rozmyślenie, namyſł.*

delictum. *Wyſtęp.*

delphicæ vel delficæ, abaci. *ſłużby.*

deluſio, id eſt deceptio. *Oſukánie.*

delu-

deludere, id eſt decipere. *Oßukáć.*
demonſtratio, id eſt oſtenſio. *Dowod, okazánie.*
democratia, principatus populi.
denarius, numus argenteus valens 10. æreos.
denunciare, eſt crimen alicuius ad præſentiam ſuperioris deferre. *Opowiedźieć.*
denuo, id eſt de nouo, vel iterũ. *znowu.*
dentatus. *Zębáty.*
de plano & ſimpliciter iudicare vel procedere dicitur, cùm Iudex ſine figura & ſtrepitu iudiciario iudicat. *proſtym á krotkim obyczáiem ſądźić.*
depactare. *Rugowáć.*
depactatio. *Rugowánie.*
deportatio, eſt exſulium perpetuum. *Wygnánie.*
deportare & relegare differunt. nam deportare eſt aliquē perpetuo exſulio damna-

damnare: relegare verò ad tempus. *Wygnáć, wywołáć.*

depectus vel depactus secundum Vlpianum dicitur, turpiter pactus.

depositum. *Rzecz zwierzona ku schowániu.*

depositarius, qui reddendo deposito obnoxius est. *Ten ktory chowa rzecz cudzą.*

deprecor, Sulpicio dicitur, quasi detestor vel exsecror, vel depello, vel abominor, vel dicto vel facto recuso.

descendere in prælium, descendere in forum dicitur, qui pugnandi & defendendæ litis caussa venit in prælium vel forum.

derisor, id est irrisor. *Pośmiewácz.*

derisio. *Pośmiewánie.*

derelictum, dicitur illud quod caret possessore. *Odbiegła rzecz.*

derogatur legi, aut abrogatur. dero-

gatur legi cùm pars detrahitur. abrogatur legi cùm prorſus tollitur.

deſerta appellatio, quæ non eſt proſecuta intra diem fatalem. *Opuſczona áppelláćya.*

deſertores, dicuntur milites, qui in bello locum ſuum deſerunt & fugiunt. *Zbiegowie.*

deſertum, locus ſolitarius & inhabitatus. *Puſtyniá.*

deſciſcere, eſt ab imperio ductuq́; alterius ſe ſubtrahere, vt milites à duce, populi à domino, diſcipuli ab opinione magiſtri, quam priùs ſequebantur, præſertim ad alterius imperium vel ſententiam ſe transferentes. *Odſtąpić, odſtáwáć.*

deſipere, ſignificat aliquid à cõmuni ſenſu ſapientiaque diſcedere. *Száleć.* quod ferè vitium aut ex ætate venit, aut morbo, aut amore, aut timore, aut

ſimili

ſimili aliquo affectu. Cuius contrariũ eſt reſipiſcere, id eſt, ad prioris mẽtis ſtatum vel ad meliorẽ mẽtem redire. *Obacʒyć ſię, vʒnáć ſię, prʒyść k ſobie*

deſpicere, eſt deorſum aſpicere. Itẽ animaduertere. item contemnere ac parui facere. *Pogárdʒáć.*

deſuetudo ſit, quoties nõ vtimur eo iure, quod nobis datum eſt.

deteſtari, eſt ſacra alicuius cõtemnere vel abominari, ſeu non approbare. *Gárdʒić, brʒydʒić ſię.* Itẽ eſt abſenti denũciare teſtibus adhibitis. *oʒnáymić, opowiedʒieć.* Hinc deteſtatio, eſt cum teſtibus facta denunciatio. *obiáwienie, oświadcʒánie.*

detegere, ſignificat publicari vel teſtibus probare.

detractor, qui aliorũ bona opera in malã partẽ malitioſè vertit. *vwłácʒáć.*

detrimẽtũ, damnũ, iactura. *ſkodá.*

deturbare, eſt deorſum cum violentia deiicere. *Zrzućić.* exturbare, è loco violenter detrudere. *Zepchnąć.* diſturbare, diſsipando diruendoq; diſiicere. *rozrzućić.*

deunx & dextans. vide As.

diadema, corona Imperialis vel Regalis. *Koroná.*

diabolus, Latinè calumniator, criminator, obtrectator. *Szátan, czárt, pienácz, potwarcá.*

diarium, quod alicui ſingulis diebus pro cibo relinquitur. *Obrok.*

dicacitas, ſermo cum riſu aliquē inceſſens, Græcè ſcomma dicitur. *Uſzczypliwość, przymowká, ſnupek.*

dica. *Pozew, ſpráwá, ſąd, karb.*

dicax, cuius ſermo cum riſu aliquem inceſsit. *Uſzczypliwy.*

dictio, eſt oratoria & facunda oratio

dico ſententiam conſiliarius, fero

ſententiā iudex. *Wydáć ſentencyą.*
dico leges, aliud eſt quàm fero leges. eſt enim ferre ad ſuos, dicere ad victos
* dies ligati, dicuntur dies feriati. *dni zȧwieſzone.*
diem dicere, eſt conſtituere tempus, in quo aliquid facere debemus. *Czás vſtáwić.*
diæta, locus in quo cibus ſumi ſolet. *Jádálna izbá.* Item præſcripta viuēdi formula. *Spoſob ſporządzonego zy-ćia.* diætarij. *Służby ſtołowi.*
dies longior facit ſex ſeptimanas, & vnum diem naturalem. *Sześć Nie-dziel y dzień.*
diecula ſecundum Aſconium Pædianum, pro exigua temporis mora accipitur. *Dźionek, to ieſt krotki czás.*
dies bima, trima, quadrima, pro tēpore biennij, triennij, quadriennij.
diffamare pro infamare. *háńbić, ſro-*
 moćić.

mocić. vnde illud vetus Distichon Beati Canthij.

Conturbare caue: non est placare suaue.
Diffamare caue. Nam reuocare graue.

*diffidare, est feidam, hoc est bellum indicere, hostem declarare, clarigare. *Odpowiedáć, wypowiedáć.*

* diffidatio vulgò vocatur, denunciatio hostibus facta, ante quàm committatur bellum. *Odpowiedź, wypowiedź.*

differentia, discrimen. *Rożność, rozdźielność.*

diffinitiua vel definitiua sententia. *Ortel, dekret, skazánie.*

dignitas, qualitas vel præeminentia quæ inhæret personæ. *Dostoieństwo.*

dilatio, est temporis in caussa prorogatio. *Odwloká, odłożenie roku.*

dilapidare, est res vel bona prodigaliter erogare. *Rozprośyć.*

diluculum. *Switánie ábo świt.*

dimis-

dimiſſoriæ literæ dicuntur, quæ vulgò dicuntur apoſtoli. Dimiſſoriæ autem dictæ ſunt, quòd per eas cauſſa ad eum qui appellatus eſt, dimittitur. *Liſt áppellácyey.*

dioeceſis, dicitur diſtinctio vel diuiſio, ſiue gubernatio. Quia Eccleſia vnius Epiſcopatus diuiſa eſt ab Eccleſia alterius Epiſcopatus. Quandoque accipitur pro prouincia vel regione. *Biſkupſtwo, powiát.*

diploma, epiſtola vel ſcriptura patẽs. *Otworzony liſt.*

diſcere eſt, vt intelligas. ediſcere verò, vt memoriter cõplectaris. dediſcere autẽ, quod didiciſti vt obliuiſcaris.

diſcretus, qui qualitates perſonarum & rerũ momẽta diſcernit. *roſtropny.*

diſert⁹, qui ꝓbè diſſerit. *wymowny.*

diſpendium, dicitur damnum vel detrimentum. *Szkodá.* Aliter dicitur lõ-

longum, tædiosum, & inutile. Cōpendium verò breue & vtile.
dispēsare, est rigorem iuris relaxare.
dispensatio, est rigoris iuris, per eum ad quem spectat canonicè facta relaxatio. *Dispensácya.*
dissoluo æs alienum, idem est, quod contraxeram æris alieni, restituo & pluribus soluo. *Wypłácywam dlugi.* vide conflaui æs.
discrimen, id est periculum. *Nieprzespieczność.*
dispositio iuris. *Zrządzenie práwá.*
distraho, id est vendo. *Przedawam.*
distrahi pignus dicit, cùm à creditore vēdit. *przedáć zákład ábo zastáwę.*
distractio pignoris. id est venditio.
districtus. *Powiát.*
diuersorium, dicitur hospitium publicum, *kárczmá, osteria, wircaws.*
diurnum, spatium vnius diei. *Dźień*

diuendo diuiſim, variè vendo. *Potroße przedáię.*
*diuortiare, eſt contractum matrimonii ſeparare. *Rozwieść.*
diuortium & repudium differunt. Diuortium namque propriè eſt inter coniuges: qui ſemel coniuncti legitimè diuortiantur, id eſt ſeparãtur. Repudium autem eſt inter ſponſos, quia priùs legitimè coniuncti non fuerãt, & nunc à coniunctione abſtinent. Sed promiſcuè iura vtuntur his vocabulis. *Rozwod.*
diuus, id eſt ſacer vel diuin⁹. *świątek.*
* diualis, dicitur epiſtola imperialis. *List Ceſárzſki.*
docilis, qui facilè docet. *dowćipny.*
diſcuſſor. *Szácownik ábo vſtawcá.* & dicitur multis modis: Primò, qui inquirit publicos debitores, & redigit in ſcripta. Secundò, qui ſtatuit rerũ pre-

cia, ne vendantur nimis. Tertiò, qui inquirit & examinat facultates aliquorum pro imponenda collecta. Quartò, qui desertis agris quęrit colonos, & inquirit an sint idonei. Item discussor dicitur operis, qui aliâs dicitur concussor. qui terret homines prætextu publici officii.

dolus est duplex: alius bonus, alius malus. Dolum bonum dicebant veteres pro solertia, maximè si aduersus hostem latronemúe quis machinaret. Hinc illud Virgilij 2. Aeneid.

—Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?

Chytrość, bácznośc. Dolus autem malus, est machinatio quædam alterius decipiendi caussa: cùm aliud agitur, & aliud simulatur. Vel, est omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterii adhibita. *Poráda, przewrotność,*

podc-

podeśćie. Item alius eſt dolus velatus, alius apertus: ſicut alius eſt latro ſeu fur velatus, alius apertus.

doli capax dicitur, qui proximus pubertati, puta maſculus in anno duodecimo & dimidio. fæmina verò in anno vndecimo & dimidio. Secundum verò B. Auguſt. Puer dicitur eſſe doli capax in anno ſeptimo, quia tunc mẽtiri & verum loqui poteſt.

doloroſus, plenus dolore. *Boleſny, boleśćiwy*.

domicilium. *Przybytek, domoſtwo, dom, ośiádłość*.

domus plura ſignificat. Primò ædificium vbi quis manet, quod ex parietibus conſtat & tecto. Secundò, cognationem ſeu familiam. *Rodzay*. Tertiò, omnes gerentes eadem inſignia ſeu arma, vt domus bipennium, domus roſarum. *Stryiconwie*. Quartò,

omnes in vna domo habitantes.
domesticatim, per varias domos.
dominus. *Pan.* dominiũ. *Páństwo.*
dominica potestas, quæ habet sub se seruos.
donum, *dar.* Inter donum & munus hoc interest, quod inter genus & speciem. Nam genus esse donum, Labeo ait, vel à dando, vel à donando dictũ. Munus speciẽ, nam munus est donũ cum caussa, vt puta natalitium, nuptiarũ. *Podárze, podárek, vpominek.*
donaria dicuntur ipsa dona. *podárza*
donatio. *dárowánie.*
donator seu donãs. *ten ktory dáruie.*
donatarius. *ten ktoremu dáruią.*
dedisse intelligendus etiam is, qui permutauit vel compensauit.
dos. *Posag.* dotalitium. *Wiáno.*
drachma, genus numismatis.
dubium. *Wątpliwość.* & dubia, sunt

in meliorem partem interpretanda.

dubitatio. *Wątpienie.*

duellum, dicitur duorum bellum factum ad probationem veritatis, ita vt qui vicerit probasse credatur, & victus in probatione defecisse. *Boy ábo bitwá dwu ku okazániu prawdy.* Tale olim certamen in qualibet caussa criminali seu capitali fiebat. Et dicitur etiam duellum, monomachia, à Μόνος, quod est vnus, & Μάχη pugna, quasi pugna vnica & singularis. *Poiedynek.* Sed prohibetur duellum de iure Canonico inter laicos, ideò quia in eo Deus tentatur. Et de Iure Saxonico duellum est abrogatum, venitq; ad iuramentum septem testium.

duellũ indicere, seu duellariter prouocare, non est aliud nisi criminaliter vel pœnaliter accusare.

duello, as. id ẽ bello. *Potykam się.*

duellator, qui duellũ peragit.
dulciarius panis. *Miodownik, piernik*. dulciarius pistor, *Kitlarz*.
durabilis, *Trwáły*.
ducere in latomias, id est in carcerẽ, quia nihil interest, an quis parietibus in carcere, an compedibus in latomiis seu lapidicinis teneatur.
dux vocatur, qui à principe de aliquo ducatu inuestitus est, *Książe*. Qui verò de marchia Marchio, *Márgrábiá*. Dicitur autem marchia (nescio an satis rectè) à mari & archia, id est principatus maris, quia marchia plurimũ est iuxta mare sita. Qui verò de aliquo comitatu fuerit inuestitus, comes appellatur, *Grábiá*. Qui plebi præficiũtur, capitanei appellantur, qui propriè Valuasores maiores siue Regij, olim vocabantur. *Stárostowie*.

Eccle-

E

Ecclesia Græcè, idem est quod cœtus, concilium, congregatio, quia in eam omnes fideles publicè congregãtur, *Kośćiol, cerkiew.* Templum verò Iudæorum olim appellabatur, hodie synagoga, id est coadunacio, *Bożnicá.* Basilica autem dicitur, quasi regiũ habitaculũ. vide supra in litera B

ecclesia Catholica, id est vniuersalis, quia per vniuersum mundum est constituta, *Kośćiol Powßechny.*

ecclesiastes, id est concionator, prædicator, *Káznodźieiá.*

eculeus, genus tormenti ad modum crucis dispositum. *Skrypiec.*

edere actionem vel caussam, est publicè in iudicio demonstrare, *Przeſkárżyć.* edere etiam, est copiam describendi facere, *dáć przepiſáć.*

edicere, ad magistratũ pertinet Re-

gesúe,

gesue, *Wywołáć, vstáwić, przykázáć*
Vnde Edicta, dicuntur literæ magistratus vel Regum, quibus aliquid iubent aut imperant. *Vstáwienie, roſkazánie.* Indicere autem propriè eſt denunciare: vt indictum eſt bellum.

edentatus, ſine dentibus. *Bezzęby.*
edentulus idem.

educare, eſt alimenta & ad victum neceſſaria præſtare, *Wychowáć.*

effeminati dicuntur Sodomitæ, & hi quibus virilia exciſa ſunt. *Niewieściuchowie.*

effectus, res ipſa, factũ ipſum. *ſkutek*
effingere, eſt ad alterius formam fingere. *Wytworzyć.*

effigies, figura ad viuam alterius ſimilitudinem, vel ad veritatis imaginẽ facta, tam in picturis, quàm in ſcripturis. *Obraz, twarz, wyraz.*

effractores, qui effringunt alienã do-

mum vt furẽtur, vel carcerem vt euadant. *Wylámácze.*

effrons, ſine fronte, id eſt inuerecũdus. *Niewſtydliwy.*

Eidus vel Idus, dicuntur diuiſiones, diuidunt enim Mẽſem, præcipuè Nonas à Kalendis. vide Nonæ & Kalẽdæ.

elatus, id eſt ſuperbus. *Pyſzny.*

electio, eſt alicuius perſonæ idoneæ, ad dignitatem, vel fraternitatem, vel ſocietatem ſeruata forma, canonicè facta vocatio. *Wybránie.* electus. *wybrány.*

elimatum, id eſt purgatũ. *Oczyściony, ochędożony.*

elogium, eſt teſtificatio de aliquo, ſiue vituperationis ſiue honoris cauſſa.

eludere, eſt ioco euadere. *wyśmiać ſię*

emancipatio, eſt relaxatio patrię poteſtatis coram iudice facta. Dicta, quaſi extra manum, id eſt poteſtatem pa-

tris poſitio. *Wyſwobodzenie.*

emancipatus, dicitur filius à iugo & poteſtate patris dimiſſus, & ſui iuris effectus. *Wolny, wyzwolony.*

embolimęus, embolimus, & emboliſmus diſtinguuntur inter ſe. Nã Embolimæus, eſt annus in quo fiunt tredecim Lunationes. *Przybytny rok. to ieſt, w ktorym bywa Przybyſz.* Embolimus, eſt ipſa tredecima Lunatio. *ſam Przybyſz, to ieſt trzynaſty now w Roku.* Emboliſmus, eſt intercalatio ſeu inſertio tredecimæ lunationis in aliquem menſem Solarẽ. *wkládánie Przybyſzu w mieśiące ſłonecżne.* & ſciendum eſt, quòd Embolimæus annus cauſſatur ex rationibus Lunæ. Biſſextilis verò annus, ex rationibus Solis, & interdum poſſunt eſſe ſimul vtrique.

emenda, verbum Gallicum ſignifi-

cans mulctam: tamen Iure Prouinciali Saxonico & Municipali differũt inter se. Mulcta & emenda, quæ non datur nisi actori. Et maxima emenda triginta solidorum est, vltraq; se non extendit. vide pag: 123.

emergere, est subitò euenire vel accidere.

emeriti milites dicuntur, qui militia perfuncti sunt. *Záslużeni rycerze.*

eminus, à longinquo loco. *Zdáleká.*

cominus, à loco propinquo. *Zbliská.*

emolumẽtum, vtilitas quam ex opera atq; labore assequitur. *Pożytek.*

* emologare, id est confirmare. Sic dicimus arbitrium emologatur, id est confirmatur decem dierum silentio, tacitè vel expressè. sed Homologare, propiùs ad suam, quæ Græca est, originem accedit.

emo, *kupuię.* emptio, *kupienie.*

emptor, *kupuiący*.
emptorium, vide emporium.
emptitius, aliquis de eorum numero, qui empti ſunt, vel emi ſolent. *Kupny, przedáyny*.
emphyteuſis Græcè, melioratio Latinè. *Zlepßenie á poprawienie imienia náiętego*.
emphyteuta vel, emphyteuticarius ille dicitur, qui ſub certo precio accepit vel conduxit agrum ad tempus colendum. *Naiemnik*.
emporium, locus mercatus, Latinè dicitur emptorium, vbi res venales exponuntur. *Skład, kramy, táße*.
emunctorium, inſtrumentum ad emungendum.
enucleare vetus ius, id eſt interpretari, ſeu extra nucleum obſcuritatis ponere.
ephippium, vel ſella equi. *Siodło*.

epitaphium, ſcriptura ſeu titulus in lapidibus ſepulchrorũ ſcriptus. *Napis*
epulæ, ſunt cibi miniſterio hominũ & in noſtrum vſum comparati.
epiſcopus, Latinè inſpector vel ſuperintendens dici poteſt. *Biſkup.*
epiſcopatus, dignitas epiſcopi. *Biſkupſtwo.*
equus. *Koń.* equile, ſtabulum equorum. *Stáynia.*
equitium, equorum armentum. vel grex magnus equorum, quæ & equaria dicitur. *Stádo koni.*
equiſo, domitor equorũ. *roſtrucharz.*
eques auratus, dicitur miles qui geſtandi auri ius habet. *Paſány rycerz.*
è regione, id eſt ex aduerſo, ex oppoſito. *Náprzećiwko.*
eremodicium, id eſt deſertio litis conteſtatæ.
è re publica, id eſt pro re publica, ſeu

ex vtilitate & commodo publico.

ergaſtulum, carcer ruſticus, & locus damnatorum. *Kłodá.*

ergaſtularius, cuſtos ergaſtulorum. *Stróż więźniow.*

eripere, eſt de manibus per raptum auferre. *Wydrzeć.*

error, eſt exiſtimatio, qua adprobatur verum eſſe quod falſum eſt, vel falſum eſſe quod verum eſt. vel verum eſſe quod neutrum eſt: aut cõtra. *Błąd.*

errare, eſt putare vel approbare verũ eſſe quod falſum eſt, vel falſum eſſe quod verum eſt, vel certum pro incerto, ſiue falſum ſiue verum ſit. *zbłądźić.*

error intollerabilis, eſt error à iure reprobatus. *Błąd nieznośny.*

error calculi, eſt error computationis. *Błąd w liczbie.*

erroneus, qui vagatᷣ. *Błękácz, tuľácz*

euētᵒ casᵒ fortuitᵒ *przydźieżá, przygodá*

euidens negotium dicitur, quod videt & apertè intelligit. *iáwna ſpráwá.*
euincere, idem eſt quod in Iure Saxonico varendare. *Záſtępić.* Item euincere rem, eſt probare eſſe ſuam.
euictor, id eſt varendator. *Záchodźcá.* vide 60.
euictio, eſt emptæ rei vel ex alia iuſta cauſſa acceptæ per Iudicis ſententiam abductio, vel alio euincente cauſſæ amiſsio. Et euictionis cautio ſolet pręſtari à venditore ipſi emptori, ad hoc vt ſi aliquis ab eo rem emptam tanquã ſuam petat, dicens eſſe ſibi obligatam, aut ius aliquod in ea habere: tunc emptor recurſum & regreſſum habebit ad venditorem cui hoc denunciabit, & venditor debet aſsiſtere emptori, & eum defendere in cauſſa euictionis.
eunuchus, mas caſtratus. *trzebieniec*
exauctorare, eſt militem cingulo aut

clericum ordinibus spoliare, seu aucto ritatẽ alicuius auferre. *Skłádáć z dostoynośći kápłáńskiey, á też z stanu rycerskiego, degrádowáć.*

exactor, qui pecuniã exigit. *poborcá*

exactio, id est collecta. *Pobor.*

exactio ducillorum. *Czopowe.*

examen, vniuersitas apũ. *Roy.* Aliâs pro iudicio accipitur. *Rozeznánie.*

exceptio. *Odpor, wyięćie, odbićie.*

excessus. *Występ.*

excessit è vita, id est mortuus est. *Vmárł.*

exemptio. *Wyięćie.* Inde exẽptus, à communi iure, & iurisdictione alicuius exceptus. *Wyięty.*

excidium. *Wyśieczenie, zágubienie*

excommunicatio, *Klątwá.* excommunicatus. *Klęty.*

excogitare, est per cogitationem inuenire. *Wymyślić.*

excon-

exconsul, qui à consulatu discessit. *Stáry ráycá.*
excusatio, est exceptio quæ ab eo proponit, qui munus, id est officiũ publicũ subire haberet, animo illud euitandi vel subterfugiendi. *Wymowká.*
excusator, qui excusat absentiam alicuius. *Wymawiáiący.*
excubiæ diurnæ & nocturnæ sunt: vigilię tantũmodò nocturnæ. *Strażá.*
executor. *Sprawcá, ßáfarz testámentu.*
exemplar, *Przypodobienie.* ex quo simile faciamus.
exemplum. *Przykład.* quod sequamur aut vitemus. Item quod ad similitudinem alterius verbotenus descriptum est. Barbari copiam appellant. *przepis, tránſſumpt, kopia.* vide Apographum 439. & Authenticum.
exercit⁹, multitudo militũ, *woyſko.*

exercitor, appellatur patronus nauis aut magister, *Zeglarz.*

exhæredare, expellere post mortem à bonis filium. *Wydziedziczyć.*

exhæredatio, exclusio filii ab hæreditate. *Wydziedziczenie.*

exhibere, est rem in publicum deducere seu ostendere, vt aduersarius copiam habeat rem suam tangendi, & eã sic visam si sua videtur vendicandi. *Vkázáć rzecz.*

exsilium. *Wyświecenie, wygnánie z ziemie, wywołánie, bándicia.*

exlex, qui sine lege vel extra legem viuit. *Swowolny.*

exsoluere, perfectè soluere. *zápłáćić*

expensæ, sunt sumptus voluntarij. Impensę autem sunt sumptus vtiles & necessarij. Vnũ tamen multoties pro alio ponitur. *Nakłády, kosty.* Et est regulare, vt victus victori condemnetur

mnetur in expensis. excipe casus propter bonum pacis, & propter bonum matrimonij.

expediti milites dicuntur leuis armaturæ, & sine impedimentis. *Kozacy, strzelcy.*

expeditio, profectio militum ad bellum. *Wypráwá woienna.*

expeditoriæ res in Iure Saxonico etiam appellantur arma bellica, & in vulgari. *Hergeweth, rystunek.*

expilatores, qui ex rebus vacãtis hęreditatis aliquid surripiunt & expilantur. *Drácze.*

exploro, id est inquiro sagaciter. *Spieguię.*

exploratores, id est, inquisitores. *Spiegowie.*

expostulo, conquero seu querelam apud eum ipsum depono qui fecit iniuriam. *Uskarżam się przed tym sá-*

mym tym ktory mi vczynił krzywdę.

expositi infantes dicuntur, qui ante hospitalia vel ecclesias proiiciuntur, vt eos alii miseratione moti colligant. *wymiotánie dźiećı, pomiotkowie.*

expiatio, id est purgatio, mundatio. *Oczyśćienie.*

expiatus, id est purgatus, mundatus. *oczyśćiony.*

exprobrare benefacta sua, est immemorem beneficii accepti inculpare, seu qualemcunq; culpam improperare. *wyrzucáć ná oczy dobrodźieystwá.*

expurgatio. *Oczyśćienie.*

exterminare, est extra terminos vitę vel iurisdictionis suæ ponere. *wykorzenić.*

ex sententia aliquid facere vel habere, id est, vt vulgò dicitur, ad votum. *według myśli czynić ábo mieć.*

ex tempore dicere: ex tempore viuere: ex

re: ex tempore agere: est ex improuiso & impręmeditatè dicere, viuere, vel agere.

extorris, qui extra terram, hoc est patriam eiectus est, sicut exsul extra solum. *wywołániec z źiemie.*

extraordinarium remediũ, est quod ob aliquam caussam extra vel vltra solitum cursum iuris alicui datur.

extraneus, qui est ex altera terra. *obcy, foryster.*

extunc, tempus extremũ significat.

exsulo, patria priuatus sum.

exsul, extra solum proprium positus. *wywołány, wyświecony.*

ex vinculis caussam dicere, est alligatum respondere criminibus. *Z kaźni do práwá stáwáć.*

F.

Faber multiplex est, tignarius, vt omnis qui ædificat, & hic non est simplex.

plex. ferrarius, nec hic est vnius generis. lapidarius, qui & ipse in multas diuiditur species.

fabrica, est propriè fabri lignarij, vt aurificis aurificina, cauponis caupona *wárſtát, kuźnia, kowálnia, kárczmá.*

fabricenses ij dicuntur, qui deputati sunt faciendis, reparandis, & vendendis armis. *Zbroynicy.*

fabula, est quæ nec vera, nec verisimilia continet. *Baśń, bayká.*

facere dicitur etiam ille cuius auctoritate fit,

facere non oportere, & hãc significationẽ habet, vt abstineat quis ab eo facto, quod contra cõuentionem fieret, & curare ne fiat.

facere potestatem eundi & redeundi, est indulgentiam seu saluum cõductum dare. *Gleytowáć.* (*tofilá.*

facetiæ, ciuilitas. *Zárt, kunſt, kro-*

face-

facetus, ciuilis, vrban⁹. *kunſztowny.*
facies, à faciendo dicta eſt, quia facit notitiam hominis. *Oblicze, lice.*
* faciare. *Licowáć.*
facinus, ſcelus, flagitiū, dolus. *vczynek, złość, przewinienie.*
facinoroſus, ſceleſtus, flagitioſus. *Złośnik.*
factio, eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia, cùm aliqui ſe principes ac primarios in ciuitate efficere conantur: & ciuium multitudinem qui clientes vocantur, per fas nefasq; ſibi attrahūt & conciliant. *Roſtyrk.* Seditio autē à ſeorſum eundo dicta eſt, cùm populo ſecum diſcordante, res ad manū vocatur. Similiter dicitur ſeditio in exercitu, in claſſe, in ſchola, & ſi quid tale.
factioſus, qui amat factiones, vt ſeditioſus qui amat ſeditiones. *zwádźcá*
falx meſſoria, *śierp.* fænaria, *koſá.*
falſum

falsũ, eſt immutatio veritatis, *klam, falß*. Et dicitur immutatio ideò, quia falſatores ſtudent immutare vera, vt falſa videãtur. Et committitur falſum pluribus modis, puta ſcriptura, ſiue quis ſcribat falſum: ſiue deleat verum vt res, id eſt, veritas rei non appareat, & ita facit illegibilem ſcripturã. Non diſtinguo, vtrum ſit teſtamentum, vel aliud inſtrumentum publicum vel priuatum, vel vtrũ ſint tabulæ cereæ vel ligneæ. Et falſi pœna, eſt deportatio in liberis hominibus omniumq; bonorum publicatio.

falſitas. *Falßowánie*.

falſidicus, qui falſa loqui conſueuit. *Klamliwy*.

falſarius, qui decipiẽdi gratia ſcripta publica falſat. *Falßerz*.

fallacia, id eſt deceptio. *Oklamánie, oßukánie*.

Fama, est illæsus dignitatis status, vita & moribus cõprobatus, & in nullo diminutus. *Sławá.*

*famatus, bona fama ornatus. *Sławętny.*

famosus, id est sine fama, hoc est ignominiosus. *Hániebny.*

famosum carmen, est dictamen vel historia composita ad alicuius infamiam. *Osławne rymy.*

famosus libellus, dicitur charta vel liber scriptus ob alicuius infamiam. *Hániebny list, bezecny list.* Et qui huiusmodi librum vel carmen famosum contra alium scripserint, & qui inuentum non corruperint sed aliis manifestauerint, pœna capitis puniũt.

fames, caritas annonæ ex penuria. *Głod.*

famelicus, qui fame laborat. *Głodny, łácny.*

familia, pro seruis propriè accipitur. *Czeladź ábo służby.* Itē accipitur pro cognatione, vt familia Fabiorum. *Rodzay, rodźiná.* Item pro omnibus qui in eadem domo viuunt, pro seruis & liberis, p masculis & fęminis. *domowi*

familiaris, id est domesticus seu amicus. *Przyiaćiel.*

familiæ herciscundæ, id est hæreditatis diuidundæ. Hîc familia pro hęreditate capitur.

famulus, aliquando pro seruo accipitur. *Sługá.*

famula. *Służebniczká, Dźiewká.*

fanaticus, id est insanus. *Szalony, trużelnik.*

fastigium, id est altitudo vel magnitudo, vel culmen dignitatis, seu summus honor. *wysokość, dostoieństwo.*

fascinatus, id est incantatus. *Zmamiony, vrzeczony.*

fascinatio, id est incantatio. *Zmamienie, vrzeczenie.*
fatum, id dicunt esse, quicquid Deus vult. Vel sic: fatum, est volũtas & iussio diuina. Vel sic: fatum, est temporalis successio seu euentus rerũ à Deo præuisarum. *Zrządzenie Boskie, wyrok ábo wrog.* Item fatum pro morte capitur. *Smierć.*
fatalis dies, secundum leges est vnicus annus tantùm, infra quem debet appellator exsequi appellationem. Et hoc est verum si iusta caussa non intercesserit. ea enim intercedente, alius annus indulgetur, & ita erit secundus dies fatalis, quo transacto, lite non completa, rata manet sententia. Dictus autem est fatalis à fato, id est à morte, quia in eo mors vel terminus caussæ imponitur. Et secundum iura Saxonica dies fatalis est dies longior,
 qui fa-

qui facit ſex ſeptimanas & vnũ diem.
fatuus, planè inſipiens eſt. *Szalony.*
Stultus autem dicitur, qui imprudens
eſt & improuidus. *Glupi.*
fautor, qui alteri benè cupit. *Przyiaćiel, obrońcá.*
focaria, quæ focum colit, & culinaria eſt, *kuchárká.* 161.
fœderare, fœdus facere. *Smierzyć, przymierze czynić.*
fœdifragus, qui fœdus ictum frangit. *ktory nie trzyma przymierza.*
fœdus pactum, eſt pax, quæ fit inter dimicantes. *Mier.*
* feudum, eſt conceſsio rei pro homagio facta. *Mánſtwo.*
feudatarius, eſt qui feudum recipit, qui etiam vaſallus dicitur. *Man.*
feudale ius. *Leńſkie práwo.*
fæmina dicitur à fæditate, eò quòd fædas & enormes ſuperfluitates men-

ſtruales emittit. *Niewiáſtá.*

fœnus, dicitur naturalis fructus terræ, poſtea autem ad vſuram tranſlatū, quaſi pecunia per ſe fructum producat ſicut terra. *Lichwá.*

fœnero tibi, dicitur. *Lichwię.* ſicut mutuo tibi.

fœneror abs te, ſicut mutuor abs te. Qui mutuat pecuniam, dat mutuo. Qui fœnerat pecuniam, dat ad vſurā. Qui mutuatur pecuniam, mutuo accipit. Qui fœneratur pecuniam, ad vſuram accipit.

fœneraticia res, quæ ad fœnus per(tinet.

fœnerator, qui dat ad fœn⁹. *lichwnik*

fœni ſtriga. *pokos śiáná.* fœni pyramis. *ſtog śiáná.*

fœtus ſunt auium & piſcium. Catuli, ſunt ferarum, ſiue immanium, ſiue mitium. Pulli verò pecudum: propriè tamen catuli ſunt filij canum.

fœtificare accipitur pro parere, & fœtura pro partu, ad omnia animalia muta pertinet.

feretrum, lectus in quo mortui ad sepeliendum defferuntur. *Máry.*

feriȩ, dies cessationū ab opere seruili. *Swiętá, też dni záwieſzone.*

feriatus dies, id est festus. *Swięto.*

ferri propriè dicimus, quæ quis proprio corpore baiulat: portare verò, ea quæ quis iumento secum ducit: agere ea, quæ animalia sunt.

ferēdarius, procurator, causſidicus, idē sunt. *rzecznik, piercżyk, prokurat*

ferus homo, qui animum ferinum obtinet, vt leones, vrſi, lupi. *Okrutny* Ferox autem est animoſus ad certandum cum altero, & ad vim alteri faciendū atq; nocendū. *Strzáſzliwy, ſrogi*

ferruminare, conglutinare, coniungere. *Spoić, złącżyc, zlutowáć.*

ferruminatio, per eandem materiã ſecundum Caſsium facit confuſionẽ, ſolidationem & coniunctionem. Interdum tamen per aliam. vt ſi ſcypho argenteo, fundus ferreus apponatur.
fertilis annus. *Płodny rok.*
fertilitas. *Płodność.*
fictile vas, quod fictum eſt à figulo. *Gliniány ſąd.*
fictitia ratio, quæ ficta eſt. *Zmyślony dowod.*
fides propriè dicitur probatio, vt facio fidem per inſtrumenta, per argumenta, per teſtes. Item fides pro credulitate accipitur, quale eſt, habeo tibi fidem. Rectè igitur noſtra religio nominata eſt fides. *Wiárá.* Præterea fides eſt genus citharæ, dictæ quòd tãtùm inter ſe chordę eius, quantùm inter homines fides cõcordet: cuius diminitiuum eſt fidecula, parua cithara

vel chordula.

fidelitas, nihil aliud eſt niſi iuſiurandum, quod à vaſallis præſtatur domino. *Wierność, przyśięgá.*

*fidefragus, qui fidē frāgit. *zdrayc*

fidelia, vas fictile cui vinum aut ceruiſia imponitur. *Glinianká.*

fidei commiſſum, id eſt legatum. *Odlecenie.*

fidei commiſſarius ille eſt, cuius fide legatum vel relictum continetur. *Porucznik, exekutor.*

fideiuſſor, qui alienam obligationem in ſuam recipit fidem. *Rękoymia.*

fideiuſsio. *Rękoiemſtwo.* fideiubere. *Ręczyć.*

fiducia. *Duſánie.*

figmentum, dicitur mendacium & ſimulatio, vt ſunt figmenta poëtarum. *Wymyślenie.*

figura, forma vel ſimilitudo. *Podo-*

bá, ſpo-

bá, *ſpoſob.*

filum nereatum. *Przędzá.*

filij appellatione, omnes liberos intelligimus. *Synowie, dźieći.* Et filius non eſt homo integer, ſed pars patris.

filius familias eſt, qui eſt in poteſtate patris.

finem facere, eſt refutare feudum.

finitimus, id eſt vicinus, propinquus *Przyległący, bliſki, pogránicżny.*

fiſcus, dicitur pecunia Regis, ſiue ærarium publicum, quo pecuniȩ pœnales reponuntur. *Skarb krolewſki ábo poſpolity, też komorá.*

flumen à riuo magnitudine diſcernitur, aut æſtimatione, vel opinione circumuoluentium. *Rzeká.* Et fluminum quædam perennia ſunt, quædam torrentia. Perenne eſt quod ſemper fluit: Torrens eſt, quod tantùm hieme fluit. *Strugá.*

ſiliaſter, accipitur pro priuigno, quòd imitatur filium. *Páśierb.*
figulus, vaſorum fictor. *Gárncar.*
figulina, officina figuli. *gárncʒárnia*
fiſsilis arbor, *roʒßcʒepne drʒewo.*
fiſſile lignum, fiſſile robur.
fluctuare, id eſt dubitare. *wáháć ſię*
fons. *Zrʒodło, Krynicá.*
forma iuramenti. *Rotá prʒyśięgi.*
fodinæ dicuntur loca vel foueæ, vbi aliquid effoditur. *Bánie.*
flagitium propriè in libidine eſt, quaſi flagris dignum crimen: ſed pro cæteris quoq; peccatis accipitur.
forum dici poteſt ipſe locus vbi conſueuit reddi ius, ideq́; appellatur prætorium. *Ratuß.* Vnde autem dicatur forum, dictum eſt pag: 45.
forum competens, dicitur territorium ſeu locus iudicij, in quo quis de iure debet conueniri. *Słußne ſądʒenie.*
foren-

forensis scriptura, quæ fit coram iudicibus. *Sądowny zapis.*
forum annale, siue mercat⁹. *iármárk*
forũ septimanale, siue nundinę. *targ.*
foralia. *Targowe.*
foresta, locus vbi feræ includuntur. *Oborá.*
fortuitus casus, est cui per prouidẽtiam humanam prouideri non potest. *Przygodá.*
fornax. *Piec.* fornacarius. *Palicz.*
frater. *Brát.* fraternitas. *Bráctwo.*
fratres patrueles. *Stryieczni bráćia.* vide pag: 340.
fraus, id est dolus. *Zdrádá.*
frequentem locum dicimus, quem frequentare multi solent: vt vrbs frequens, platea frequens, vbi multi homines, aut habitant, aut diuersantur.
frequens populus, frequens senatus, id est copiosus & multus.

frondes, arborum ſunt tantùm. *Gáłęźie.* folia autem arborum & herbarum & florum quoq;. *Liśćie.*

fruges, quicquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus. *Zboże.* Seges verò eorum ſeminum eſt, ex quibus conficitur panis, nondum demeſſa. *Naśienie.*

frugem, Paulus accipi ait, non ſolùm pro reditu, qui ex frumentis, aut leguminibus: verùm etiam qui ex vino, vel ex ſiluis cæduis, vel cretifodinis, lapidicinis capitur. *Dochod, prowent.*

fructus dicuntur, qui ſuperſunt deductis expenſis, quæ ſunt gratia fructuum acquirendorum & colligendorum & conſeruandorum. *Pożytki.*

fructus ſunt duplices: Induſtriales & naturales. Induſtriales, qui arte & induſtria hominis parantur, vt vinum, oleum, lac, lana, frumentum & ſimilia. Na-

lia. Naturales verò ſunt, qui ex ipſa natura proueniũt, ſine ſcilicet magna induſtria hominis, vt poma, pyra, ficus & huiuſmodi.

fructus percepti. *Pożytki wźięte.*

fructus percipiendi. *Pożytki ktore przyidą.* *(żywáć.*

frui dicitur, qui fructus percipit. *V*fructuarius, cuius eſt fructus. Vel ſic: Fructuarius, eſt qui rei dominus non eſt, in percipiẽdis tamen fructibus pro domino habetur. *Ten ktory pożytki bierze.*

frumentum, rectè Gallus definiuit, id eſſe quod ariſtam in ſe teneat. *Zboże, to ieſt pſenicá, żyto, orkiſz, ięczmień, owies.* Et appellatione frumenti, omnia quæ ad victum ſunt neceſſaria accipiuntur.

fugitiuus ſeruus dicitur, qui à domino ea mente recedit, ne ad eum redeat eti-

at, etiam si mutato consilio ad eum reuertitur. *Zbieg.* Erro autem qui animo redeũdi, quãdoq; discedit. *błękács*

fulminare tunc iudex dicitur, quãdo iniustè, indeliberatè, sine maturitate sententiam profert.

fullones, dicuntur mundatores seu coloratores vestium. *Fárbierze.*

fundamentum. *Grunt, fundáment.*

fundator, *Zákłádács.*

fundus, est omnis mansio alicuius cum accessionibus. Et fundi appellatione omne ædificium & omnis ager continetur. *Jmienie stoiące.*

Sed in vsu vrbana prędia, ædes rustica, villæ dicũtur. Locus verò sine ædificio in vrbe, area. *Siedlisko.* In rure autem ager appellatur. *Rola.* Idemq; ager cum ædificio suo rus dicitur. Itẽ fundus est ima pars rei, vt fundus dolij, vt fluminis, stagni, maris. *Dno.*

fundus

fundus dotalis, qui matrimonio cõtracto, datus eſt ſponſo.
fundus inſtructus dicitur, qui ædificatus eſt vel cultus.
fundus hypothecatus, id eſt obligat⁹.
funditùs, quandoq; ſignificat ex toto, quandoq; penitùs, quandoque vſque in fundo.
fungor, idem eſt quod officium munuſq; ago. vt fungor magiſtratu, legatione, fungor officio delegato, vel munere Iudicis.
funus, id eſt cadauer. *Trup.* Item pompa, quę fit in exſequiis mortuorũ. *Pogrzeb.* Item mors. *Smierć.* Et ſcias, quia curatio funeris, conditio ſepulturæ, pompa exſequiarumq; magis ſunt viuorum ſolatia, quàm ſubſidia mortuorum. xiij.q.ij. animę.§curatio.
funerare, id eſt ſepelire. *Pogrześć.*
fur. *Złodźiey.* furtum. *Złodźieyſtwo.*

ſtwo. generalia nomina ſunt.
furtiuè, id eſt latenter. *Skrycie.*
furax, qui facilè furatur. *Krádliwy.*
furca. *Szubienicá, widły.* furcifer, *Wiśielec.*
furioſus. *Popędliwy, pierzchliwy, gniewliwy, zápaliſty.*
furfur, purgamenta farinæ. *Otręby.*
furia. *Zápalenie, pierzchnienie, zágniewánie.*

G

* Gabella, & Datio Italicè, eſt vectigal, & portorium. *Cło, myto.*
gallus. *Kur.* galliciniũ, eſt cãtus galli in ſecunda hora noctis. *pienie kurow.*
galea, id eſt caſsis. *Szyſzak, helm.*
gaſtaldus. vide caſtaldia.
gẽma, lucidus lapill⁹. *drogi kámień.*
gener, maritus filiæ meæ. *Zięć.* 356.
generatione ſimilis, id eſt paris conditionis, is dicitur eſſe, qui patri eſt ſimilis

milis. Similē autem generatione non aliud distinguit, nisi libertas & seruit⁹. genitores nostri dicuntur priores & maiores. *Rodźicy.*
gerada. vide parapherna. *Státek, sprzęt domowy.*
gladius. *Miecz.*
gladiatores erant, qui publica spectacula edebant, vt in torneamentis, & pugna bestiarum. Tales in legibus reprobantur. *Szermierze.*
glandis nomine, omnes fructus cōtinentur.
glans caduca, est quæ ex arbore cecidit. *opádły owoc.*
gleba, cespis terræ. *Darń.*
glos, mariti soror. *Swieść ábo żołwicá.* vel fratris vxor. *Brátowa, niewiastká.* 356.
gloria, est fructus, veræ virtutis, honestissimus. *Chwałá.*

gogra-

* gograuius, id eſt pedaneus iudex. *Tywon, wátáman.*

* goliardi, buffones, ioculatores idē ſunt. *Kuglarze, ßálbierze.* (*lenia.*

gradus cognationis. *Stopień poko-*

gradarius, equus molliter incedens. *Jnochodnik.*

granum, generale nomen cuiuſlibet ſeminis. *Ziárno.*

granarium, locus in quo grana frugum reponuntur. *Szpiklerz.*

granicies. *Gránicá.*

graſſari, propriè dicũtur latrones vias obſidentes. *Zbiiáć.*

graſſator, qui per vim & inſidias in via ſpoliat. *Zboycá, zbiiácz.*

grauis, propriè oneroſus, graue ſaxum. *Cięßki.* transfertur ad alia, grauis labor, contumelia, iactura, morbus & ſimilia. Vnde & viros conſtãtes graues dicimus, qui non facilè mo-

uentur.

uentur. *Poważny á ſtáteczny człowiek*. Leues enim qui ad omnem flatum ventilantur. Accepi à viro grauiſſimo, id eſt honeſto. *dowiedźiałem ſię od ſtáteczney perſony*.

grauitas, eſt conſtantia & probitas *Poważnośc*, Leuitas eſt nimia facilitas. *Lekkość*.

gremium eſt, intra complexum fęmorum fęminumúe, quo in complexu mulieres concipiunt. *łono*. Sinus verò eſt intra pectora brachiorumq; complexum. *Nádrá*.

grex ouium, grex caprarum, grex porcorum dicitur. *Trzodá*. Armentū verò maiorum animalium eſt, puta equorum, aſinorum, mulorum, boum, camellorum, elephantorum, & ſimilium. *Stádo*.

grex dominicus, id eſt principis. *Trzodá krolewſka*.

*guardia feuda sunt, quæ constituuntur aliquibus propter custodiam rei domini cõstituentis. *Náprawictwo, máństwo, straż.*

guardio, ille cui talis custodia commissa est. *Náprawnik, strażny, man.* Item superior inter monachos custos cõuentus dicit Guardian⁹. *Gárdian.*

guidaia, dicuntur literæ securitatũ, quæ dantur pro securo conducto trãseundi per terram alicuius. *Gleytowne listy ábo credentia.* dicitur & in singulari guidaium. *Páßtpor.*

gyneciarij sunt, qui pannos imperiales texunt, & conficiunt, inserendo sericum & aurum. *Knapi.*

gynecium locus vbi huiusmodi panni texuntur.

H

Habere, duobus modis dicitur. Altero iure dominij, altero obtinere sine

interpellatione id quod quis emerit.

habere pro derelicto, est quando dominus rem ea mente abiecit, vt eam amplius esse in numero rerum suarum nolit. *Porzućić rzecz.*

habere gratias, est animo agere gratias, est verbo. Referre siue reddere gratiam vel gratias, facto & dicto.

haruspex, qui in harugis, id est hostiis inspectis, futura prædicit. *Wieśćbiarz, práktykarz.*

hebdomada, dæ, & hebdomada hebdomadis, vtroq; modo dicimus, est spacium septem dierum. *Tydźień.*

hebdomadarius, qui inter socios per hebdomadam curam alicuius rei gerit. *Hebdomádarz.*

hasta. *Kopiia, drzewo.* item pro vēditione accipitur. vide auctio.

hastari, id est vendere supposita hasta. *Przedáwáć.*

hasta fiscalis, id est venditio quæ fit sub hastatione, quando fit à fisco. *Przedánie.*

hastiludium, est ludus militum cum hastis. *Kolbá, gonitwá.*

hastifer, qui fert hastam. *Kopinnik.*

hara, porcorum stabulum. *Chlew świni.* Mandra, aliarum bestiarum stabulum. *Oborá.*

hæc verba in stipulatione posita: Eã rem rectè restitui: fructus continent: nam Rectè in stipulationibus tantumdem valet. vt Arbitratu boni viri.

hæres, est dominus rerum defuncti. *Dźiedźic.* Et hæredis appellatione, non solùm ad proximum hæredem, sed etiam ad vlteriores hęredes reffertur. Nam hæredis hęres, & deinceps appellatione hęredis cõtinetur. Nam hæredis appellatione omnes significãt successores, & si verbis nõ sũt expressi

hæres

heres legitimus. *Własny dźiedźic podle prawá.*
hæreditas, nihil aliud est nisi successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit. Vel sic:
hæreditas, dicuntur omnia bona cum quibus homo moritur. *Dźiedźictwo.*
hæreditas delata, intelligitur quam quis posit adeundo consequi.
hæredipeta, est qui blandiciis, muneribus, & aliis artibus hæreditatem appetit.
heremita. *Pustelnik.* heremicola, qui heremum incolit. *Obywátel ná pusczy.*
hæreticus, est qui vel leui argumento à iudicio Catholicæ religionis & tramite detectus fuerit deuiare. Vel qui non est membrum fidei Catholicę Ecclesiæ. Vel qui est diuersarum hæresum. Vel qui non credit secundum

quod prædicant quatuor concilia. *heretyk, kácerz.*

heresis, dicitur operatio siue electio. Eligunt enim hæretici sectam specialem, & Catholicæ religioni contrariã, vel diuersam. Dicta ab αἱρέομαι, quod est opto, siue eligo. *kácerstwo.*

hæresiarcha, princeps hereticorum. vt Arrius Arrianorum. *Arcykácerz.*

herus, id est dominus. *Pan.*

hergeweth, dicuntur arma bellica, seu id quod ad expeditionem bellicã spectat. *Wypráwá woienna.*

herbaceus, ex materia herbę. *trawny.*

historia, est res gesta à memoria hominum, propter vetustatem remota. *Rzecz dźiána.*

hircosus dicitur, cui os ex fœda & detestabili libidine olet. *Ten ktoremu z gęby śmierdźi.*

hermophroditus, qui membra gene-

ratiua

ratiua vtriusq; sexus habet. *mieszániec* homagium vel hominium, est vasalli fidelitas. *Hold, poddáństwo.*
hominis appellatione, tam fœminã quàm masculum contineri, non dubitatur. *Czlowiek.* Hominis generatio & status, sex ætatibus finitur, vel vt alij volunt septem, sumpta similitudine à septem ætatibus mundi. de quibus hæc exstant Carmina.

Infans, deinde Puer, Adolescens, post Iuuenẽ, Vir
Dicitur, inde Senex, post quem iam Decrepitus fit.
Ætas prima tenet septem annos: altera bis tot:
Tertia ter septem: triginta quinque Iuuentus
Annis exsultat: Vir quadraginta nouemq;,
Hinc iam porrigitur per sexaginta Senectus.
Post quam Decrepitus non longo tempore durat.

De ætatibus verò mundi hæc adferuntur Carmina.

Primus Adam: iustusq; Noë: magnus pater Abrã:
Moyses: & Salomon: Sedechias: atque Redemptor.
Septima fine caret, locat in requiemq; beatos.

Aetatis venia, est priuilegium quod

impetrat minor à principe, vt habeatur pro maiore. *Przyznánie lat.* vide annos discretionis. 433.

homicidium, hominis occisio. *Mężoboystwo.*

hoc sermone dum nupta erit, primę nuptiæ significantur.

hortulanus, vide olitor.

hordeaceus, ex materia hordei. *Jęczmienny.*

horreum, est granarium vbi frumēta ponuntur. *Gumno.*

horrerarius, custos exercitorúe horrei. *Stroż gumná.*

hortus, horti locus vbi olera & arbores crescunt. *Ogrod, sad.*

horologium, horarum ratio. *Zegar.*

honoraria, dicuntur præmia legatorum seu aduocatorū. *Podárza.* Hinc honorarium munus. *Poczta.*

hospes, qui recipit & qui recipitur. gospo-

Gospodarz, gość.
hoſpitium, & priuatum & publicũ dicitur. *Gospodá.*
hoſpitium publicum appellamus diuerſorium, vel tabernam meritoriam. *Kárczmá, osteria.*
hoſtes ij ſunt, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus. *Nieprzyiáćiele.* Cæteri latrones aut prędones ſunt. *Lotrowie, zboycę.*
hoſtorium, lignum æquatarium. *Strychulec.*
* humulus, pro lupulo ſalictario. *Chmiel.*
humilitas. *Pokorá.*
hypogęum, ædificium ſub terris cõſtructũ, quod nos antrum vel ſpecum dicimus. *Loch.*
hypocauſtum, locus ad ſudandum, qui & vaporarium dicitur. *Izbá.*
hypotheca, *obwiązáne imienie ábo*

záſtáwne. 266.

hypothecare, obligare, pignorare, ſupponere. *Záſtáwić, obwiązáć dobrá nieruchome, iáko dom, pole, grunt.*

I.

Iactura, generaliter ſumitur pro omni damno vel periculo. *ſkodá, vpad.* Stricte tamen pro damno quod fit in exoneranda naue tempore periculi, quando timetur naufragium.

ianua, parietis eſt, ac domorũ. *drzwi.* Porta verò murorum, munitionumq; atq; caſtrorum. *Fortá, brana.* Oſtiũ etiam fluminum. *Vśćie.*

ianitor, *Wrotny.* ianitrix, *Wrotna, iątrzewká też.* Pag: 357. ver: 6.

idiota Græcum eſt, id eſt imperitus, illiteratus, indoctus. *nieucżony, głupi.*

idonei dicuntur, qui ſunt moribus, honeſtate vitæ, & literarum ſcientia

deco-

decorati. *Godni.* (*wan.*
idolum, dicitur ſimulachrum. *Bál-*
idolatria, cultus idolorum. *Bál-*
wochwálſtwo. (*chwálcá.*
idolatra, cultor idolorum. *Báłwo-*
idus, vide Eidus.
ieiunium. *Poſt.* eſtq; duplex, ſpiritale & corporale. (dicere.
ignis. *Ogień.* vide aqua & igni inter-
ignobilis. *Nieſzláchetny.* vt ignobile vulgus. (*bezecność.*
ignominia, infamia. *Hániebność,*
ignominioſus, infamis. *Hániebny, bezecny.*
ignorantia, inſcientia, error & titubatio, videntur eſſe idem, cùm omnia ad factum & ad ius refferuntur. ſunt tamen diuerſa. Quia ignorantia ſumitur in mala parte, qui ſcilicet debet ſcire & ignorat. Vnde dicitur: Qui ignorat, ignorabitur. Inſciẽtia autem

ſumitur in bona & mala parte. Nam omnis ignorans neſcit, ſed non conuertitur. Error autem eſt, cùm aliud eſt quàm credam. Quid enim aliud ſit errare quàm ignorare? Titubatio verò, cùm hinc inde diuerſa, vel contrariè ſcire videor, nec alicui eorum magis animum applico.

ignorantia, alia eſt iuris, alia facti. Iuris, alia iuris naturalis, alia quaſi naturalis, alia ciuilis. Facti, alia probabilis, alia non probabilis. Regula de ignorantia iuris & facti:

Iuris ignorantia cuique nocet, facti verò minimè.

Quod ita eſt intelligendum, quòd iuris ignorantia non prodeſt acquirere volentibus, ſuum verò petentibus nõ nocet. Et quod dicitur, ignorantia facti non nocet, ita intelligendum eſt, ſi non ſit ſupina ignorantia, id eſt negligentia craſſa vel affectata.

igno-

ignotus, id est obscurus, incertus, incognitus. *Nieznáiomy.*
illicitũ. *niesłuszność, nieprzystoyność.*
illuuies, immunditia, sordes. *Kał, muł, plugástwo.*
imbecillis, fragilis & incõstãs. *krewki*
immemor, qui oblit⁹ ẽ. *niepámiętliwy*
imago, repræsentatio alicuius rei. *Obraz.*
immunitas, dicitur libertas seu priuilegium quoddam, vel remissio à iure, ad non subeunda munera vel honores concessa. *Wolność, świebodność.*
immunis, id est liber ab oneribus & officiis publicis. *Wolny, świebodny.*
immunitatem Ecclesiæ habere dicuntur, id est libertatem ab oneribus & officiis sæcularibus.
impedimentum. *Przekázá.*
impedire, nocere, implicare, & inuoluere, *przeszkodźić.*

impe-

impeditus, implicatus, & inuolutus, *przekáżony.*
impar, *nierowny.* imparitas, *nierowność.*
imperator, *Cesarz.* imperatrix, *Cesárzowa.*
imperare, *pánowáć, roskázowáć.*
impendere, *nákłádáć.*
impet⁹, animi feruor, incursio, *pierzchliwość, prędkość, vkwápliwość.*
impetere, accusare, alloqui, *żáłowáć, dochodźić práwem.*
imperitia, *niebiegłość.* imperitus, *niebiegły.*
impensæ, expensæ, & impendiũ pro eodem accipitur. *nakłády, kosty.*
imperiosus, quando honestæ significantiæ est, pro imperio habente accipitur. *Roskázuiący.* Quando inhoneste pro ostentato imperii in exercẽda sæuitia ponitur. *Hárdy, tyran, okrutnik.*

impo-

imponotibi, idem quod decipio te. *Zdrádzam ćię, oſzukawam.* Vnde impoſtores dicũtur: qui alios verbis pollucentibus incantationibusq; ſeducũt ac decipiunt. *Zwodnicy, mátácze.* Et impoſtura, deceptio, dolus. *Zwiedzienie, omatánie.*

impotens, pro eo qui ad res venereas aptus non eſt, vt ſi vir eſt ſenex vel caret virilibus, vel habet nodoſam virgam. *Nieduży.*

imprecatio, mali optatio. *poklinánie.*

improperium, criminis exprobratio. *Háńbienie, gánienie, pośmiech.*

impropero, crimen obiicio, conuicior. *Gánię.*

impunis, id eſt non punitus pro ſcelere commiſſo. *Nieſkarány.*

impunitas, non punitio. *Niepomſzczenie, niekárność.*

impunè, id eſt, ſine pœna, vel ſine

damno

damno. *Bez pomſty.*

impubes, qui generare vel concipere nondum poteſt. *Młodźiec.*

in antea, pro deinceps, poſthac, in poſterum.

inauris anulus, qui in aure perforata geſtatur. *Naußnicá, ſergá.*

inacceſſus locus, qui non poteſt accedi. *Nieprzyſtępny.*

incantatio. *Záklinánie, czárowánie*

incantatus. *Záklęty, zczárowány.*

incantator. *Záklinácz.*

incendiarius. *Zápálácz.* incendium, *Pożogá.*

incertus, *niepewny.* incertitudo, *niepewność.*

inceſtus, coitus cum conſanguinea vel affine, vel ſanctimoniali. *Obcowánie z krewną.*

inceſtuoſus, qui inceſtum commiſit.

incola, qui in alterius regione habi-

tat, & in aliena ciuitate atq; Republica domicilium habet, & idem est quod aduena. *Obywátel.*

incõpetens iudiciũ. *nienależny sąd.*

inquilinus, qui in alieno priuato, propriè tamen in conducto siue in vrbe, siue ruri habitat. *komornik, naiemnik*

incolatus, id est, habitatio. *Przebywánie.*

incuria, id est neglιgẽtia. *niedbáłość.*

incorrigibilis. *Niekárny.*

iudicasse reum, est detulisse, arguisse, accusasse, & conuincisse.

incunctanter, id est, sine mora. Quãdoq; de cætero, quãdoq; indubitãter.

indemnis, sine damno. *Nieszkodny.*

indefensus, sine defensione. *Nieobronny.*

indigena, qui in eodẽ loco natus vbi moratũ. *Rodźic ábo domak, tuteczny.*

indigens, pauper, egenus. *Potrze- bny, nędzny.*

indigentia. *Potrzebá, chudobá, nędzá, niedostátek.*

Indictio seu cyclus Indictionis, est reuolutio quindecim annorum, ab I. vsq; ad XV. qua peracta iterum reditur ad vnitatem. Græcè dicitur Ἐπινέμησις, id est, Largitio. *Poczet Rzymski. Piętnastoletne Cisło, ábo Piętnastoletna liczbá.* Qua autem ex caussa, eiusmodi quindenus numerus, ad annos sub nomine Indictionis supputandos vsurpatus sit: hanc literati viri rationẽ adferunt. Quod, cùm quindenis stipendiis militaribus expletis, miles honesta misione, concessa capitationis immunitate, si vellet, solutus militia, liber abire posset: si nollet, maioribus priuilegiis augeretur: annis singulis,

eroganda militibus, Principis rescripto, prouincialibus indicebatur annona. Postea vsus probauit, vt numeratione, quindecim indictionũ reuoluta periodo, tempora facilè & absq; errore numerarentur. Cùm omnis Indictionis annus certum initium, certumq; finem haberet. Imò auctoritate sancti Concilii Nicœni institutum est: vt sublatis gentilium Olympiadibus: annorum ratio à Christianis, ab eo tempore iniretur, à quo Religio Christiana in libertatem vindicata sit. Inceptę enim sunt Indictiones, vt scribit Onuphrius lib: 2. Fastorum. Constantino II. & Licinio II. Coss. hoc est Anno Domini, 312. postquam Constantinus Christianam religionem inter Catechumenos professus esset. Deinde edicto cautum est, ne vllis Diplomati-

matibus & ſcripturis publicis fides haberetur, quibus numerus Indictionis non eſſet aſsignatus. & ab hoc tempore Publici Notarij inſtituti ſunt, qui in ſuis inſtrumentis, hunc numerum ſacroſanctè retinerent. Initium autem Imperatoriæ Indictiones ſumunt. ex a. d. viij. Kal. Octobr. hoc eſt à die 24. Septembr. in quam incidit æquinoctium auctumnale. vel quòd eo tempore Imperatores, exhibendam militibus annonam propoſito edicto, indicere ſingulis annis conſueuerint, cùm iam plenißima frugum omnium facta eſſet collectio: vel quòd Conſtantinus anni exordium auſpicaretur Orientalium cõſuetudine, qui ab æquinoctio Auctumnali principium anni incipiunt, Mundumq; in Libra fuiſſe conditum aſſeuerant. In Bullis autem Pontifi-

tificiis, quilibet annus Indictionis initium sumit à Kal. Ianuarij, qui primus mensis est anni Ciuilis Romani, secũdum Numæ ordinationem, & postea Iulij Cæsaris.

indigestè, id est, inordinatè.

indiscriminatim, indifferenter.

in diem iungitur cum hoc verbo viuit, & aliud est quàm in dies. Nam in diem viuere, significat præsentis diei tantùm rationem habere, nihilq́; cogitare de crastino. In dies, est idem quod quotidie, sed propriè cum quodam incremento. Vt, malum in vrbe latiùs in dies serpit.

in horam, & in horas, eandem differentiam habent, quam in diem & in dies.

indoles, in pueris, adolescẽtibus, est significatio futuræ virtutis: in viris au-

tem præsentis. *Ochotność, dowćip.*

indulgentia accipitur pro venia. *Odpuſzczenie.*

induſtria. *Domyſl, dowćipność.*

induſtrius. *Dowćipny, domyślny.*

indicium. *Okazánie, znák.*

index, qui indicat. *Okázyćiel.*

indictum, quod indicitur id eſt notificatur vt ſciatur, vt feſta indicuntur populo. *Opowiedzenie, zápowiedź.*

indiges, tis: homo in numerum diuorum relatus, quem vulgò appellant canonizatum. *Swiątek.*

induciæ. *Odwłoki, fryſty, przymierze, ſtánie od bitwy.*

inermis, qui armatus non eſt. *Niezbroyny.*

inexpiabilis dicitur, eò quòd nunquam expietur, id eſt purgetur. *Nieoczyśćiony.*

inefficax, qui nõ poteſt deducere ad effe-

effectum quod intendit. *Nieſkutny.*
inedia, id ē paupertas. *nędzá, głod.*
ineuitabile, quod non poteſt vitari. *Nieuchroniony.*
inexorabilis, inflexibilis, implacabilis, qui núllis precibus flectitur. *Nielutośćiwy, nieubłagánj, nieuproßonj*
infamia, eſt ſtatus & honoris diminutio & ammiſsio. *Háńbá.* Hinc infamis dicitur quaſi valde famoſus, id eſt, ignominioſus: vel infamis, quaſi ſine fama. *Bezecny.*
infans, minor ſeptennio, in ſeptimū enim vſq; annum porrigitur. Inde pupillaris ætas, quę decimo quinto anno terminatur in viris. duodecimo autem in fęminis.
infenſus, vehementer iratus & odium gerens. *Záwaśniony.*
infeſtus, vehementer moleſtus, atq;

in aduersum vadens. *Przećiwny.* Inde infestare, incursibus crebris molestia afficere. *Spieráć.* Et signa infesta quæ in aduersum tendunt, hoc est vexilla in hostem euntia, vt molestiam inferant.

inficiator, qui negat se vel debere quod actor petit, vel cõmisisse quid accusator obiicit. *Przący.*

inficiari vel inficias ire, est verbo negare. *Záprzeć.*

infidus, cui non est fidendum, à fido descendit. *Niegodny wiáry.* Perfidus verò dicitur, qui fidem violat, idq; à fide descendit. *Zdraycá.*

infidelis. *Niewierny.*

infula, mitra Episcopi vel Abbatis.

ingeniosus, qui habet in se vehementiam ac copiam ingenij. *Rozumny.*

ingenui sunt, qui libera matre nati, nec po-

nec postea serui facti sunt. *Szláchcicy, wolni.*

ingenuitas, id est libertas. *Wolność.*

inhibeo, est rem iam inceptam, prohibeo. vel generale est, vel ante rem inceptam. Vetat enim prohibeo, ne quid facias, vel ne quid incipias.

inhibeo verò ne pergas ire, desistasq; ab incepto. *Zákázuię, zábrániam, záwśćiągam.*

in integrum restituere, est reducere & reintegrare ad statum priorem, vel ad ius prius, vel ad audientiam.

iniuria, *krzywdá.* quod non fiat iure.

iniuriosus, accipitur actiuè, pro eo qui iniuriam facit. *Ten ktory czyni krzywdę.*

in ius vocare, idem est quod citare. *Pozywáć.*

in manu est, & in manibus est, vtrũq;

accipitur pro eo, quod est in potestate. *w rękách to iest.*

inimicus, quasi non amicus. *Nieprzyiaćiel.*

inimicitiæ. *Nieprzyiáźni.*

innocuus, est cui non nocetur. *ten ktoremu nie ßkodzą.* innoxius, qui non nouit nocere. *Nießkodzący.*

innocēs, qui nihil peccauit. *niewinny.* Nocens autem dicitur, qui peccat & ab honesto recedit. *winny.*

inquisitio, inuestigatio criminis per superiorē facta. *Bádánie, zopytánie,*

iniquus, non æquus. *Niepráwy, złośliwy.*

iniquitas, *Niepráwość.*

insidiæ, id est fallatię. *zełgá, (nie, ßkłamá-*

inscribere se ad pœnam talionis, nihil aliud est, nisi obligare se ad eam pœnā, quam reus pro crimine deberet pa-

ret pati, si conuinceret per accusatorē.

insinuatio, innotescentia propositionis. *Luprink, žáłoby wziáwienie.*

inscriptio. *Zapis.*

instituta & institutiones differunt. Instituta enim sunt boni mores consilio & ratione sumpti. *obyczáie dobre.* Institutiones autem sunt præceptiones, quibus instituuntur & docentur homines. *Náuki.*

insolentia, est morum inconuenientia, fatuitas vel superbia. *Rospustność*

instituere, est ius canonicum, id est, legitimum in Ecclesiastico beneficio tribuere. Et sumitur institutio, pro inuestitura.

instituere hæredes, id est dominos intus in bonis suis statuere & ponere.

instantia, sedulitas. *Pilność.*

institor, negotiator. *Krámarz.*

instru-

instrumentum. *List vrzędowny.*

instratum, Vlpianus inquit, omne vestimẽtum cõtineri quod iniiciatur. Equorum quoq; operimentum, instratum vocatur.

in sua iurisdictione, id est in suo foro. *w swym prawie.*

insula, est terra vndiq; mari clausa. *wysep, ostrow.*

insultus, inuasio, aggressio. *Náskok, nayście, przekorzyzná.*

intelligendus, est mortis tempore fuisse, qui in vtero relictus est.

intentio, pro voluntate atq; propositione, seu pro eo, quòd quis intendit probare, ponitur. *Vmyśl.*

iter & via largè, idem sunt. *Drogá.* Iter publicum, via militaris dicitur. Vicinalis autem via dicitur, vbi priuati conferunt ex agris suis. vide pag: 152.

ire-

irenarchæ olim erant, qui inuigilabant vt itinerantibus pax & securitas conseruaretur. vocabantur & φύλακες τῆς εἰρήνης. custodes pacis, vel adsertores pacis. *Strože drog.* Hos etiam vocamus Institionarios. *oprawce.*
intercedere, est pro alio preces facere. *Przyczynić się.*
intercessor, qui pro alio intercedit. *przyczyńcá.*
interdictio, est extra eam prouinciam in qua quis domicilium habet, vel in qua incola est, prohibitio amplius morari: vel extra patriam suam missio. *Zápowiedzenie.*
interdictum. *Zápowiedź, klątwá.*
interēptor, mediator in emptionib⁹.
interfectus, *zábity.*
intrusi dicuntur, qui non per canonicam electionem, sed per violētiam occupant

cupant honores, officia, vel Ecclesiastica beneficia. *Wlázowie.*

interrogatoria, *pytánia.* vide pag: 78

interesse, quandoq; significat damnū quod euenit, quandoq; lucrum amissum. Damnum quod accidit, verbi gratia: Tu persuasisti mihi, vt de domo vel possessione cederem, quo facto damnum mihi euenit, tu teneris ad interesse mihi præstandum, id est, damnum quod passus sum resarciendum. Exemplum de lucro amisso: Debuisti mihi soluere centum Romæ, tu soluere desideras Bononię: æstimādū est, quantùm interfuerit mea, pecuniam suo loco mihi solutam fuisse, id est lucrum, quod ex mea negotiatione ex eo loco facere potuissem.

internuncius, est qui inter aliquos medius est ad aliquid tractandum, & modo

modo huic, modo illi per vices nunciat. *Posel, śrzodek.*

interponimus appellationem, Iudici vel notario.

intimamus verò appellationem, parti aduersæ.

interregnum, dicitur ſpatium temporis à defuncto Rege; vſq; ad creationem ſequentis. Et qui præerat cum Regia poteſtate & inſignibus, Interrex erat.

inteſtatus, eſt non tantùm qui teſtamentum non fecit, ſed etiam cuius ex teſtamento hæreditas adita nõ eſt. *Bez teſtámentu.*

*inthroniſatio, eſt in ſuam dignitatem vel in ſuum thronũ introductio, vel inueſtitura. *Wwiedzienie.*

in certas regiones fundum diuidere, ſignificat in partes determinatas diuidere.

intro-

Introuertere. *Wywrácáć.* contrarium est vertere, vt interiora vestis aut pellis, aut aliarum rerum exteriora facere. Item introuertere, est rem aut cõmodatam, aut depositam, aut creditam callidè doloq́;, ne domino restituatur, efficere.

inuestigo & peruestigo, id est quæro, & ad rei notitiam peruenio.

inuolare, eripere, & secum auferre.

inualescere, significat valde valere, & crescere, atq; abundare.

inuicem, id est mutuò. *wzáiem.*

inuentarium, est conscriptio rerum in hæreditate defuncti inuentarum, aliâs repertorium. *Jnwentarz.*

inuidia. *zawiść.* Et inuidia ab omnibus tollenda est, & contra inuidos, leges sunt faciendæ.

inuidiosus, cui habetur inuidia.

iubileus annus barbarè dicitur, ſed rectiùs Iobileus, rectiſsimè Iobeleus, *Miłośćiwe láto.* Viri enim grauiſsimi hoc nomen venire dicunt à voce Hebræa Iobel, quæ buccinam ſignificat. Clamore enim buccinæ, ſeptimo mẽſe, annum quinquageſimum proximè præcedente, denunciabatur Iobeleus. Sed quoniam hæc dictio Iobel æquiuoca eſt, non ſolùm enim buccinam ſignificat, ſed & remiſsionem, & initium: iccircò Iobeleus annus, non ſolùm eſt annus buccineus, quòd buccinæ ſonitu prænunciaretur: verùm etiam annus remiſsionis, quia eo debita remittebantur: & annus initiatiuus, quod ad initium & priſtinum ſtatum res & perſonas reducebat in Iſraël. Vide annus Iubileus.

*ioculare, idem eſt quod luſorium

ſit à ioco. *Stoiak, ſiglik.*

ira, furor recẽs citò trãſiens. *Gniew.*

iracundia, vitium naturale & perpetuum. *Gniewliwość.*

irruentia domiciliorum. *Gwałt, vderzenie ná dom.*

irregularitas, eſt inhabilitas ad ordines ſuſcipiendum. *Niegodność.*

*irrequiſitus, id eſt non interrogatus *Niepytány.*

irrationabilis. *Nierozumny, nieſłuſzny.*

irreuocabilis. *Nieodwołány.*

irrogare, inferre. Vnde dicitur crimen vel damnum irrogat, infamiam vel mortem infert. Et: irrogauit mihi iniuriam, id eſt intulit. *Vczynił mi krzywdę, bezpráwie.*

iſauri, famoſi & inſignes latrones. 128

iter facere, & viam facere differunt. Iter facere eſt itinerare ſeu iter vel viã ingre-

ingredi. *Jecháć w drogę.* Viam facere, est propriè vbi non erat via ac transitus, aperire. *Drogę czynić.* Munire viam, est repurgare, reficere, substernere interdum lapidibus.

iubere, idem est quod decernere. *Roſkázáć.*

iudicium expositũ. *wyłożony ſąd.*

iugerum significat mensuram agri, quãtùm par boum vno die arat. *ſtáie.*

iura magis generalia sunt quàm leges, siquidẽ & ius gẽtiũ est, & ius ciuile

iuratus iudex dicitur, qui iurauit. *Przyśięgły ſędźia.*

iuramentum, quod & iusiurandum & sacramentum dicitur. *Przyśięgá.*

iurisdictio, est potestas de publico introducta cum necessitate iurisdicẽdi, & æquitatis statuendæ. *Moc.*

iure priuati, dicũtur homines suspecti

& in iure ſuo, id eſt, honore & fama aliqua macula notati. *Bezecni.*

ius. *Práwo.* iure acquirere, *Doyśc práwem.*

iurisprudentia. *Náuká práwá.*

iuriſconſultus & iureconſultus dicitur, qui ius ciuile profitetur. *Náuczony w práwie.*

iuſtitia. *Spráwiedliwość.* & remota iuſtitia ait Auguſtin᾽: Quid aliud ſunt regna, niſi magna latrocinia.

iuſtitium, iuris ſtatio, eſt quando clauſo foro ius non dicitur. *Záſtáwienie práwá.*

K.

Kalendæ ſunt primi dies menſium, à Græco verbo Κάλω, quod eſt voco Latinè.

Καθαίρεσις eſt regradatio ſiue ordine motio, quæ Epiſcoporum & Clericorum

rum eſt propria, vt & ἀφορισμὸς Plebeiorum & Monachorum.

L.

Laborioſa res dicitur, vel quod in ea laborẽ capiamus neceſſe eſt, vel quod plena laboris eſt. *Prácowita rzecz.*

laceſſere, id eſt irritare, in malã partem dicitur. *Pobudzáć.* Prouocare autem in bonum & malum. incitare, vt ad pugnã, ad cõcertationẽ. *wyzywać.*

lamina, eſt tabula æris, ſed denſior, quàm vt crepitet, vt ex ſtanno, ære, plumbo. Bractea idem, ſed tenuis vt crepitet. *Blachá, pozłutká.*

lagena, vas in quo viatores potum defferunt. *Fláßá, łagiew.*

lamentari, eſt voce querula & triſti oratione cladem teſtari ſuam.

lapſus, pro ruina accipitur. *Vpad.*

lata culpa, eſt nimia negligentia, cu-

ius finis est non intelligere, quod omnes benè intelligunt. non facere, quod omnes benè faciũt, vel maior pars, vel id facere, quod nulli vel pauci faciunt.

latebræ, hominum dicũtur propriè *Jáſkinie, iámy*. latibula verò ferarum tantùm, confunditur tamen ſæpè differentia hæc.

later. *Cegłá.*

latericius, eſt materia laterũ. *ceglány*

latitare, eſt turpiter ſe occultare, vt euitetur occurſus creditorũ. *Kryć ſię*

lacus, eſt qui perpetuam habet aquã *Jeźioro.* Stagnum, eſt quod temporalem continet aquam, quæ quidem aqua plerumque hyeme congelatur. *Staw.* Foſſa, eſt reçeptaculum aquæ manu factum. *Przekop.*

laicus, eſt omnis ſæcularis, qui non habet ſacros ordines. *Swiecki.*

lau-

*laudum, arbitrorũ definitio. *Wielkierz, vstáwá.*
latrina. *Wychod, prywet, potrzebne mieysce.*
legatus, est Principis, aut alterius Reipublicæ nuncius, aut orator pro aliqua ambasciaria, vel aliquod nudum ministerium exercendum, missus. *Poseł, Legat.* Et tales legati, quatenus caussa Reipub: absunt, habent excusationem à muneribus & honoribus.
legatio, est functio publici muneris extra territorium vel prouinciam, aut locũ cõstituentis subeũda. *Poselstwo.*
legatum, est donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præstanda. *Odkazánie, odlecenie.* Et legati appellatione fideicommissum & mortis caussa donatio continentur.
legatarius, qui legatum accepit. *Ten ktoremu odlecáią.*

legibilis, aptus ad legendum. *Czytelny, snádny przeczytáć.*

legio. *Cmá.* Et continet legio in se millia sexcenta, sexaginta sex. Nam in cohorte sunt quingenti, in manipulo ducenti, in centuria centum, in turma vel ala triginta. Sed turma peditũ est, ala equitum & militum, in decania decem.

lapidicina, locus vbi lapides ceduntur. *Kámienna thyßárnia.*

laqueus. *Sidło.*

legumen. *Járzyná.*

legale impedimẽtum, est iusta caussa quæ tribuit dilationẽ, vt est infirmitas. *Słußna przekázá ábo wymowká.*

lethargus, veternus, morbus obliuionem faciens. *Zápomnienie nádprzyrodzenie.*

lex, est omne rationabile statutum, seu

ſeu regula iuſtorum & iniuſtorũ. Vel lex, eſt conſtitutio ſcripta. *Práwo.*

leges igitur ſunt regũ inſtitutiones, aut liberi populi ſcita. Vnde & rogationes vocantur, eò quòd de lege ferẽda populus rogari, id eſt interrogari ſoleat.

legiſta, qui incumbit legibus, vel leges docet. ſicut canoniſta, qui vel canonibus operã dat, vel canones docet.

legiſlator, qui legem tulit. eiuſdẽ ſignificationis eſt legifer. *práwodawcá*

leguleius, qui legum ſtudia ſectatur, ſeu verſatur in legibus.

lætus, quòd aſpectu lætitiã promit, vt lętus vult⁹. *weſoły.* gaudẽs in animo eſt. Sed lethũ dicitur mors, *Smierć.* nomen deductum ab obliuione, quæ Græcis λήθη.

lethale vulnus, id eſt mortiferum. *Smiertelna rána.*

lentigo, *Piegá.*

lenones, sunt qui muliebrem impudentiam & turpitudinẽ vendunt. Vel qui iuuenculas decipiunt, & ad vitam miseram ducunt. *Rufianowie, kurewnicy, zwodnicy.* Tales ex ciuitatibus tanquam pestiferos & communes castitatis vastatores eiici, lex præcepit.

lenociniũ, est cùm maritus ex adulterio vxoris suæ aliquid cæperit: vel qui in adulterio deprehensam detinuerit. *Kurewstwo.*

lenocinor, lenocinium facio. *Kurwię się.*

leuir. *Dźiewierz.* 356.

liber, dicitur qui ex naturali facultate facere potest quicquid libet, nisi quod vi aut iure prohibetur. *Swiebodny, wolny.*

libertas, est naturalis facultas eius quod

quod cuiq; facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur. *Wolność.*

libertus, qui ex iusta seruitute manu missus est. *Wypuszczony z niewoley, wyzwoleniec.*

libertinus, qui ex libero natus est, id est filius liberti. Sciendum est, Libertas est duplex: Directa & Fideicommissaria. Directa, cùm solus manumitto. Fideicommissaria, cùm hæredi meo committo post aliquot annos seruum meum manumittere.

liberorum nomine continentur & filiæ. Item liberorũ appellatione etiã vnus filius & vna filia intelligit. Item liberorum appellatione continentur nepotes & pronepotes, cęteriq; ex his descendentes. *Dźieci, synowie.*

liber venter, id est, mater libera. Et natus ex libero ventre, id est matre libera

bera iudicandus eſt liber, non ſeruus, quia partus ſequitur ventrem.

libra, facit ſolidos xxxvj. Libram auri ſeptuaginta duo aurei conſtituunt.

librarius, pro venditore ac cuſtode librorum ponitur.

libripens, ζυγοςάτης. *Ważny.*

liceri ſeu licitari, eſt offerre precium, ſeu æſtimare valorem rei vendibilis. *Targowáć, ſácowáć.* (nie.

licitatio, eſt precii auctio. *targowá-*

licitarius, qui in emendo contendit alterum ſuperare plus offerendo precii. *Kupuiący.*

lichnus, funiculus candelæ. *Knot.*

lictor eſt miniſter conſulum, ad puniendos reos paratus. *Ceklarz, oprawcá, zbier, caff.*

licentia eſt impunita facultas loquēdi vel agendi quæcunq; placent. *Dozwolenie.*

ligna

ligna, *Drwá.* fissilia ligna, *ſſczepáne drwá.*
limites, ſunt fines vel termini regionum, vel agrorum, vel pratorum ſeu camporum, & alio nomine dicuntur metæ, *Gránice.*
limitarii, qui limites faciunt, *Gránicznicy.*
limites facere in bonis, ſeu diſlimitare bona, *Ográniczyć.*
litis nomen, actionem ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonam. *Swar, ſpráwá.*
litis conteſtatio, eſt principium formale iudicij, quod facit propoſitio & reſponſio. *Grunt práwá.* 71.
lis pendere, dicitur à die citationis vſque ad definitiuam ſententiam.
lis ſopita, id eſt terminata. *Dokończenie práwá.*

liti-

litigatoris nomine, non solùm actor, sed etiam reus intelligitur. *Ten ktory się práwuie.*

litus est maris. ripa autem fluminis. *Brzeg.*

lixa, coquus in exercitu, & quicunque questus gratia sequitur exercitum, vt qui aquam ministrat. *Loźny, czurá.*

locare, mercede aliquid vtendũ tradere, vt ego loco tibi tribus aureis fundum. *Náymuię.*

locatio, *Naiem.* locator, *naiemnik.*

locus natalis scabinorum, non est aliud nisi locus iudicij, vel iurisdictio illa ad quam pertinent.

locus insignis, dicitur ciuitas in qua est copia peritorum. *Zacne mieysce.*

locuples, est qui satis & idoneè habet, pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit. *Bogáty.*

locu-

loculus, dicitur sacculus pecuniæ vel crumena, vt Iudas habuit Christi loculos. *Wácek, worek, mięßek.*
logographus, scriptor publicę rationis. *Ráchownik.*
lucerna, id est candela. *Swiecá.*
lucrum dicitur, quod superest omni damno deducto. *Zysk.*
ludicrum, quodcunq; opus iocularé. *Figlik.*
luctus tempus, est vnius anni. *Czás żáłoby.* Et luctus non tam dolorem significat quàm ostentationem doloris, qui veste, habitu, vultuq; proditur.
lugubres vestes, pullæ. *Záłobá.*
lugere, valde flere, vt fœminæ sæpè lugent viros mortuos, cùm tamen secum oppidò gaudeant.
lues, generaliùs est quàm pestis aut pestilentia. est enim lues aliquod genus

nus morbi, quod ſiue homines, ſiue ſata corrumpit. Peſtis autem citò occidit, aut citò abit, quam nos peſtilētiam vocamus. *Morowe powietrze.*

lubricus locus, in quo nequeas cōſiſtere, hinc anguilla, glacies, lubrica dicunt. Et oculi dicũtur lubrici, eò quòd ſemper voluantur. Adoleſcentia lubrica, eò quòd facilè in ea labimur. *Sliſki.*

lunatio. *Xiężyc, ábo przećiąg od iednego nowiu do drugiego.* Sunt autem lunationes alternis plenæ xxx. dierum, alternis cauæ xxix. dierum. Omni autem Menſe, qui eſt impar, fit lunatio plena. vt Menſe primo, tertio, quincto, ſeptimo, nono, vndecimo. Omni verò Menſe qui eſt par, fit lunatio caua. vt menſe ſecundo, quarto, ſexto, octauo, decimo, duodecimo, vnde Carmen: Im-

Impar Luna pari: contra par, impare mense.
lustrum, est spatium quinq; annorũ, *Pięć lat, pięcioletne cysto.*
luxuria, *Zbytek, nieczystość.*
lupanar, prostibulum, seu locus in quo lupæ, id est meretrices corpore quęstũ faciunt. *Zámtuz, prożny dom.*

M.

Macellum, locus in quo venalia pertinentia ad victum humanum venduntur. *Játki.*
macies, carẽtia pinguedinis. *chudość*
macilentus, id est macie confectus. *Chudy.*
magistri appellantur, quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & solicitudinem rebus, quibus præsunt, debent. Quinetiã & ipsi magistratus per deriuationẽ à magistris cognominan-

tur. Vnde etiam cuiuſlibet diſciplinæ præceptores, magiſtros appellari, à monendo vel monſtrando ſolemus. *Miſtrze.*

machina bellica, eſt opus fabrile, quo in bello vtimur, *Dźiáło.* Item machina, eſt ipſum conſilium quo decipere hoſtem conamur.

magna negligentia, culpa eſt: magna culpa, dolus eſt.

maior, qui 25. ãnorũ impleuit ætatẽ.

malefactor. *Złocżyńcá.* malefactũ, *Zły vchynek.*

maleficatus, qui eſt per maleficas & incantatrices à coitu retardatus & inhabitatus. *Vczárowány, omamiony.*

manifeſtum aut manuale factum. *Gorący vczynek.*

malleatores, adulterinæ monetæ dicuntur, qui falſam monetam malleãt, id eſt,

id eſt, fabricant. *Fálßerze monety.*
maltum, βύνη Aëtio. *Słod.* maltum coctum, *mluto.* maltum hordeaceum *ięczmienny ſłod.* maltum triticeum.
mancipium. *Niewolnik, poimániec, bŕániec.*
mancus, qui manu caret. *iednoręki.*
mandare, eſt alicui aliqd agendũ vel perficiẽdũ cõmittere. *poruczyć.* 279.
mãdator, qui mãdat. *porucznik.* ibid.
mandatarius, qui mãdatum ſuſcipit adimplẽdũ. *ktoremu poruczáią.* ibid.
mandatum procuratorium eſt plenipotentia. *Moc.* Item mandatum, eſt ſpecialis cõſtitutio principis. *mándat.*
maiores ſunt, quicunq; ante nos fuerunt, atq; id in noſtra ciuitate, vt pater, auus, proauus, atauus, tritauus, & cæteri antiquiores. *Przodkowie.* Poſteri ſiue minores ſunt, quicunque ex
 nobis

nobis, & post nos nati sunt: vt filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, & cęteri qui nomine carent, posteriores seu minores vocãtur. *Potomkowie*. vide pagina 336.

mango, onis: est homo vendens pueros suos & cęteros venales homines. *Ludźioprzedawcá*.

manifestum dicitur, quod patet pluribus, sed non omnibus. *Jáwna rzecz*. notoriũ autem, quod omnibus patet.

mantile, linteum quo manus tergũtur. *Ręcznik*. (*ká*.

mansus & laneus idẽ sunt. *Lan, włomanser* illegitimus, qui de scorto natus est. *Wylegániec*. vide pagina 338. versu 25.

manumissio, est datio libertatis. *wypuszczenie z niewoley*. Nam quamdiu aliquis in seruitute est, manui, id

est,

est, potestati alienæ suppositus est. hinc manumissus, qui ex manu, id est, potestate domini dimittirur.

manualis obedientia, quam subditi tenentur prælatis sine scriptura & iuramento.

mantissa, additamentum quod adiicitur rei venditæ, vt in ceruisia aut vino, pauxillulum illud vltra mensuram. *Przylewek.*

mancipes salinarum dicuntur, cõductores salis.

mappa, linteũ quod mensæ insternitur. *Obrus.*

marca ponderosa, cõtinet 36. solidos.

marca auri, valet duodecem marcas argenti. marcam autem argenti faciũt floreni Polonicales 8.

maritus, est qui vxorem honesto & legitimo matrimonio sibi coniunctã habet. *Mąż.*

mare, *Morze.*

marinus, a, um, quòd ad mare habitat, vel fit, vel eſt, vt nauis, piſcis, rudẽs, periculum, ſonus, marina dicuntur non maritima. Ora maritima, vrbes maritimæ, bellum maritimũ. *Morſki.*

. tranſmarinus, quod tranſmare eſt, tranſmaritimum, quod tranſmaritima loca eſt. *Zamorſki.*

* maſſaritiæ, dicuntur omnia vtenſilia domus, cuius appellatione veſtis non continetur. *Sprzęt domowy, gráty, ſcżebrzuchy, ſtátki, rupieći.*

* maſticonium, vel potiùs noſoconium, domus leproſorum. *Szpital trędowátych.*

matremfamilias accipere debemus eam, quæ honeſtè in domo vixit. Matres enim familias à cæteris fœminis mores diſcernunt atq; ſeparant. Proinde

inde nihil interierit, nupta sit an vidua, ingenua sit an libertina. Nam neq; nuptiæ, neq; natales matrem familias faciunt, sed boni mores. *Gospodze.*

matricula, dicitur liber vniuersitatis, in quo suppositorum nomina cōscribuntur. *Metriká.*

matertera. *Ciotká po mátce, to iest mátki moiey śiostrá.* vide pagina 341.

matruelis frater. *Wuiecżny brát.*

matrimonium, nuptiæ, coniugium, consortium idem sunt. *Małżeństwo.*

matrona, honesta mulier quæ iam nupsit. *Gospodyni, páni.*

maturus, id est, perfectus. *Zrżáły, dośły, dorosły.* Vt puella matura cōnubio, maturus ætate, id est, perfectus. Præmaturus, id est, nondum maturus. Poma quæ præmatura decerpuntur, minùs sapida sunt, & noxia

magis. Præmatura ætas, id eſt imma-tura. Præmatura poſtulatio.

maza vel maſſa. *Ciáſto.*

mechanicus. *Rzemięślnik.*

mendacium. *Kłamſtwo.*

mendicantes. *Zebracy.* Et ſunt duplices: Quidam ſunt verè mendicantes & non fictitij, qui reficiuntur publicis annonis. *Vboſtwo ſſpitálne.* Alij ſunt mendicantes validi, id eſt robuſti, quos ſpanaldos vel golothas vulgus appellat, & hi mendicare non debent, ne miſeris & verè debilibus panem auferant, & ideò iuſtius feceris, ſi iniuſtè petentem correxeris, quàm ſi ei dederis.

mœnia, orum, dicuntur muri, qui muniunt ciuitatem. *Mury.*

menſes anni ſunt xij. Ianuarius, *Styczeń.* Februarius, *Luty.* Martius, *Márzec.*

rzec. Aprilis, *Kwiećień*. Maius, *May*. Iunius, *Czerwiec*. Iulius olim Quinctilis, *Lipiec*. Augustus, olim Sextilis, *Sierpień*. September, *Wrześień*, October, *Páźdźiernik*. Nouember, *Listopad*. Decēber. *Grudźień*. Quot autem singuli dies habeant, docet hoc Tetrastichon.

Triginta Aprilis, Iunius, Septembrq; Nouember.
Vno plus alii. viginti Februus octo.
At si Bissextus fuerit, superadditur vnus.
Et tunc bis sexto Marti conscribe Kalendas.

mensura. *Miárá.*

mœchus, adulter. *Cudzołożnik.* mœchatio, adulterium. *Cudzołostwo.* mœchor, adulterium cōmitto. *cudzołożę.*

mœcha, adultera. *Cudzołożnicá.*

meorum & tuorū appellatione, actiones quoq; contineri dicendum est.

mercis appellatio ad res mobiles tātùm pertinet. *Kupno, kupia, ábo towar.*

war. Et mercis appellatione, inquit Africanus, homines non contineri, Mela ait. Et ob eam rem mangones non mercatores, sed venalitiarios appellari ait, & rectè.

merçor, id est, emo. *Kupuię.*

mercator. *Krámarz, kupiec.*

mercipotus. *Lidkup.*

merere, est stipendium facere. Sub nostro duce decem annis meruit.

mereri de aliquo, est aut benè, aut malè alicui facere. Benè mereri de aliquo, est benè facere. malè mereri, id est, iniuriam facere. Demereri, est bono mereri. Emereri, est mereri. Emeriti, qui perfuncti sunt officio, vt miles emeritus, emeritus senex.

meritorius, a, um, quod quæstũ corpore suo facit.

meritoria taberna, vbi mercede quid agitur.

me

meritorium, diuersorium, quod intrare cuilibet licet.

meritorius puer, est qui pstat pretio.

meretrix, mulier quæ præmio prostat, vel cuius turpitudo publicè venalis est.

meritorium corpus, tam meretricis, quàm meritorij scorti masculini.

membrana, est charta pargamenea è pellibus animantium. *Kompáturá, párgámin.*

messis, est tum ipsa messio, tum seges matura meti. *Zniwo.*

messorium, est vas escarũ. *chlebnicá.*

met alia signa, id est, scopuli. *Kopce.*

metior, id est, æstimo, taxo. *Szácuię.*

metropolis, matricia ciuitas, nam componitur ex μήτρα, quod est matrix, & πολις, ciuitas. Et inde Metropolites is dicitur, qui ei ciuitati sacerdotio præ-

præest, quem canones Metropolitanum aut Archiepiscopum appellant.
metus, est instantis vel futuri periculi caussa, mentis trepidatio. *Boiaźń*
migrare, est soluta pensione locatori exire vel recedere de habitatione cum rebus suis. *Wyprowádźić się.*
miles. *Rycerz.* vide 175. sciendum est militum delicta duplicia esse, Propria & Communia.
Proprium militare delictũ, est quod quis vti miles admittit, vt est transfuga, emansor, desertor, erro. Transfuga, est qui ad hostes transfugit, & se militem dat cui non licet. *Zbieg.* Emãsor, est qui diu vagatus extra castra, tãdem reuertitur. *Błękácz.* Desertor, est qui per prolixum tempus vagatus, reducitur. *Łázęká.* Erro, qui nunquã fugit, sed frequenter sine caussa vagatũ.
Pœ-

Pœna militum huiuſmodi, eſt caſtigatio fuſtium & verberum, pecuniaria mulcta, munerum interdictio, militię mutatio, gradus deiectio, ignominioſa miſsio.

Cōmunia militum delicta cum cæteris, ſunt furta, rapinæ, ſtupra, adulteria & huiuſmodi, pro quibus milites licèt aliquando capitali ſupplicio puniuntur, non tamen in metallum, nec in opus metalli damnantur, nec torquentur, nec hodie de conſuetudine ſuſpenduntur (etiam ex delicto ex quo plebeius ſuſpenditur) nec aliis ſimilibus pœnis, quæ plebeiis infliguntur, puniuntur.

militia. *Rycerſtwo, żołnierſka.*

mimus, id eſt, ioculator, hiſtrio. *błazen.*

*minera. *Rudá.*

minores dicuntur, qui nondum cōpleue-

pleuerunt vigesimum quintum annũ, facta computatione de momento ad momentum.

minus soluit qui tardiùs soluit, nam minus tempore soluitur.

ministerialis. *Woźny.*

miserabiles personæ illæ dicuntur, quorum iniuria à fortioribus illata naturaliter nos mouet ad commiserationem, quales sunt senes decrepiti, valetudinarij, morbo diuturno fatigati, etiam si sic sunt diuites, viduæ, & religiosi, inter miserabiles personas computantur. *Nędzni ludźie.*

misericordia. *Miłośierdźie.*

missilia dicuntur, donaria quæ in coronationibus regum in vulgus mittũtur & sparguntur, vt per hoc pressura minuatur. *Rozrzucánie pieniędźy.*

missionis ex militia generales causſæ

sunt tres: Honesta, Caussaria, & Ignominiosa.

mysterium, est res arcana, sacris tantùm viris cognita. *Táiemnicá.*

ministeriũ, est opera ministrãtis, sed capitur pro quocũq; opere. *Posługá.*

mittere in possessionẽ, est possessorem facere, aut in possessionem ducere. Pone exemplum: Contendisti mecum pro agro, & probasti esse tuum: Iudex per se vel per exsecutorem mittit te in possessionem, id est, facit te possessorem.

mobilia bona, & se mouentia, idem sunt. *Imienie ruszyste ábo idące.*

monachus Græcè, Latinè singularis vel solitarius dici potest. *Mnich, zakonnik.*

monachari, id est, effici monachus, seu ingredi religionem. *mnichem być, wstąpić do zakonu.* mo-

monachatio, id eſt ingreſſus in religionem, ſimilis eſt morti, verùm id eſt fictè non verè. Nam cùm quis intrat monaſterium, ipſo iure fingitur mori, cùm ſe omniaque ſua Deo dedicat, & dat monaſteriis, ſęculoq; renunciat.

monarcha, vnicus omnium princeps. *Krol.*

monarchia, eſt principatus vnius.

moneta adulterina. vide adulterina moneta.

moneta vſualis eſt, quam Galli vocant currentem. *Monetá ktora miedzy ludzmi idzie.*

monogamus, vnius vxoris vir. *iednożenia.*

monopoliũ dicitur, ſingularis negotiatio in ciuitate, (quod ἀπὸ τοῦ μονὸς καὶ πωλέω deducitur) cùm vnus, vel vt fieri ſolet cum paucis ſecũ admiſsis, exercet ac emit aliquod mercaturæ genus. *Zákupienie.*

monumentũ, id eſt ſepulchrũ. *grob.*
mora. *Omieſzkánie.* Et mora ſua cuilibet eſt nociua, quia vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt & ſcripta ſunt.
moroſus à mos moris, cui difficilè ſatis fit. *Zrzedny.*
moratus benè, qui bonis moribus præditus eſt. *Obycząyny.*
moratus malè, qui malis eſt morib⁹. *Nieobycząyny.*
morigerus, id eſt obtẽperãs. *powolny.*
monomachia, id eſt duellum. *Poiedynek.*
morbus, eſt ægritudo vel imbecillitas corporis. *Wrzod, niemoc, chorobá*
mollis homo, ſignificat inconſtantẽ hominem & laſciuum. *Miękki, nieſtátecznу.*
morbus ſonticus eſt, qui cuiq; rei nocet. *Zaráźá.*

*morganica & morganatica, ſeu potiùs morgengabe, dicitur donatio facta vxori in recompēſam virginitatis, primanoctæ amiſſę. dicitur à Germanica dictione Morgen, quod eſt mane, & Gab donum, quaſi matutinum munus. *Opráwá, vpominki.*

mortuus. *Vmárły.*

mortuæ manus probatio, indiget teſtimonio ſeptem virorum.

*mortuarium dicitur, quod quis reliquit in morte. *Puśćizná.*

mores, dicuntur frequentes actus hominum. *Obycząie.*

mos, eſt longa conſuetudo de moribus tracta. *Zwyczay.*

mucor, eſt vitium ſeu lanugo, quæ diutino ſitu contrahitur, vt in pane, carne. *Pleśń.*

munimentum, munimen ac munitio

tio eiuſdem ſignificationis, cùm ſcilicet caſtra, oppida, turres, aliæúe huiuſmodi res contra aduentum hoſtiũ muniuntur, ſiue vallo & foſſa, ſiue alio quouis modo. *Obroná.*

mulctare, punire in pecunia. *Skáráć winą.*

mulcta, pecuniaria animaduerſio. *Winá pieniężna.* pag: 123.

mulieris appellatione, etiam virgo viripotens continetur.

munitio, vulgò dicitur fortalitium. *Twierdza.*

municipes propriè appellantur, muneris participes. Hinc & municipium ciuitas dicitur, eò quia recepti in ciuitate, munera, id eſt publica officia cũ ciuibus ſubeunt. Sed abuſiuè municipes dicimus cuiuſque ciuitatis ciues. *Mieszczánie.*

municipalis magister ille est, qui pręest municipibus. *Burmistrz, rychtarz.*
municipatim, per singula municipia. *Po mieściech.*
murus, vrbium est & vrbi similium, castrorum, munitionumq́; *Mur.* męnia, muri sunt vrbis & ædificia eius, paries domorum. *Sćiáná.*
mundus, muliebris est, quo mulier mundior fit, veluti speculum, conchę, situli, item buxides, vnguentum & vasa, in quibus ea sunt. *Ochędostwo.* ornaměta autem muliebria sunt, quibus mulier ornatior efficitur, veluti sunt inaures, armillæ, anuli, & omnia quæ ad nullam aliam rem parãtur, nisi corporis ornandi caussa, ex quo numero etiam sunt gemmæ, lapilli, mitræ, semimitræ, acus cum margarita, quam mulieres habere solent, reticula, cro-

cyphantia. &c. *Vbiory*. Sciendũ est, aliud est esse mulierem mundam, aliud ornatam, vt solet cõtingere in his, quæ se mundauerunt in balneo, neq; tamen se ornauerunt, & è contra. Est aliqua mulier summè ornata, neq; tamen munda, si non lota sit.

munus tribus modis dicitur. Vno, donum, *dar*. & inde munera dici dari, mittiúe: altero onus, *brzemię*. quod cùm remittatur, vacationem militiæ munerisq; prestat, inde immunitatem appellari, & immunem, hoc est sine onere rei. tertiò officium, *vrząd*. Amici munus est, amicum clam arguere, palam laudare.

munera ciuilia sunt triplicia. Aut enim sunt patrimonij, quædam personalia dicuntur, alia mixta.

munera patrimonij seu patrimonia-

lia ſunt, in quibus ſumptus maximè poſtulatur, vt præbere vehiculum ad onus portãdũ, dare cẽſum vel tributũ.

munera ciuilia perſonalia ſunt, quæ labore corporis, & ſollicitudine ac vigilantia animi expediuntur, vt eſſe tutorem, conſulem, legatum, defendere ciuitatem, vias reficere, & quæcũque aliæ ſunt curæ ſimiles.

mixta ea munera ſunt, quæ & labore corporis, ſumptibusq́; patrimonij & damnis adminiſtrantis ac ſollicitudine animi perficiuntur.

murex, eſt conchæ genus, cuius cruore tingitur purpura.

murileguli ſunt, qui legunt, id eſt, colligunt murices, id eſt, piſces, ex quorum ſanguine tingebantur purpuræ. alio nomine appellantur conchylioleguli, ſiue conchyliorũ piſcatores.

muti-

mutilare, est aliquod membrum detruncare, vt homini manum, vel pedem. *Obćiąć, okáliczyć.*

mutua petitio, est conuentio ex parte actoris, & reconuentio ex parte rei. Nam reconuentio est secunda conuẽtio. Sunt ergo duæ petitiones. *Zobopolne proßenie.*

mutuum quod alicui præstatur, vt tempore suo reddatur. *Pożyczek.* 253.

mutuum debitum. *Pożyczány dług*

mutuo, as, are actiuè, significat mutuò dare. *Pożyczyć.* Mutuor, aris, deponentaliter, significat mutuò accipere. *Bráć ná borg ábo pożyczáć.* vt mutuatus sum à mercatore quodam viginti aureos.

mutua mihi vnum ducatum, vel mutuo da, vtroq; modo dicitur.

N.

Nanus, pumilio. *Kárzeł.*

* nasiaticus equus. *Nosáty koń.*

natalis hora, est hora natiuitatis. *godźiná porodzenia.*

natalis seu natalitius dies adiectiuè, idem significant, id est, dies quo quis natus est. *Dźień národzenia.*

natales, pluralis numeri est substantiuum, significat conditionem sanguinis & familiæ. & ij qui obscuros habēt natales, virtute sibi laudem parabunt. *Stan rodzáiu.*

natorum appellatio, & ad nepotes extenditur.

naufragium, dicitur quasi nauis fractura, à naue & frango, quia plerunq; naues franguntur, dum naufragium committitur. *Rozbićie okrętu, vtonienie nawy.*

nauí-

nauicularij tribus modis dicuntur. Primò facientes naues, ſed hi propriè naupegi appellantur. Secundò ij, qui maiorem partem poſuerunt in merca tura nauium. Tertiò pro his qui ducunt naues.

nautæ appellantur omnes, qui nauigandæ nauis cauſſa in naui ſunt. *Zeglarze, flisowie, bárkároli.*

naulum. *Przewoźne myto, zapłátá od przewozu.*

neceſſarij ſunt, cum quibuſcunq; nobis aliqua familiaritas & amicitia intercedit. *Przyiaćiele.* inde neceſsitudo, id eſt amicitia. *Przyiaźń.*

negotiũ, cõtrarium eſt otio. *ſpráwá.*

negotiatio. *Kupiectwo.*

negligentia. *Omieſʒkánie.* Et negligentia in rebus propriis culpanda eſt, in alienis corrigenda.

nepos, neptis. *Wnuk, wnucżká.* 338.
nepos ex fratre. *Synowiec.* 341.
nepos ex ſorore. *Sieſtrzeniec.* 342.
nobilis. *Szláchetny.* nobilitas. *Szláchtá.*

nonæ dicuntur in Martio, Maio, Iulio, & Octobri, ſex illi dies qui primũ ſequuntur: in reliquis verò menſibus quatuor tantùm dies, primum ſequẽtes. Vnde Diſtichon:

Sex Maius nonas, October, Iulius, & Mars.
Quatuor at reliqui, dabit Eidus quilibet octo.

nominatores, dicuntur electores officialium publicorum. *Wybieracże.*
non eſt pupillus, ſed ſperatur eſſe qui in vtero eſt.
notarius, id eſt ſcriba, tabellio. *piſarz*
nota, id eſt infamia, ignominia. *hánbá*
nola, tintinabulum, quod appenditur collis canum. *Zwonecżek.*

nomi-

nominatim, id eſt, expreſſo nomine. *Miánowićie.*
noſocomium, locus vbi ægroti curantur. Νόσος enim morbum, κομέω verò curare ſignificat. ſed pro noſocomio corruptè ſcribitur Maſticomiū.
notare, quandoq; ſignificat reprehēdere, quandoq; infamare, quandoq; conſiderare.
notarius ciuitatis. *piſarz mieyſcki.* 34.
nothus, Græcum eſt, & ſignificat quocunq; modo illegitimum. *bękárt.* vide pag: 338.
nouatio, eſt prioris debiti in aliam obligationem transfuſio atq; tranſlatio. Nouatio enim à nouo nomen accepit, & à noua obligatione.
nouacula, culter raſorius. *Brzytwá.*
noualis ager, qui nunc primum proſciſſus eſt, vel qui alternis ſeritur.
noua-

nouale idem dicitur, terra de nouo, ad culturã redacta, de qua non est memoria, quòd aliâs fuisset culta.

nouerca. *mácochá.* 357.

noxæ appellatione duo significant. Primò pœna: Dedere noxæ, est dare seruum ad pœnam. Secũdò omne delictum, & ita dicitur: Noxa caput sequitur, & delicta hominum cum capite ambulant.

noxia, id est damnum, maleficium, seu ipsum corpus quod nocuit.

nuncupare, est palam nominare vel vocare & confirmare. *Miánowáć, opowiedźieć.*

nuncius. *Poseł.*

numerus. *Liczbá, cyslo, poczet.*

numerata pecunia. *Pieniądze gotowe.* Propriè creditor dicitur numerare pecuniam, debitor autem soluere.

num-

nummus. *Pieniądz*. Et apud Saxones, sex nummi faciunt grossum.

numisma, aureus, ducatus, solidus, idem in legibus significant. *Złoty*.

nũmularius, id est, monetarius, campsor. *myńcarz, odmieniácz pieniędzy*.

nundinæ, sunt immunitas à principe concessa ad habendum generale forum in sua possessione, vel villa, vel castro. *Jármárk*. sed propriè nundinæ quę fiunt nono die. *stárorzymski targ* Nam antiqui Romani octoadem habebant, non hebdomadem.

nuptiæ, id est, matrimonium. *małżeństwo*.

nuptiæ secundæ, dicũtur omnes quę sequuntur primas, licèt sint tertiæ, quartæ, quinctæ.

nurus. *Niewiástká, żoná synowska, ćieść*. 356.

nutri-

nutriri, est paruulorum vt crescant. Inde nutrices nutriciiq; dicuntur, qui aut alunt, aut aluerunt pueros. *Piástun, wychowácʒ.*

numen, est potestas seu imperium deorum dūtaxat. *moc Boska, Bostwo.*

nugæ nugarū, sermones leuium rerum, nullius ponderis, vt sermones aniles, nugas vocamus. *Báśni, fráſki.*

O.

Obedientia. *Posłuſzeństwo.*

obligatio. *Obwiązánie.* 282.

obseruare duo significat. Primò attendere, *Obácʒáć.* vt obserua quò abeat magister. Et capitur frequenter in malam partem. Obseruamus eum cui parùm fidimus. Inde venit obseruatio. Secundò significat venerari cum quadam admiratione virtutis. *Cʒćić, waʒyć.* inde nascitur obseruantia. Pro

mea erga te obſeruantia, id eſt, pro meo amore vel reuerentia.

obprobrium, infamia, dedecus, quaſi obiectum probrum. *Pohánbienie.*

obſes, eſt qui traditur imperio alterius, ea conditione: vt ſi datio obſidis à fide recedat, recipienti ſit ius in corpus obſidis. vt reges ab vrbibus, in fidem pacis obſeruandæ, accipiunt & dant obſides. *Zákłádnik.*

obſonium, eſt cibus additus pani. *Potráwá, prżyſmák.*

obſidium viæ. *Záſtąpienie drogi.*

obſtetrix, fœmina quæ iuuat parturientes. *Babá, ďžiećiobiorká.*

obtemperare, eſt obſequi vel obedire. *Folgowáć.*

occaſio. *Doworá, prżyczyná.*

obulus olim quinq; nummorũ erat, nunc pro nummo ponitur. *Pieniądz.*

oti-

otium, eſt vacatio à labore, cuius cõtrarium eſt negotium. *Prożnowánie.* Item otium capitur pro ſtudio literario, vnde otium literarium dicimus.

occupare, propriè eſt rem in medio poſitam ante cæteros capere. *Wźiąć, ośieść.*

occupare vrbem, eſt vi capere. *wźiąć miáſto.*

occultare. *Táić, kryć.*

occultum, aliud eſt occultum omninò, quod nulla ratione probari poteſt. idem dicitur ſecretum vel latens. aliud eſt occultum pęnè, quod pauci ſciunt, & quod per paucos ꝓbari poteſt.

œconomia, rei domeſticæ adminiſtratio. *Goſpodárzſtwo, ßáfárzſtwo.*

œconomus, adminiſtrator ſiue diſpenſator vniuerſæ domeſticæ ac familiaris rei. *Goſpodarz, ßáfarz teź.*

offi-

officium, id quod facimus vt debe-
mus, pro rerum, locorum, personarũ
exigentia. Secundò officium accipi-
tur, pro beneficio seu obsequio. Ter-
tiò officium est functio, vt magistra-
tus. inde Officiales vocamus. Quartò
officium est, quod quisq; debet præ-
stare. *Vrząd, powinność.*
officina, est vbi opera opificum fi-
unt. *Wárstát, kuźnia.* Officina sta-
tuarij, fusoris, flatoris, vitrarij, picto-
ris, sutoris, cęlatoris, excussoris, fabri.
olus est omnis herba satiua, qua ve-
scimur, & cuius foliis & caule in edu-
lium vtimur. *Ziele śiane, iárzyná w
korzeniu, álbo w liśćiu.*
olitor siue hortulanus, qui olera cu-
rat. *Zagrodnik, ogrodnik.*
*olotarus, vel potiùs holoberus, ve-
stis est, quæ tota deaurata est. *Złoto-
glowowa ßátá.*

omnis, comprehendit ſingula. Nam ſi quis dicat. Do tibi talem villam, & omnia iura quæ habeo. ibi ſingula iura comprehenduntur.

omologare, id eſt, confirmare vel ratificare. *Upewnić, wiścić.*

omologatum arbitrium, id eſt, confirmatum. *Potwierdzony wyrok iednácki.*

opera operæ ſignificat ipſam actionem & laborem ſeu obſequium quod quis præſtat. *Poſługá, robotá, ßárwárk, robotá, praca.*

opus operis, eſt fructus operæ, vt galea, quæ cuditur, *Dźieło, czyn.*

operoſus, multæ operæ. *Prácowity.*

operoſa ſtructura, multi operis.

operosè, id eſt laboriosè. *prácowićie*

opitulari, id eſt auxiliari, vel opem ferre. *Pomoc.*

opi-

opimus, diues, pinguis. Vnde opima spolia dicũtur, quæ dux duci detrahit.
opinio communis est, de longè præteritis, quę facilè probari non possunt. *Domniemánie*. Sciendum est, aliud esse opinionem communem, quàm famam. Nam opinio communis facit ius, fama verò non facit ius. Item opinio cõmunis probat, fama verò non.
oppidum, dicitur omnis ciuitas pręter Romam, quæ prima vrbs vocari cæpta, fecit vt cætera oppida, interdũ & vrbes vocarentur. *Miásto*.
opifex, qui exercet artem manuariã. *Rzemięślnik*.
opificium, exercitium artis, artificium. *Rzemiosło*.
optio, id est electio. *Wybior*.
opus publicum, est quod ad vtilitatem aut vsum Reipub. principaliter

pertinet, vt quod fit in muris vel portis ciuitatum.

opus nouum facere dicitur, qui aut ædificando de nouo, aut detrahendo aliquid ex veteri opere, pristinam faciem operis mutat. *Budowáć conowego.* Et edicto, de operis noui nunciatione statuitur & permittitur, vt siue iure, siue iniuria opus nouum fieret, posit per denunciationem legitimam inhiberi.

* opiso, id est titubans. *Jąkáłá.*

ora, ræ, sine h, finis vel extremitas regionis vel vestis. *Kray, gránicá.* Hora per h, vigesima quarta pars diei naturalis. *Godźiná.*

oraculum, principis responsum. *wyrok krolewski.*

orbus, qui priuatus est re admodum chara, vt parens suis liberis priuatus,

orbus

orbus eſt. *Opuſzcżáły*. Item orbus pro orphano accipitur. *Sierotá*. Et orbitas orphanitas. *Sieroctwo*.

orca, genus vaſis. *Dzber, fáſká*.

orare, eſt rogare. *Prośić*. Exorare, rogando impetrare. *Uprośić*.

orcheſtra, eſt locus vbi ſaltabatur publicè & ſimilia fiebant, circumſidẽtibus nobilibus, & plebe circumſtante. *Taneczsnicá*. Item interdum vſurpatur pro conſenſu honoratiorum. *Láwicá*.

ordinarius loci, dicitur Epiſcopus loci, qui & Diœceſanus appellatur. *Biſkup*. 230.

ordo, ſuo quidq; loco diſponit. *rzad*. Series, eſt rerum quædam continuata ꝓgreſſio. *rozrzadzenie, ſpoſob, położenie*

oriundus à Cracouia, oriundus Cracouia, & vnde tu es oriundus, dicitur.

orphanatrophi, ſunt receptatores puerorum ambobus parentibus orbatorum. ſed Brephotrophi ſunt gubernatores pauperum infantiũ. Ptochotrophi, ſunt pauperum ſuſtentatores. Aſcetriæ, ſunt fœminæ debilium ſuſtentatrices. Xenodochium, locus eſt vbi pauperes peregrini recipiuntur. Gerontocomium, locus vbi ſenes & valetudinarij, & propter ſenectutẽ infirmi homines curantur. *Szpital dla chorych.* vide Xenon.

ortilegium. *Ortel.* 99.

oſtentum, Labeo definiuit, omne contra naturam cuiuſque rei genitum factumq́;. *Dziw.* Duo genera ſunt oſtentorum. Vnum quoties quid contra naturã naſcit̃, tribus manibus fortè, aut pedibus, aut aliqua alia parte corporis, quæ naturæ contraria eſt.

Alte-

Alterum, cùm quid prodigiosum videtur, quæ Græci φαντάσματα vocant. *Widzenia, Obłudy.*

P.

Pacificatus sum, id est, pacem feci. pacatus sum, id est in pace sum, vel recessi ab armis.

placatus sum, id est, deposui offensionem.

Patientia, est remedium omnium malorum. Vnde dicitur: Nobile vincendi genus est patiẽtia. *Cierpliwość.*

pactum, pactio, contractus, conuentio, idẽ ferè sunt. *Umowá, kontrákt, postánowienie, zezwolenie.* pag: 228.

paciscor, conuenio, pactum facio. *Umowę czynię.*

pagani, accipiuntur pro priuatis hominibus, quales sunt villani, & alij omnes, qui neq; milites sunt, neq; ma-

giſtri. *Siodłacy.* Item paganus ponitur pro incredulo, infideli, ac hæretico. *Pogánin.*

pagus, ruſticanæ domus in vnũ coagmentatæ. *Wieś.* (*wnie.*

palàm, eſt coram pluribus fieri. *Iá-*

palatini dicuntur, vicarii principis, quia quodam modo gerũt vices principis. *Woiewodowie.*

pallium, eſt inſigne ornamẽtum Archiepiſcopi de corpore Beati Petri aſſumptum. *Płaßcз, Páliuß.*

pannoſus, qui craſſo ac vili ſeu lacero panno opertus eſt, vt pauperes, pannoſos dicimus. *Odárty.*

Papa, ideſt pater patrum, qui etiam & Apoſtolicus, & Summus pontifex, & Vicarius Chriſti vocatur. *Papież.*

parapherna. *Wypráwá.* vide pagina 228.

para-

paranymphus. *Dźiewoſtąb.* vide pagina 358. *(rágráf.*
paragraphus, diuiſio ſcripturæ. *Pá-*
parentis appellatione, non tantùm pater, ſed etiam auus, proauus, & deinceps omnes ſuperiores cõtinentur, ſed & mater & auia, & pauia. *rodźicy.*
parem eſſe, id eſt, ſufficere. Nõ ſum par tanto oneri. Impar dolori animus.
parentalia, honores funebrales. *Pogrzeb, żáłomſze.*
paria facere, eſt quod alibi ommiſſum eſt aliunde cõpenſare. *nágrodźić.*
*parlamentum, propriè colloquiũ. Item pro comitiis ponitur. *Seym.*
paraſitus ille eſt, qui omnia dicit ad voluntatem alterius, ventris gratia. *Páſorzyt, páſobrzuch.*
parochia, eſt locus in quo degit populus alicui eccleſiæ deputatus, certis

limitibus constitutus. *Dicta parochia, à parochi, quod est largitio, quia ibi largiuntur ecclesiastica sacramenta.

parricidæ dicuntur, qui parem, id est æqualem sui generis aut stirpis occidunt. *Mężoboyce*.

patricidę secundum Priscianum appellantur, eò quòd parentes vel patres occidunt. Sed communius vocabulũ est parricida, quod ad omnes consanguineos referri potest.

pastio, est cibus pecudum, propriè glandes, poma, hordeum, auena, legumina, & semina.

pabulum, est cibus pecudum & aliorum brutorum, propriè herbaceus, fæniceus, paleaceus, stramentitius, potiùs quàm seminum.

pastus, est cibus hominum.

pastor. *Pásterz*.

paſcua, ſilua eſt, quæ paſcuis pecudū deſtinata eſt. *Paßa.*

paſsi ſententiam dicũtur, quibus ob atrocitatem criminis aliqua ex ſolennibus pœnis per ſententiam inflicta vel iniuncta eſt, vt eſt vltimum ſupplicium, honoris priuatio & ſimiles tales. *Nárußeni.* Et tales ſi ex indulgētia principis reſtituti ſunt per omnia priſtinum ſtatum recipiunt, ſi quantū ad honores, vel ordines, & ſimilia.

patria, vrbs vel oppidum, vnde orti ſumus. *Oycʒyʒná.*

patresfamilias, ſunt domini domus, qui ſuæ poteſtatis ſunt, hoc eſt, qui non habent ſupra ſe dominum, ſiue ſint puberes, ſiue impuberes. *Goſpodarʒe.* Simili modo matresfamilias. Filij autem & filiæfamilias dicuntur, qui ſub aliena, id eſt patria poteſtate ſunt.

pa-

patria poteſtas, quæ habet ſub ſe liberos. *Moc oycowſka.*

patricij, ſenatorum filij ſeu nobiliores in ciuitate.

patibulum, furca. *Szubienicá.*

*patrinus. *Krzeſny oćiec.* vide cõpat.

patronus, qui accuſatum defendit, vel quemcunq; alium afflictum. *Rzecznik, obrońcá.* Item patronus dicitur, qui conſtruxit vel dotauit Eccleſiam. *Pátron, podawcá.* Et dicitur patronus, quia ſicut pater produxit filiũ de non eſſe ad eſſe, ita patronus Eccleſiam deducit ad eſſe. Et patroni appellatione etiam patrona continetur.

patrocinari, id eſt, protegere quemcunque. *Bronić, pomágáć.*

patrocinium, id eſt, tutela. *Obroná.*

patruus. *Stryk, ſtriy.* 340.

patrueles. *Stryiecżni bráćia.*

pau-

pauper, eſt qui non habet in bonis ſuis quinquaginta aureos. *Vbogi.*

paupertas. *Vboſtwo.* Et iniurioſum eſt detegere paupertatem, quia propter hoc acquiritur vilitas, ſicut propter diuitias inſecuritas.

pauperies, eſt damnum ſine iniuria facientis datum, vt ab animali ſenſu carente. *Szkodá.*

pax, eſt vinculum amicitiæ & concordiæ. Vel ſic: Pax, eſt diſcordiæ finis. *Pokoy.*

peculium, eſt quicquid labore noſtro partum eſt, quod repoſuimus nobis. *Imieniá, dobro.* Quandoq; ponitur pro cuiuſq; proprietate ſeu patrimonio. Diciturq; peculium idem quod proprium, ſeu quaſi puſilla pecunia, ſiue patrimonium puſillum. Quãdoq; ponitur pro rebus paraphernalibus.

bus. Quandoq; pro eo, quod seruus sibi acquisiuit domini permissu.

pecunia à pecoribus dicta est, quia quicquid antiqui habebant, totum in pecoribus consistebat. *Pieniądze.* Et pecuniæ appellatione rem significare, Proculus ait. Rei autem appellatio largior est quã pecuniæ. Pecuniæ igitur verbũ non solùm numeratam pecuniam complectitur, verùm omnem omninò pecuniam, hoc est, omnes res tam soli, quàm mobiles, pecuniæ appellatione contineri, nemo est qui ignoret.

peculatus, est furtum rerum ad Rẽpub. aut ad prouentus principis spectãtium. *Kradźbá Rzeczypospolitey.* Inde depeculor, id est huiusmodi res furor, quod etiã ad sacrilegiũ trãsfert.

peculator, qui de principis, aut populi

puli ærario suffuratur. *Złodźiey pospolitey rzeczy.*

pecus, dis, significat animal quod pascitur sub imperio hominũ, vt bos, vacca. *Bydło, skot.*

pedanei iudices dicuntur, qui negotia humiliora disceptant, nomen à pede acceperunt, qui est infima pars hominis. Sic & pedaneus iudex est inferior aliis, quòd pedestria id est infima tractat negotia.

pædagogus, id est, ductor siue gubernator puerorum. *Pedágog, piástun, pedánt.*

pedamenta, quæ figuntur in terram. *podpory.*

pedagium, est theloneum quod soluunt viatores. *Cło od pieszych.*

pellex, est quæ miscet corpus cum viro, cui vxor legitima est, & refertur ad vxorem. *Nałoźnicá.* pœ-

pœna talionis eſt, vt ille qui de crimine ad accuſandum aliquem procedit, ante omnia ſe ad pœnam talionis inſcribat, quod ſi in accuſatione defecerit, eandem pœnam ſufferat & ſuſtineat, quam ſuſtinere debuiſſet is, qui accuſare volebat & puniri. *Weth.*

pœnæ temerè litigantium in genere ſunt tres, ſcilicet: Corporalis, pecuniaria, & famæ.

pœna imponitur in foro iudiciali. *Męká, winá.*

pœnitentia autem in foro fori ſeu conſcientiæ, ſeu pœnitētiali. *pokutá.* Sciēdum eſt per pœnitentiam peccatum remitti, ſed infamiam non remoueri. Poſſumus enim per pœnitentiam ſaluari, infamiam verò abolere nō poſſumus. ij. q. iij. parag. hinc colligit.

peluis. *wánienká, ßáſlik, miednicá.*

*pe-

* penesticus, id est, reuenditor. *Przekupień.*
penula, summa vestis est, quæ pro tempore sumitur ad ventos, pluuiam, frigusúe depellendum. *Opończa.*
pentateuchon, est volumen cōtinēs quinq; libros Moysi.
penes te, ampliùs est, quàm apud te est. Nam apud te est, quod qualitercunq; à te teneatur. Penes te est, quod quodam modo à te posidetur.
pensio, census vel tributum. *Płát, czynß.*
parangaria, est seruitus personarum & rerum. *posługá, robotá, ßárwárk.*
peregrinus, qui ex nostra ciuitate nō est. *przychodźień, pielgrzym, pątnik.*
peregrinari. *pielgrzymowáć.*
peremptorius terminus. *záwity rok*
perlucra. *przezyski.*

per ſaltum promoueri dicitur, qui non gradatim ad ordines accedit, ſed prępoſterè, aliquibus intermediis omiſsis ordinibus.

perfunctoriè, id eſt, negligenter vel obſcurè, vel deceptoriè. *Niedbále.*

perduellis idem eſt quod hoſtis, qui contra nos bella gerit. *Nieprzyiaćiel.* duellum enim idem eſt quod bellum. *Walká, bitwá.*

perduellio, onis, qui aut Reipub. aut principis læſit maieſtatem. *Kto wyſtąpi przećiw poſpolitey rzeczy ábo krolowi.*

pergula, eſt tugurium vel obūbratio frondoſa. *Chłodnik.*

peruigil, quicunque non dormit, nec noctu, nec interdiu. *Stroż.* Vigilare, eſt ad tempus, non ſemper.

pernox, eſt qui noctem ducit inſomnem. Inde pernoctare.

per-

perferre literas, ad eum cui missæ sunt, ferre. *Donieść list.*

perlegere, vsq; ad finem legere, vel totum vel partẽ. *przecżć, przeczytáć.*

peragere reum, est vsq; ad illius damnationem agere, id est, accusare iuridicè. *Oskárżáć winnego.*

perorare, est finem orationis facere. *Dokonáć orácyey.*

peroratio, est finis & conclusio orationis. *Koniec orácyey.*

periurium, est falsum iuramentum. *Krzywoprzyśięgá.*

periurus, qui iusiurandum violat. *Krzywoprzyśięzcá.*

periurare, est falsum iurare. *Krzywoprzyśiąc.*

perditus, est qui in omne scelus traditus est. *Desperat*, perditissimi mores, perdita vita.

perfuga, generis communis, qui fugit ad hostes. Idem transfuga dicitur. *Zbieg.* vide militum delicta.

penus. *Spiżárnia.* Et capitur etiam pro omni eo, quod repositum est ad victum priuatum. vide pagina 210.

pensiones publicæ dicuntur, annuæ exactiones tributorum, vestium, vel auri, vel argenti, quæ à certis personis debebantur fisco. *pobory.*

permutatio. *Zámienienie.*

perpendere, expendere, est exactè ponderare atq; examinare. *rozważyć.*

penetrale, est interior pars ædificij vel regiæ. *komnátá, pokoy.*

pernoctare extra vrbem, intelligẽdus est, qui nulla parte noctis in vrbe est. PER enim, totam noctem significat.

persequi, id est insectari. *ścigáć, gonić.*

penarium, vide penus. *Spiżárnia.*

persi-

perfidus, qui fidem violat, à fide dicitur. *Zdraycá.* infidus, eſt cui non eſt fidendum, ſiue qui fidem non ſeruat. *Niegodny wiáry.* Fidus eſt, cui eſt fidendum. *Godny wiáry.* Fidelis, eſt inferior erga ſuperiorem, vt fidelis ſeruus, fidelis ſubditus. *Wierny.*

peruenire, eſt cò venire quò ibamus.

perueniſſe ad hæredem nihil intelligitur, niſi deducto ære alieno.

perſonæ priuatæ dicuntur, quæ non ſunt conſtitutæ in aliqua dignitate. Itē omnes exempti à iure communi.

pertinax, qui nimis eſt tenax ſuæ ſententiæ. *Vporny.* Vnde pertinatia, in malo dicitur. *Vporność, krnąbrność.* peruicatia, perſeuerãtia in bono. *Trwáłość.*

perfluere, tranſmittere liquorē, vt lagena malè cõpacta perfluit. *przećiekáć.*

per-

perpluere, transmittere pluuiam. Te-ctum cõclauis nostri perpluit. Domus perpluit. Cœnaculum perpluit. *prze-káponáć, kápáć.*

pensile, est quod pendet. Vua pensilis, horti pẽsiles, id est in aëre pẽdẽtes.

phaleræ, ornatus equorum.

pharetra, repositorium arcus & sagittarum. *Sáydak z załubcámi.*

philantrophon, id est, salariũ. *myto.*

pythones, sunt incantatores, vel diuinatores. *Wießczkowie.*

pignus, oris, significat aliquid quod datur gratia certitudinis, vt creditori datur pignus. *Zástaw.* Et qui decertant deponunt pignora. *Zákład.* Secundò pignora dicimus filios, eò quòd sint pignora coniugij, aut charitatis inter maritum & vxorem.

pignero, as, & oppignero, as, est dare ali-

re aliquid in pignus, *záſtáwiam*, *zákład dawam.*

pigneratitia res, oppoſita pignori. *Rzecz w zákład dána.* Repignerare dicitur, recipere pignus. *Wyzwolić zákład.*

pignus luere, id eſt redimere. *Wykupić zákład.*

pinna, eſt faſtigium turrium aut ædificiorum. *Szczyt.* Inde pinnaculum.

piſcina. *Staw, rybnik, ſadzáwká.* Et piſcantes in riuis alienis tribus ſolidis puniuntur. In ſtagnis verò alienis piſcantes, triginta ſolidis puniuntur.

placere, id eſt, arbitrari ſecundũ voluntatem ratione regulatam.

placitum, ex vſu communi ſignificat meram voluntatem.

plagium, eſt furtum alieni filij vel mancipij. Vel eſt dolor ſeu plaga quę

parentibus infertur ex surreptione filiorum, aut dominis ex surreptione seruorum. *Kradźbá á zwiedźieniecudźych synow ábo służebnikow.*

plagiarius, qui tale furtum committit, & parentibus vel dominis plagam infert. *Złodźiey cudźych synow ábo sług.* Sciendum est, plagiarios pro qualitate delicti puniri. si enim nobiles sunt, in metallum damnantur: si autem ignobiles, gladio decapitãt. seruus autẽ siue libertus, bestiis subiicit.

plebs & populus in hoc differũt. quia populus continet ordines maiores & minores, nobiles & ignobiles. *Lud.* plebs verò, tantùm minores & ignobiles. *pospolstwo, gmin.*

plebeius. *Niesżláchćic.*

plebiscitum, statutum plebis. *Wielkierz.* vide Laudum.

*po-

*polygranum, oua piſcium. *Jkrá.*
pollicitatio, eſt promiſsio ſpontè & nemine rogante facta. *Obietnicá.*
pollicemur ſpōtè. *Obiecuiemy*. promittimus rogati vel coacti.
pondo duodecim libras continet, ſicut as vncias duodecim.
portionis nomen non ſemper dimidium ſignificat, ſed prout adiectum eſt. *Cząſtká.*
porcarius, id eſt, ſuarius. *Swiniarz.*
portitor, eſt cuſtos portus, pōtis vel ripæ, qui vectigal à tranſeuntibus applicantibuſúe exigit. *Przewoźny, przewoźnik.*
portorium, naulum, eſt merces, quæ datur portitoribus. *myto od przewozu*
portus, appellatus eſt concluſus locus quo importantur merces, & inde exportantur. *Port.* Inde angiportum

dictum est, id est strictus portus: vel est, parua porta ciuitatis, quæ porterula dicitur in vulgari. *Fortká.*

pons. *Most.* pontale. *mostowe.*

positio, est breuis verborum formula mentem ponentis continens, ad veritatem eliciendam concepta.

possessio, est ipsa proprietas rei, vel res possessa. *Dźierżáwá.*

possessor. *Dźierżawcá.*

possessor incertus, est quem ignoramus. *Dźierżawcá niepewny.*

possidere iure dicitur, quod iustè: hoc iustè quod benè.

posthumus vel posthuma, qui quæue post humationem, id est, mortem & sepulturam patris natus vel nata est. *Dźiećię národzone po oycowey śmierći.* 193. 342.

poscere, est rem debitam petere, pro-

prosić. Reposcere, repetere quod debetur. *Upominác się.* Postulare, est exigere rem honestã & conuenientẽ. *Ządáć.* Item, amici desiderium corã iudice exponere.

postulatio, est petitio gratiæ à superiore facta. *Ządánie, prośbá.*

postulatores, dicuntur patroni caussarum seu aduocati. *Rzecznicy.*

postliminium dicitur, ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo, moribus & legibus constitutum. Dictum autem est postliminium, à limine & post. vnde eum qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea peruenit, postliminio reuersum rectè dicimus. Nam sicut in domo limina finem quendam faciunt: sic & imperij finem esse limẽ veteres voluerunt. Ab eo postliminium dictum, quia post ad idem limen reuer-

reuertebatur quod amiſerat. Eſt igitur poſtliminium, reuerſio de captiuitate vel exſilio ad iura, quæ amiſerat. *przywrocenie ku ſtanu y prawu ſwemu vtraconemu.*

portare, eſt baiulare corpore iumenti aut ſuo. *Nośić.* Ferre autem in proprio corpore eſt, ſed minus aliquid, vt ferimus annulum, librum. Atlas portat cœlum.

popina, eſt locus vbi caro cocta publicè venditatur. *Kuchnia mieyſcka.*

pomarium, hortus pomiferis arboribus conſitus. Vel eſt locus vbi reponuntur poma. *Sad.* Pomœriũ, eſt locus extra vel intra mœnia vrbis ad deambulandum, in quo ędificare non licet, quaſi ponè, id eſt, iuxta mœnia. *podmurze, miedzymurze.*

potimur, rebus expeditis, ac velut obti-

obtinemus, vt Augusto rerum potito, totus quieuit orbis.

potior votis, potieris optato: fruimur autẽ rebus, quib⁹ nos oblectamus potestatis verò verbo plura significantur. In persona magistratus, imperium. In persona liberorum, patria potestas. In persona serui, dominium. Item capitur pro magistratu ipso, potestate prædito, dicendo, noster vel vester potestas. Item in feminino genere, vt Florẽtina potestas. *moc, vrząd.*

potus, est eorum quibus viuimus, vt vini, aquæ, cereuisiæ. *picie.* potio est medicorum. *Napoy, trunek.*

poti dicuntur, qui affatim biberunt. *Opili, piiáni.* Potionati, qui hauserunt venenum. *Struci.*

pomum, est quicquid habet corticẽ mollem inter fructus maiores, quibus vescun-

vescuntur homines. Et est nomen generale, vt cerasa, mala, pruna, pyra, &c. *Jábłko, owoc ktory ma ná sobie cienką skorkę, iáko trześnie, iábłká, śliwy, gruszki.*

pompa, est quædam ostentatio apparatus, qui circumfertur. Et fit tam in aduersis quàm in prosperis, vt pompa triumphalis, pompa nuptialis.

pompa triumphalis, est processio triumphantium.

pompa nuptialis, est processio nuptias celebrantium.

pompa funebris, est apparatus qui fit in funerũ exsequiis. *Márna chwałá, wypráwá pogrzebna.*

pragma Græcè, Latinè dicitur caussa. *Spráwá.* Vnde pragmata, negotia dicuntur. Inde pragmaticus, id est,

caufsidicus vel actor negotiorum & caussarum.

pragmatica sanctio, dicitur constitutio, quam princeps consilio Procerum statuit seu sanxit. Nec indulgetur super priuatis negotiis singulorum, sed vniuersitatum.

pratum. *Trawnik, łąká.*

præbenda. *Duchowny dochod, ábo obrok.*

præbēdarius. *Prebendarz, obrocznik.*

precarium, est id quod precibus vtēdū conceditur petenti, tam diu quàm diu is, qui concessit patitur. Dicitur autem precarium ideò, quia est cōtractus ad preces factus. *Rzecz pożyczona ná prośbę do czásu.*

precaria donatio, dicitur ad preces facta vsq; ad mortem recipientis. *vproßone dárowánie do czásu.*

preca-

precaria verba ſunt hæc: Rogo, volo, mando, cupio, cõmitto. Iubeo autem præceptiuum eſt.

præcludere, claudere, ne pateat ingreſſus. *Zánwrzeć, zágrodźić.*

præco. *podwoyſki.*

*præconiſare, eſt publicè proclamare. *Wywołáć.* Vt ſi ſic præco clamet: Ego præconiſo talem eſſe natũ, & eſt natus liber; ſi quis habet ius in illum, veniat, & contradicat.

prædeceſſor. *Przodek.*

prædium. *Folwárk.*

præfectus vrbis, eſt cui à rege commiſſa eſt vrbis adminiſtratio, qui & Capitaneus dicitur. *Stároſtá.*

præpoſitus, poteſt dici quilibet qui aliis præeſt. *Przełożony, proboſzcz.*

præeſſe, eſt præfectum eſſe alicui rei adminiſtrandæ. Vnde, cõmodiùs eſt præeſſe, quàm ſubeſſe.

præ-

præſidere, eſt ad opem præſtandam præeſſe, vt Mars præſidet bello.
prædo. *Dráčz, oćbieráčz.*
prælium. *Boy.* præludium. *Hárcowánie.*
præſes, id eſt, auxiliator, aut qui prȩſidet. *Vrzędnik, pomocnik.*
præſidium, id eſt, auxilium principale. *pomoc, pośiłek.*
præſidia relinquere in vrbibus, id eſt conſtituere milites, qui ex parte præſidis tueantur eas. *Dáć pomoc.*
prȩcipere, eſt ſuperiorum magiſtratuum, iudicum. *Przykázowáć.*
præiudicium factum, eſt pro altero contra alterum. *Bezpráwie.*
presbyter Græcè, ſignificat ſeniorē: ſacerdos Latinum nomen eſt. *Káplan*
prærogatiua, dicitur aliquod priuilegium ſpeciale, ſeu ſingularis excel-
 len-

lentia. *Przełożenie ábo osobne nádárzenie.*

præſentes dicuntur, qui in eadem ſunt prouincia. *Bytni, oblicżni.* abſentes verò, qui in diuerſis. *Niebytni.*

præſcriptio. *Dawność.* 141.

præſumptio. *Domniemánie.*

præſtigiũ, illuſio ſenſuũ. *omamienie.*

præterire, eſt omittere ſuum hæredem in teſtamento. *Opuścić.*

prȩteritio, dicitur talis ommiſsio vel exhæredatio. *Opußczenie.*

prætorium, eſt locus in quo ius ex more redditur. *Ratuß.*

prætor, id eſt, iudex. Et prætorum loco, hodie in ciuitatib⁹ habẽt cõſules

præuaricatores eos appellamus, qui cauſſam aduerſariis donant ſuis, & ex parte actoris in partem rei cõcedunt, à varicando enim prȩuaricatores dicti ſunt. *przeſtȩpce.* præ-

præuaricatio eſt, cùm aut accuſator reum latenter adiuuat, aut iudices alterum horum. *przeſtąpienie.*

præcox, maturus ante tempus: pręcox ingenium, quod ante ætatem maturuit. præcox fructus. *Vyźrzáły przed czáſem.*

primogenitus in ſacra ſcriptura, non quem fratres ſequuntur, ſed qui primò natus eſt. *Pierworodny.*

primitiæ, ſunt primæ partes fructuum Deo offerendæ. Hinc eſt quod ſacerdos primam Miſſam cantans, dicitur celebrare primitias. *Pierwaſnki.*

principis appellatione intelligitur Rex. *Krol.*

priuatim, id eſt, priuatè. *Oſoblìwie.* Publicè enim & priuatim opponũtur.

priuignus, *páśierb.* 357.

proauus, *prádźiad.* proauia, *prábábá.* 337.

proconſul olim dicebatur, qui Conſulis loco in prouincias mittebatur: nunc dicitur Iudex ordinarius ex Cōſulibus electus. *Burmiſtrz.*

procurator; cauſsidicus, ferendarius, idem ſunt. *Rzecznik.*

procuratorium, plenipotentia, mandatum idem ſunt. *Moc.* 279.

probatę caſtitatis is dicitur, qui non manifeſtè apparet incontinens, puta ille, qui licèt non viuit caſtè, tamen cautè. *Czyſty.*

prodigus, eſt qui neq; tempus, neq; finem, neq; modum expenſarum habet; ſed bona ſua dilacerando & diſſipando profundit. Cui interdicitur bonorum adminiſtratio à Iudice, per legem 12. tabularum. *Márnotrawcá.*

prædo, qui vi rapit. *Zboycá.* Latro, qui in belli ſpeciem ferro graſſat. *ráytár, lotr.*

pro-

proditor, eſt ille qui ſecreta ſibi cõmiſſa reuelat. *Wydawcá, zdraycá.*
prohæres, eſt qui putat ſe hæredem eſſe, cùm non ſit. *Wláʒá.*
prohibita intelliguntur omnia, quæ non ſunt conceſſa. *Zákazáne.*
promiſsio & repromiſsio ſic differunt, quia promittendo negotium inchoamus: ſed repromittendo adimplendum conſolidamus. Et eſt repromiſsio quaſi iterata promiſsio, vt res magis ſit in ſecuro ſicut fit in facto, vbi fideiuſsio interuenit. Nam debitor promittit, & fideiuſſor repmittit.
promulgare legem, eſt eam cõdere, & conditam recitare, pronunciare, proferre, prodere, patefacere vel manifeſtare. *Wydáć práwo.*
pronepos, *práwnuk.* proneptis, *práwnucʒká.* 339.

pronunciatio ſermonis in ſexu maſculino, ad vtrumq; ſexum plerunq; in legibus porrigitur, pone exēplum de ſeruo, qui maſculum & fœminam ſignificat.

pronunciatum & ſtatutum idem dici poteſt. promiſcuè enim & pronunciaſſe & ſtatuiſſe ſolemus dicere eos, qui ius habent dicēdi vel cognoſcēdi.

profeſſores dicuntur Doctores, qui profitentur & docent ſcientiam.

pro hærede poſsidet, qui putat ſe eſſe hæredem.

pro poſſeſſore verò poſsidet, prædo.

pro ſoluto vſucapit, qui rem debiti cauſſa capit.

probrum, flagitium, & dedecus pro crimine, vt adulteria, ſtupra, probra ſunt. *Hánbá.* Ignominia eſt nata ex flagitio, & capitur ſæpè pro conuitio.

Sro-

Sromotá. Exprobrare, probrum obiicere. Improbrare, idem. *Háńbić, ſromoćić.* Obprobrium idem eſt, quod conuicium vel ignominia.

proſto, id eſt, expono ad vendendũ, vt libri proſtant apud bibliopolam, id eſt, venales exponuntur. *Wykłádáć ná przedánie.*

profiteri, eſt liberè ac publicè fateri. *Wyznáwáć.*

profeſtus, dicitur vigilia feſtorum dierum. *dźień przed świętem.*

priſcus, dicitur de priori ætate. *Dawny.* qui eſt extra noſtram memoriã, vt priſci reges, priſca tempora, priſcis ſæculis literati in honore habebantur. Priſca ætas ſapientes coluit, noſtra benè nummatos colit.

promontorium locus in mari proeminens, mons aut ſimile aliquid. *Págorek nád wodą.*

proprietas, id est, dominium. *Własność.* Et alia est proprietas vera, quoties ego habeo proprietatem seu dominium & fructum. Nuda, quoties ego habeo dominium seu proprietatē duntaxat, alter verò fructum. Sciendum est, proprietatem seu dominium habemus in re propria, vsumfructum in re aliena. Sciendum est, proprietas & fructus simul iuncta faciunt dominium plenum.

proprietarius, id est, dominus, qui scilicet habet cuiuscunq; rei proprietatem. *Pan.*

prorogare, est terminum vel primū tempus prolongare, producere, differre, extendere. *Odłożyć rok.*

prorogatio, fit de tempore ad tempus. Item de persona ad personam etiam alteram, parte inuita. Item de iudice ad iudicem.

pri-

pristinus, dicitur de rebus, quę sub nostram memoriam cadunt. Vbi est pristinus ille amor, quo me complectebaris. *Dawny.*

proteruus. *Sporny, krnąbrny.*

proscriptio, id est, bannitio. *Wywołánie, wypowiedzenie z źiemie.*

proscriptus, id est, bannitus. *Wywołány.*

protocollum dicitur codex, quē tabelliones suo nomine insignitum domi habere, atq; asseruare iubentur, vt in eum priuatorum hominum testationes, hoc est contractus, testamenta, cæteraq́; instrumenta referāt, quę postea diligentiùs exscripta, iis ad quos ea pertinebunt, tradant. Compositū nomen ex prima colla, qua glutinari codices solebant. *Protokuł, spisek, ábo terminatá.*

prote-

protector, est qui stat armatus cum principe. *Obrońcá.*

prouincia. *Ziemiá, kráiná.*

prouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium habent, non eos dũtaxat qui ex prouincia oriundi sunt.

prouisio, *opátrzenie.* prouisor, *opátrzyćiel,* prouisus, *opátrzony.*

proximus, est quem nemo antecedit. *Nablizßy.* Supremus, est quem nemo sequitur. *Ostátecżny.* puber seu pubes, mas annorum quatuordecim, qui iam generare potest, & fœmina annorum duodecim, quę est iam viripotens. *Wyrostek, młodźieniec.*

pubertas. *wyrostość, młodźieństwo.*

proxeneta est, qui inquirit voluntates aliquorum. Et apud nos dicitur licitator siue mediator. Deducitur à

προξενέω, quod est hospitio excipio. Et propriè dicitur compositor vel mediator emptibilium & vendibilium, media videlicet ista persona, per quā aliquis contractus celebrandus, vel ineundus procuratur. *Mátlerz.* Et talis procurator in sponsalibus dicitur paranymphus. *Dźiewosłąb.* 358.

publicani, telonarij ex eo nuncupantur, quia fruuntur publico officio, vel quia conducunt à principe exactionē aliquam publicam, & exinde præstant aliquod tributum. *Celnicy, mytnicy.* Itē publicanus dicitur, qui āmisso pudore publicè peccat. *iáwnogrzeßnik.*

publicatio bonorū, id est, cōfiscatio.

puerpera est fœmina quæ recenter peperit. *Rodźićielká, położnicá.* sed puerperium est tēpus seu partus ipse. *Rodzenie, połog.*

pueri appellatio, tres significationes habet. Vnam, cùm omnes seruos pueros appellamus. *Sługá, niewolnik.* Alteram, cùm puerum contrario nomine puellæ diceremus. *chłopiec.* Tertiam, cùm puerilem & impuberem ætatem demonstraremus. *Dźiećię.* sed pueri vtiq; appellatione, etiam puella significatur. vide suprà pronunciatio.

pugil, qui cestibus pugnat. *ßermierz*

pugillares, tabellæ cereę, siue ligneę, siue cuiuscunque materiæ, in quibus stylo scribimus. *Táblicżki.*

pupillus, qui caret parente, sed in ea tantùm ætate, qua viuit sub tutoribus. *Sierotá.* orphanus, qui caret patre & matre, & illorum opem desiderat, cùm sine eis malè habeat. 342.

purgatio, est de obiecto crimine, innocentiæ ostensio. *Oczyśćienie.*

Q.

Quadrans. vide As.

quęstio, est oratio interrogatiua. *Pytánie, gadká.* Alia significatione, est inquisitio veritatis per tormenta, & idem est quod tormētū. *męczenie.*

quęstio, alia est incidens, alia verò emergens.

quęstio incidens illa dicitur, quæ ante litem cęptam competebat reo, ex his quę acta sunt inter reum & actorē, vt pactū, de non petēdo rem iudicatā.

quęstio emergēs dicitur ea, quę proponitur ex his quæ emergunt in lite: vt si quęritur, an iste posit testari, vel an danda sit dilatio vel consimilia.

querela, querimonia, propositio, libellus idem sunt. *Záłobá.*

querulari, queri, & conqueri idem sunt. *Záłowáć.*

que-

querela pernoctata. *Záłobá przenocowána.*

querela mortuę manus, teſtimonio ſeptem virorum abſoluitur. *Záłobá po vmárłey ręce.*

queſtus, quod habet in datiuo & ablatiuo queſtubus per u, ſignificat querelam, à queror vel conqueror. Quęſtus quando habet quęſtibus per i, ſignificat lucrum numarium, à ſupino quęſitum per ſyncopen.

qui venenum dicit, adiicere debet, vtrum bonum eſſet an malum. Nam medicamenta venena ſunt, quia eo nomine omne continetur quod adhibetur, & eius naturam cui adhibitum eſſet, mutat.

quilibet, diſtributiuum eſt.

quincunx. vide As.

*quittare, eſt ſcripturam dare vel

certificare. *Kwitowáć, dáć kwit.*

quittatio, *kwit.* vide de instrumentis. 84.

quisquilię, dicuntur sordes domus mundatę quę eiiciuntur, scilicet lapides, folia, stramēta, pulueres, ossa, &c. *Smieći.*

quadruplator, est qui ex dilatione, quartam partem bonorum expectat. *Oskárżyćiel kwártálny.*

quondam, potest significare tria tēpora, pręsens, præteritum & futurū.

quos nos hostes appellamus, veteres perduelles appellabant: per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset.

quotannis, id est, singulis annis, vel de anno in annum. *Ná kożdy rok.*

R.

Ratiotinia, sunt computationes, &

ratio-

rationũ redditiones, quibus eſt quis obligatus ex adminiſtratione Reipub. vel priuatę quam geſsit. *Poczťu wydawánie, liczby czynienie.* Talis ordinari non debet, niſi depoſito onere & reddita ratione.

ratio, eſt motus animi vera à falſis diſtinguens. *Rozum, też przyczyná.*

rapere, ſignificat vi auferre. *wydrzeć.* Inde rapina, violenta receptio rerum. *Drapieſtwo.* Et raptus, violenta receptio mulierum. *Gwałtowne wźięćie.* Secundò rapere ſignificat violare virginem, etiam ſi eam non auferat. *zgwałćić.* Præripere autem eſt eripere, ſed in ſuos vſus. Præripuit illi palmam, gloriam, laudem. Eripere idem ſignificat, ſed non in ſuos vſus, vt eripuiſti mihi omnes benè viuendi facultates. Eripuit illi vitam.

ratum

ratum habere, id eſt, ſuſcipere pro bono & firmo. *Mieć á przyiąć zá mocną á dobrą rzecz.*

de rato cauere, id eſt cauere, quod mea pars, cuius nomine ago, ſuſcipiet & habebit pro bono & firmo quicquid ego nomine illius ea ignorante fecero. *Ubeſpieczyć.*

ratihabitio dicitur conſenſus ſeu ſuſceptio pro bono & firmo, quod meo nomine factum eſt me ignorante. *Przyzwolenie, przyięćie zá dobre.*

rata, tempus certum in contractibus conſtitutum ad aliquid dandum vel faciendum. *Ratá, czás.*

receptatores illi dicuntur, qui fures, latrones, & cæteros malefactores recipiunt. Et huiuſmodi receptatores perinde puniũtur ſicut latrones. *przechowácze złodźieiow.*

recaluaſter, qui fronte calua eſt. *łyſy.*
recompenſa, ſeu potiùs compenſatio, quæ fit parti læſæ in Iure Saxonico dicit̃ Verigeldus. *głowna zapłátá.*
recuſatio, eſt iuriſdictionis vel audientiæ, cauſſa ſuſpitionis propoſita declinatio. *Wzgárdzenie.*
reciſiùs, id eſt breuiùs. *Krocey.*
rectè, notat iuſtitiam. *Spráwiedliwie.* ſicut ritè ſolennitatem. *Porządnie, obrzędnie.*
rector. *Rządzcá, Sprawcá.*
reclinatio. *Wykłon.*
reconciliari, redire in gratiam. *przenáleść, ziednáć.*
redhibitio, venditionis reſolutio eſt. *Roſtárgnienie kupu y targu.*
redhibere, eſt aliquem facere iterum rehabere, quod prius habuit. *Wroćić przedáną rzecz.*

redux,

redux, qui ſaluus rediit. *Náwroćićiel, żywowidácz.*
reditus dicitur, quidquid ex re aliqua obuenit & redit. vt cenſus, *czyńſz*, vectigal, *cło*. merces, *płát*. &c.
refragare, eſt nocere vel impedire, ſiue contradicere *Przećiwiáć ſię.*
referendarij, ſunt aduocati in curia principis. Dicti ex eo, quòd referant vices hominum coram principe. *Referendarze.*
regaliæ ſunt, ius exigendi angarias & parangarias. *wybieránie dochodow*
regula, propriè dicitur norma, qua lineæ diriguntur, quaſi regens menſuram. *Práwidło, liniał, tesz vſtáwá.*
regularis, dicitur à regula, vel à rectitudine viuendi. Et ille propriè dicitur habere regulam, qui profitetur tria ſubſtantialia approbare religionis, vi-

delicet, paupertatem, caſtitatem, & obedientiam. *Zakonnik.*

relatio, eſt iudicis dubitantis de iure ad principem miſſa conſultatio. Vel relatio, eſt remiſsio cauſſæ ad ſuperiorem facta. *Wźiąć ſobie ná porádę.*

relegare, id eſt, bannire ad tempus propter delictum aliquod. *Wywołáć z źiemie.*

relegatio & deportatio differũt, quia relegatio fit ad tempus. Deportatio autem in perpetuum.

religio, eſt metus Dei, & ſcientia diuini cultus, *Zakon, ſłużbá Boża.*

religioſi dicuntur, qui vitam regularem profeſsi ſunt. *Zakonnicy.*

religioſæ domus, dicuntur monaſteria, templa, hoſpitalia, & alia loca. *zakonne domy.*

religioſus locus eſt, in quo mortuus ſepultus eſt. *grob.*

relinquere, verbum propriè eſt in vltima volũtate. *oſtáwić, odlećić, oddáć.*
reliquum, quod reſtat. *Oſtátek.*
remiſsio, eſt cauſſæ cõmiſſæ ad cõmittentem facta miſsio. *Odeſłánie rzecży do tegoż ſędźiego ktory polećił*
renũciatio, eſt iuris vel rei ſibi competentis ſpontanea reſignatio & legitima refutatio. *Wyrzecżenie, opuſżcżenie.*
renunciare, remouere, & reſignare ius ſuum, ſeu cedere iuri & rei. *Wyrzec ſię, wzdáć, odſtępić.*
repetere. *Dochodźić práwem.*
repignerare, eſt pignus recipere, ſoluto precio. *Wykupić zákład.*
replicatio, eſt exceptionis facta excluſio. *Odpor.*
repetundarum lex, aut de repetũdis, tantùm dicitur locum habere, contra

eos magiſtratus, qui habentes publicum officium, pecunia data vel promiſſa ſibi, aliquid faciunt, quod facere non debent, vel omittunt, quod facere debent. Et dicitur repetũdarum, more Latinitatis antiquæ. Nam hodie dicimus repetendarum. Accuſatus eſt repetundarum, ſupple, pecuniarum. Vel repetundis pecuniis, aut intellige quaſcunq; res precioſas. Competit in eos hæc actio, qui in magiſtratu geſto ſurripuerunt pecuniam & alia.

referre, ſignificat proponere in conſultatione. *Przepowiedźieć, przełożyć*

repromiſsio, eſt promiſsionis iam factæ confirmatio. *Przyrzeczenie.*

reperire, eſt caſu offendere non quęſitum. *Náleść.*

repulſa, eſt reiectio ab honore ſeu magiſtratu. *Oddalenie.*

repudiare hæreditatem, est eam nolle habere. *Wzgárdźić.* ſicut adire, eſt velle eam habere.

reputatio, eſt compenſatio. *Rozważenie.* Et ſecundum Acurſium reputatio dicitur computatio.

repreſſaliæ, eſt poteſtas data alicui ſuper ſuum debitorem vel ſpoliatorē, vt ab eo requirat in aliena ſiue in ſua ciuitate. *Moc ſtáwowáć dłużniká.*

res, eſt verbum generale, accipiendum pro qualibet re mobili vel immobili aut ſe mouenti. *Rzecż.* Rei appellatione, & cauſſæ, & iura continētur. Et verba ſignificant actiuè, ſed res paſsiuè, quia verba ſignificant, ſed res ſignificantur.

res ſoli, eſt res immobilis. *Rzecż nieruſzyſta á gruntownie ſtoiąca.*

res litigioſa, eſt res mobilis vel im-

mobilis, vel se mouens, de cuius dominio, caussa mouetur inter petitorem & possessorem. *Rzecz o ktorą się prawuią.*

res militaris dicitur, quæ ad disciplinam & exercitium militiæ pertinet. *Rzecz rycerska.*

res amotæ, id est per vxorem abscõditæ vel asportatæ, vel consumptæ, vel contrectatæ dolosè. *Rzeczy vterane przez małżonkę.*

respublica, dicitur status ac cõditio publica. *Pospolita rzecz.* Vel Respublica est ciuitas libera, quæ iure regit.

res iudicata, est quæ finem controuersiarum pronunciatione Iudicis accipit, quod vel condemnatione, vel absolutione contingit. *rzecz osądzona*

resarcire, id est, restaurare, vt damnũ resarcire. *Nágrodźić.*

rescin-

reſcindere contractum. *Rozerwáć vmowę.*

reſtitutio in integrum, eſt prioris ſtatus reintegratio. *Przywrocenie ku pierwßemu ſtanu.*

reſtituere videt is, qui reſtituit quod habiturus eſſet actor, ſi controuerſia ei facta non eſſet. Plusq; eſt in reſtitutione quàm in exhibitione. Nam exhibere, eſt præſentiam corporis præbere. *Okázáć rzecz.* reſtituere, eſt etiam poſſeſſorem facere fructusq; reddere. *Wroćić.*

reſignare. *Wzdáć, z śiebie złożyć.*

reſignatio. *Zdánie, złożenie.*

reſponſum. *Odpowiedź.*

reſcriptum eſt illud quod ab Apoſtolico, vel à principe reſcribitur ad conſultationem, relationem, ſeu intimationem alterius, vel alicui indulgẽdo. *Odpis.*

restis, *wić*, resticulus, *witká, morgá*
restibilus ager, qui restituitur ac sin-
gulis annis reseritur. Huic contrarius
est noualis. *Odłog.*
reus, non qui nocens, sed qui accu-
satus, atque in iudicium vocatus est.
Odpor. 41.
reuendo, iterum publicè vendo. *zá-
się rosprzedawam.*
reuenditor. *Przekupień.* (*wá.*
rigor iuris. *Twárdość á ostrość prá-*
rex, *Krol.* regina, *Krolowa.*
rixa, propriè verbosa contentio, ad
factũ etiam tamen refertur. *hádrunk,
swar, gomon.*
ripa, est extremitas terræ, quã aqua
fluminum, torrentium, riuorumq; al-
luit. Littus maris est. *Brzeg.*
ritus. *Sposob, spráwowánie, obrząd.*
riualis. *Számpierz, gámrat.*

roſtrum, dicitur forum cauſſarum, vbi cauſſæ tuentur vel tractãtur. *mieyſce ſądowne.*

rumor & fama idem ſignificant, ſcilicet aliquos ſermones in populo, incerto auctore, de noua re. *Nowiná, wieść, ſławá.*

ruina. *Upadek, obálenie domu, záwálenie.*

ruſticus. *Chłop, śiodłak.*

ruricola, colens rus. *Oracz.*

runcatio, eſt euulſio inutilium herbarum & veprium. *Plenie.*

S.

Sacrum oraculum, dicitur reſponſum principis ſeu reſcriptum. *Słowo krolewſkie.*

ſacramentum, frequenter pro iuramento ponitur. *Przyśięgá.*

ſacrarium, locus templi in quo ſacra reponuntur. *Zákryſtya.* ſa-

ſacrilegium, furtum ſacrarum rerũ, aut non ſacrorum de loco ſacro. *Swiętokrádźſtwo.*

ſacrilegus, qui ſacra, vel de ſacro loco tollit aliena. *Swiętokradźcá.* Sciẽdũ eſt, quòd pœna ſacrilegij eſt extraordinaria, quam pœnam iudex pro qualitate perſonæ, pro rei conditione, temporis, ætatis & ſexus, vel ſeueriùs, vel clementiùs imponet. Multi enim ſacrilegi ad beſtias damnati ſunt nonnulli viui combuſti, alij in furca ſuſpenſi, nonnunquam etiam capite puniti.

ſacriſta, ſiue theſaurarius is eſt, ad cuius curam ſpectat cuſtodia vaſorum Eccleſiæ, & veſtimentorum, & theſauri, & quæ ad luminaria lampadum ſpectant, ſiue in cera, ſiue in oleo. *Zákryſtian.*

ſagit-

ſagittarij & baliſtarij ſunt, qui ſagittis, id eſt arcu & baliſtis vtūt. *Strzelcy.*
ſalarium, præmium, vel merces laboris. *Zapłátá, myto.*
ſaluusconductus. *Gleyt.*
ſanctio, latè ſumitur pro qualibet cōſtitutione. Strictè autem ponitur pro conſtitutione pœnali. *Vſtáwá.*
ſatelles, miles mercede conductus. *Zołnierz, żołdak, hárcerz, rycerz.*
ſarcophagus, eſt locus, vel tumba, in quo ſepelit̃ defunctus. *truná, grob.*
ſatiſdare, id eſt cauere. *Vbeśpiecżyć.*
ſatisdatio, id eſt cautio. *Gwar, vpewnienie.*
ſatisdationis appellatione interdum etiam repromiſsio continebitur, qua cōtētus fuit is, cui ſatisdatio debebat̃.
ſatisfactio, *doſyćvcżynienie.* ſatisfacere, *doſyć vcżynić.*

ſarcina, res ſimul compoſitæ, vt qui iter faciunt ſarcinas portant. Qui in aliam domum migrant ſarcinas componunt. *Tłomok.*

ſaxonia, *Szwabſka źiemiá.* Saxo, *Szwab.*

ſcabini in Iure Saxonico, *Láwnicy, Przyśięźnicy.* iidem etiam Banniti dicuntur, *Gáiowni.* quod ſine his iudicium banniri, hoc eſt conſtitui non poſsit. vide pag: 15. & 32. & 467.

ſcandulæ, *gonty.* ſcandularij, *ćieśle ktorzy gontámi pobiiáią, ábo gonty robią.*

ſceleroſus, auctor ſceleris. Sceleratus verò, in quo ſcelus conſtitutũ aut commiſſum eſt.

*ſcartabellus, eſt creatus nobilis ex plebeio. *Vczyniony ſłáchćić.*

ſchiſmatici ſunt, qui diuidunt ſe ab

vnitate Romanæ Ecclesiæ, constituendo sibi ecclesiam, & ordinando clericos & sacerdotes. *Odszczepieńcy.*
schisma, illicitus ab vnitate Ecclesiæ discessus. *Odszczepieństwo.*
scandalum dictum vel factum minùs rectum, præbens aliis occasionem ruinæ. *Pogorszenie.*
schola Græca vox est, significat locũ in quo bonæ artes discũtur. *szkolá.*
scholaris. *Zak, student, szkolar.*
scopus, signum in quod sagittarij dirigunt sagittas. *Cel.*
scopulus, congeries seu cumulus. *Kopiec.*
scultetus à Saxonibus Aduocatus appellatur. *Soltys, Woyt.* pag: 13.
scurra, qui captat risum ab audientibus, non salua dignitate personæ. *Kuglarz, oszust.*

scur-

ſcurrari, ſcurram agere. *Kuglowáć.*
ſcrupus, propriè calculus, hoc eſt, *lapillus* breuis, qui calce preſſus offendit, *kámyk.* à quo ſcrupulus, quod propriè paruum calculum ſignificat, metaphoricè tamen pro difficultate & ſollicitudine accipitur, *Trapienie, piecza, trudność.* vide calculus.
ſcutum bellicum, pro eodem accipitur clypeus bellicus. *Woienny ſzczyt, tarcza, ábo páwęzá.*
ſcalæ. *Drábiná, wſchody też.*
ſcrutinium. *Pytánie.*
ſculptile, quod ſculptum eſt. Statua ſculptilis vt fuſile & fictile. *Ryty.*
ſecretarius. *Táiemny, wierny, ſekretarz.*
ſeditio, tumultus populi. Vel ſeditio eſt, quietis publicæ turbatio. *Burzſká, roſtyrk.* Sciendum eſt, quod cô-
citan-

citantes ſeditionem, puniuntur pœna capitis.

ſeditioſus, qui ſeditionem facit. *Zwádliwy.*

ſector, qui accuſat alium, & ex damnatione eius expectat dimidiā partem bonorum eius. *Oſkárżyćiel.*

ſeductor. *Zwodźcá.*

ſenator, eſt vir conſularis, dictus à ſenio vel ſenectute. Solis enim ſenibus cura Reipub. demandabatur. Hi etiam Patres conſcripti dicebantur, qui in Senatu ex equeſtri ordine ſcriptis Patribus adnotabantur. Et erant centum primi numero ſenatores Romæ.

ſenatus, congregatio ſeu cœtus ſenatorum honeſtiſsimus. *Rádźiectwo*

ſenatusconſultum, conſtitutio ſenatorum. *Vſtáwá rádźiecka.*

ſenes, qui multos annos habent. *ſtáry.*

ny. Veteres, priore & ante nos ætate fuerunt, licèt non attigerunt ſenium. *Dawni*. Antiqui vtriq; dicuntur.

ſemeſtre, tempus ſex menſium. *pulroká*.

ſententia, ortilegium, decretum, idē ſunt. *Skazánie, ortel, dekret*.

ſententia & opinio differunt: Quia ſententia eſt firma & indubitata reſponſio. Opinio autem eſt cum dubitatione reſponſio. Verùm ſciendum eſt, meliorem eſſe opinionem doctorum, quàm ſententiam indoctorum.

ſententiam dicere, eſt conſiliari. Dic ſententiam tuam. *Powiedz zdánie ſwoie*.

ſepulchrum, eſt locus in quo mortuus continetur. *Grob*.

ſepultura, eſt locus concauus, quo in Eccleſiaſtico cœmiterio corpus Catholi-

tholici requieſcit. *Pogrzeb.*

ſepes. *Płot.*

ſepta, ſunt clauſuræ. *Ogrodzenia.*

ſegmentum, propriè eſt limbus ſiue faſciola, qui mulieribus veſtimentis in extrema parte cauſſa ornatus aſſuitur. *Brámowánie, ſtryſy.*

ſequeſter dicitur ille, apud quē plures eam rem de qua controuerſia eſt, depoſuerunt. *Ten przy ktorym ieſt rzecz, o ktorą ſię toczy práwo.* 271.

ſequeſtrum. *Odłożenie, oddzielenie.*

ſequeſtratio, dicitur ipſa ſeparatio rei vel poſſeſsionis. *Odłożenie poſſeſſyey.*

ſequela, dicitur omne quod naturaliter ſequitur ad aliud. *Cug.*

ſeruus, à ſeruando, idem quod mancipium. *Niewolnik.* Seruus à ſeruiendo. *Służebnik.*

ſeruitus. *Niewolſtwo, ſłużebność.* ſeruitus verò ruſticorum prædiorum, eſt duplex: Continua, vt ductus aquæ. Diſcontinua, vt via qua non ſemper vtimur.

Serui appellatio etiam ad ancillam refertur. & ſerui appellatio ex eo fluxit, quòd Imperatores noſtri iubent captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent: qui etiam mancipia dicti ſunt, quia manu capiuntur. ſerui pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur, & qui beſtiis ſubiiciuntur.

ſeruitus prædialis, eſt conſtitutio qua prædium prædio ſubiugatur.

ſexagena. vide caſſula.

ſextans. vide As.

ſica, eſt ferreus culter vtrinq; ſcindens. *Stylet.* Et generaliùs ſica per inter-

interpretationem iuris accipitur, vt contineat, telum, lignum, & lapidem, & quodlibet ferrum. Nam occidere hominem telo, id eſt, quocunq; quod manu mittitur, poſſumus. Et eſt ſica iſte cultellus vel gladius, quem portãt peregrini, quandoq; in baculo quodam, ita vt non appareat. *Gránat.*

ſicarij, id eſt, homicidæ: dicti à ſica.

ſicariorum pœna, eſt mors.

ſeſtertius groſſus, qui valet mille nummos. Et ſeſtertius idem Romanis ſignificat quod nummus.

ſignare, *Zápieczętowáć.* ſignatorius annulus, *Sygnet.*

ſignum, *Cechá, známię.* ſigillum, *Pieczęć.*

ſilua, generale nomen eſt, & ſolet eſſe cædua, id eſt, habilis ad cedendũ,

Lás. Saltus est silua inuia, nec viatori peruia, in qua pecudes æstiuare solẽt, *Dębrze.* Lucus non cæduus, id est. qui non cęditur aut succidit̃, sed cõsecratus alicui Deo, aut funeri. Lucus Martis, luc⁹ Dianæ. Solebat enim apud veteres esse magna religio lucorum, quod Iudæis vetitum erat. Nemora voluptatis gratia comparata sunt, & plena voluptatum, vt fontium, vmbraculorum, aut similium. *Gay.*

similitudo, est rerum differentium cõparatio. *Podobieństwo.* Simile dici non potest, vbi dissimilitudo subest.

simonia, *Swiętokupstwo.* à Simone mago dicta.

simoniacus, emptor spiritualium, *Swiętokupiec.*

syndicus, procurator vniuersitatis seu

ſeu deffenſor. *Obrońcá*. 44.

Si quis, tam maſculos quàm fœminas complectitur.

ſynodus Græcum eſt, Latinè ſignificat cœtum, congregationem, conuentionem. *Seym, ſynod, ziazd.*

ſimultas, eſt mutuum odium, ſicut amicitia mutua beneuolentia. *Nieprzyiaźń.*

ſitus duo ſignificat. Primò, qualitatem loci, *Położenie mieyſcá.* Secundò pędorem, id eſt, ſordes & illuuiem, quæ eſt in locis oppacis, vt in carceribus & penariis.

ſocer, *Swiekier, teſcz.* Socrus, *Swiekrá, teſczá.* 356.

ſocius, eſt in rebus ſeriis & fortunæ ſubiectis. Sodalis in rebus leuioribus, in conuiuiis, in luſibus. Collega

in magiſtratu & legatione. *Towárzyß.* Socij populi Rom. fuerunt, qui cum eis fædere ſic iuncti erant, vt pacis ac belli participes eſſent. *Towárzyße.*

ſocietas. *Tòwárzyſtwo.*

ſolatium, ipſa conſolatio, ſed in rebus ipſis eſt. Solatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum. Conſolatio fit verbis. *Poćießenie.*

ſolutilis, eſt quod facilè ſoluitur, vt nauis ſolutilis, quæ non eſt fideliter compacta.

ſolutio, eſt rei quæ debetur redditio. Vel ſolutio: eſt ab obligatione liberatio. *Zapłátá.* Et ſolutionis verbo, ſatisfactionem quoq; omnem accipiendam placet. Soluere dicimus eum, qui id facit quod facere promiſit. & eſt ſolutio rerum & ita in facto.

Libe-

Liberatio eſt obligationum, & ita iure tantùm. Largiſsimè tamen ponitur ſolutio, aliâs pro qualibet liberatione.

ſoluendo eſt, id eſt diues eſt, & habet vnde ſoluat. Soluendo non eſt, id eſt, pauper eſt, nec habet vnde ſoluat. Et ſoluendo eſſe nemo intelligitur, niſi qui ſolidum poteſt ſoluere.

ſolidus in legibus pro aureo accipitur, à ſoliditate auri dictus.

ſolidus ſecundum Saxonica iura valet quatuor ternarios Polonicos, ſeu duodecim denarios minutos antiquos. Et viginti ſolidi libram conſtituunt.

ſolidum, id eſt, firmum. *Mocne.* Et componitur cum in, vt inſolidum, id eſt, quilibet eorum per ſe ſolum. *Káżdy oſobnie.*

ſolium, regia ſedes. *Krolewſka ſtolicá.*

*ſoldata, eſt præſtatio quædam annua gratuita, quæ à neutra parte tranſit in heredem. *Járgielt ábo iurgielt.*

ſoror. *Sioſtrá.* 341.

ſororius. *Szwak ábo ßwagier.* 357

ſors, ars diuinandi, vel ipſum ſortilegium. *Gadánie, wießczbá.* Item ſors, eſt portio hæreditatis, eò quòd per ſortes ſolent diſtingui hæreditatum portiones. *Cząſtká.* Item ſors ponitur pro fortuna vel euētu vel electione. *Szczęśćie, los.*

ſortilegia dicuntur, quæ fiunt pro furtis inueniendis, vel diuinationibus intentandis, per miſsionem ſortis. *Práktiká, wießczbá.*

ſortilegi vel ſortilegiſtæ, dicuntur diui-

diuinatores. *Práktikarze, wieszczbiarze.*

ſpado, eunuchus, caſtratus. *Kleſzczeniec.*

ſparum, telum ruſticum miſsile. *Szaſzor, cymbulec, bełt, kiiec.*

ſpecus, locus vnde deſpicitur, ſed & pro ſpelunca ſeu antro accipitur. *Jáſkiniá.*

ſpectaculum, ſignificat quod ſpectatur, vt ludus funambuli, aut ioculatorium, ſpectaculum dicimus. *igrá.* Secundò, ipſa ſpectatio: Filius præſente matre trucidatur. ô acerbũ ſpectaculum. *Pátrzenie.* Tertiò, locus vnde ſpectatur: Sedebat in ſpectaculo, & de ſpectaculo decidit.

ſpecula, eſt locus vnde fiunt excubiæ, ne hoſtes veniant. *Záſadzki, ſtraże.*

ſpe-

ſpecies in legibus aliquando ponitur pro indiuiduo, vt Seius, Stichus, Fundus Cornelianus, dicitur ſpecies.
ſpoliare, *Złupić*. ſpolium, *łub*. ſpoliatio, *złupienie*.
ſponſus, *Oblubieniec*. Sponſa, *Oblubienicá*.
ſponſalia ſunt, mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. *Rękowiny*
ſponſio appellatur, non ſolùm quę per ſpōſi appellationem fit, ſed omnis ſtipulatio promiſsioq́;. *Obietnicá*.
ſportulæ, ſunt ſalaria apparitorum. *Myto ceklárſkie y opráwcow*, *ábo ich obrok*.
ſtabularij, ſunt hoſpitatores hominum equitantium, ſicut & caupo viatorum. *Kárczmarze*.
ſtadiũ, eſt octaua pars miliaris Italici. *Stáie*.

ſtal-

ſtallus. *Formá Kánonicza w kurze w ktorey wedlug wokácyey śiadáią.*
ſtatus, eſt conditio hominis, in qua vt plurimum poteſt. *Stan.*
ſtatu liber eſt, cui ad certum tempus, ad certam conditionem datur libertas. *Slubem záwiązány.*
ſtatua & imago differunt, quia in ſtatua nihil eſt quod hominis effigiem non deſignet. In imagine autem fit. nam eſt ſola pictura, & multæ partes quæ non deſignant membra hominis.
ſtatutum, eſt ius ab homine poſitum. *Vſtáwá.*
ſtipendium propriè dicitur, quod militibus datur. *Zold.* Item dicitur lucrum, precium, fructus laboris.
ſtigma, ſignum, cicatrix, character, inuſtio, quæ fit ignito ferro. *Szram, blizná, cechowánie.* ſtil-

ſtillicidium, locus à quo vel per quem ſtillæ cadunt. *Mieyſce kápálicżne.*

ſtipes, perſona à qua alij originem ducunt, id eſt truncus. *pień, rodźic.* 330

ſtipulor, id eſt, rogo vel rogor, in obligatione contrahenda. Stipulari ergo, eſt quærere petitiuè cum reſponſione facta promiſsiúe. *Z prośbą pytáć ſię, iáko gdy kto chce k niey, daſzli mi to. A on odpowie: Dam. Aták ieſt pytánie y zmowá ſpolna z dánim ręki.* 284.

ſtipulator, qui rogat & qui rogatur, *Zmowcá.*

ſtipulatio. *Zmowá ſpołecżna, obietnicá.*

ſtrena, munus quod die Stephani poſt natalem Domini, vel in princi-

pio

pio noui anni datur. *Kolędá ábo Nowe láto.*

ſtorea, teges. *Rogoża.*

ſtrepitus, primò ſignificat ſonum ſeu clamorem, ſeu tumultum, qui fit ex colliſione multarum rerum, & ex confuſione vocum in vnum, ſeu pedum ambulantium, vt in exercitu, in foro iudiciario. Secundò capitur pro faſtu & pompa diuitiarum à ſtrepitu comitantium. *Zgiełk.*

ſtratorium, id eſt ſtabulum. *Stáynia, chlew.*

ſtratores dicuntur, qui præſunt ſtabulis ſeu equis ſtantibus in ſtabulis. *Máßtálerze.*

ſtragulum vel ſtragula, veſtis eſt, quicquid inſternitur vel lecto, vel equo, vel aliæ rei, & quod in feſtis ante alta-

altare ſternunt, ſtragulum ritè vocamus. *Deká, ántependia.*

ſtrages, eſt multitudo cadauerum interfectorum humi iacentium. *Pobićie, porażká.*

ſtridor eſt, acrior quaſi ſibilans colliſio, vt cardines dicuntur ſtridere. Et ſtridor dentium. *Zgrzytánie.*

ſtrues, eſt propriè aceruus lignorum. *Stos, dźieśiątek drew.*

ſtultus, qui improuidus & imprudens eſt. Multi ſapientes ſtultè agunt, *Glupi.* Stolidus, qui proximè accedit ad naturam brutorum. *niebácżny.* Fatuus, qui nihil ſapit. *Szalony.*

ſtructilis, hoc eſt, quod conſtructum eſt multis lapidibus. Structiles columnæ.

ſtrophium, eſt panniculus delicatus ad

tus ad

tus ad tergendas nares: Cicero reticulum vocat. *Fácelet, báwełnicá.*

ſtipēdarij, qui principi aut Reipub. ſtipendia ſoluunt, vel qui pro ſtipendio militant, vt ſtipendiarius miles. *Zołnierz.*

ſubſignatum dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt. Nam veteres ſubſignationis verbo pro adſcriptione vti ſolebant. *Podpiſánie.*

ſuarij, dicuntur porcarij qui cuſtodiunt porcos ciuium in paſcuis. *Swiniarze.*

ſub dio, id eſt, cœlo. *pod niebem.*

ſubarrare. *Zádáć.* vide Arrha.

ſuburbanum, in ſingulari & plurali, ſignificat prædium extra vrbem. *Folwárk.*

ſuburbana, in plurali ſignificāt fre-

quentias domorum extra vrbem, quæ tamen ſub vrbe ſunt. *Folwárki.*
ſuburbium. *Przedmieśćie.*
ſuburbanus. *Przedmieſzczánin.*
ſubſidium, quod in auxilium principale ſuccedit. *pomoc.*
ſtuprum, eſt omnis coitus lege vetitus, cum nupta, cum virgine, cum cognatis, cum veſtalibus. Adulterium eſt cum nupta. Igitur omne adulteriũ eſt ſtuprum, ſed non è diuerſo.
ſubhaſtari, ſub haſta, id eſt, publicè vendere. *Jáwnie przedáwáć.* 455.
ſuccũbere pœnam. *przepáść winę.*
ſucceſsio, *Spadek.* ſucceſſor, *Potomek.* Succeſsio dupliciter fit. Quãdoq; de capite in caput, & eſt cùm deficiente primo capite liberorũ, oritur ſecundum caput agnatorum: & iſto

deficiente, ſuccedit tertium caput cognatorum; & cognatis deficientibus, ſucceditur quartò per ordinẽ, vir vxori, & è contra. Succeſsio de gradu in gradum, eſt quando plures perſonæ ſunt in eodem capite diuerſis gradibus, vna prior, altera poſterior: Nam priore repulſa, ſpe vel repudiatione, poſterior ſuccedit. Item ſucceſsio fit dupliciter, in capita & in ſtirpes. Succedere in capita, eſt quando filij pręmortuorum fratrum ſuccedunt in tot portionibus, quot ſunt capita. Verbi gratia: Tres ſunt filij ex præmortuo fratre, & vnus ex alio fratre, ſi omnes tot æquas portiones capiant, ſuccedunt in capita. Succedere in ſtirpes, eſt ſuccedere filios præmortuorũ fratrum in eam partem, quam eorum pa-

rentes erant habituri, si viuerent: vt si ex vno fratre præmortuo est vnus filius, ex alio autem decem, vel etiam plures, si tantùm capiat filius ex vno fratre genitus, quãtùm decem ex alio fratre geniti succedunt in stirpes suas, quia quilibet capit certam portionem stirpis suæ. Succedere viriliter, est succedere pro æquis portionibus. Successio turbata, dicitur successio parentũ in bona liberorũ. Non recto enim ordine naturæ, sed turbato parentes succedunt in bona filiorum.

succubi, sunt dęmones qui sub specie muliebri, viris subiiciuntur. Et incubi, qui mulieres ineunt. *Latálcy.*

suggestus, pulpitum, hoc est, locus excelsior, vnde oratio ad populum haberi solet. *Kazálnicá.*

ſuffragia, ſunt fauores eligentium, vt in eligendo Epiſcopo. Item patrocinia, quæ præſtant aduocati. *pomoc, rádá, poſluženie.*

ſuffragari, auxiliari. *Pomágáć.* Inde dicuntur ſuffraganei, id eſt, auxiliarij diœceſanorum Epiſcoporum. Refragari, id eſt, repugnare, ſed propriè verbis. *przećiwić ſię.*

ſuperficialis dominus dicitur, qui vtiliter habet rei dominium, non iure directo. *Man.*

ſupplicare, *prośić.* ſupplicatio, *prośbá.*

ſupplex, qui ſubmittit ſe, vt impetret. *Kto prośi pokornie.*

ſuppelex, domeſticum patrisfamilias inſtrumentum. *Státek, ſprzęt, ſczebrzuch, graty domowe.*

ſurreptio, eſt repentina & feſtina alicuius falſitatis ſuggeſtio. *Nagłe oklamánie.*

ſuſurro, qui ſuſurrat, qui occulte maledicendo odium in aliquem, aut diſſenſionem molitur. *Swiekot, obmowcá.*

ſuſpenſum, dicitur id quod excedit domos vel vltra eos extenditur. *Wywieſʒona rʒecʒ.*

ſuſpectus, qui non ex fide adminiſtrat. *Podeyźrʒány.*

ſutrina, officina ſutoris, vbi ſunt calcei. *Wárſztát ſʒewſki, ábo iatká, ábo kram.*

ſutor, qui calceos ſuit. *Sʒwiec.*

ſincerus, integer, ſine dolo & purus. *Cʒyſty, beʒ winy.*

ſulcus, dicitur id quod defoſſum eſt inter

inter duas porcas, id est, liras, quod & crebro, onis, dicitur. *Brozdá, rozor.* Hæc autem terra eleuata inter duos sulcos dicitur, *Polczá, zagon.*

T.

Tabellarius, tabellio, notarius, scriba idem sunt. *Pisarz.* 34. & 35.

taberna, est locus vbi merces venduntur. *Kram, táß, budká.*

taberna vinaria, lanaria, olearia, vbi diuenduntur oleum, lana. *kárczmá.*

tabernator seu tabernarius. *Kárczmarz.*

tabernam instructam sic accipimus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem parata constat.

tabulæ, interdum sunt opera pictorum. Tabula Apellis. *Tablice, obrázy.*

tabulæ testamenti, dicitur testamẽtum perfectum in scriptis. *Téstáment*

tacere, est medium inter expressam voluntatem, & expressam contradictionem. *Milczeć.*

tectorium, est incrustatio parietis. *Týnkowánie.*

tectum. *Dách, strzechá.*

talentum, genus ponderis. *Funt.*

taxa, *ßácunek.* taxare, æstimare, *ßácowáć.*

taxatio expensarum. *Szácowánie nakłádow.*

theatrum, locus communis in ciuitate ad spectacula.

teloneum, est tributum de mercibus. *Cło, myto.*

telonarius, exactor telonei. *Mytnik, Celnik.*

telum,

telum, vulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur. *Szyp, ſtrzała.* Sed nunc omne ſignificat quod mittitur manu. Itaq; ſequitur, vt & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine cõtineatur.

temulentia, ebrietas. *Opilſtwo, obżárſtwo.*

temulentus. *Opiły, obżárty.*

temerè, id eſt, incõſultè, ſine cauſſa.

temeritas. *Wßeteczność, Zrządność, ſporność.*

temerarius. *Wßeteczny, zrzędny, ſporny.*

tempeſtiuus, ſui temporis. *wczáśny.*

tempeſtiuè, ſuo tempore. *W czás.*

intempeſtiuè, non ſuo tempore. *Nie w czás.*

tempus continuum, eſt quod con-

tinuè currit diebus feriatis & non feriatis, siue in præsentia, siue in absentia, siue sit copia iudicis, vel non. *Czas vstáwiczny.*

tempus vtile non currit diebus feriatis & absentiæ, & diebus quibus non est agendi copia. *Czás vżyteczny*

temeritas accusatorum tribus modis detegitur, vel deprehenditur. Aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. Calumniari est falsa crimina scienter intentare. *Potwárzáć.* Præuaricari, est vera crimina abscondere. *Przestępowáć, co z więtßego ochrániáć.* Tergiuersari, est in vniuersum ab accusatione publici criminis desistere. *Ociągáć się.* Differunt, tergiuersator, præuaricator, & calumniator. de quibus est Distichon:

Ter-

Tergiuersator desistit, præuaricator
Occultat verum, profert calumnia falsum.

tenor literarum, id est contextus, sententia, series. *Sposob ábo wykład listu.*

tentorium, papilio idem. *Namiot.*

*tenuta. *Dźierżáwá.* tenutarius. *Dźierżawcá.*

terminus, dicitur finis vel limes distinguens confinia agrorum. *Gránicá.* Hinc Virgilius Aeneid. vlt.

Limes erat positus, litem vt discerneret agri.

terminus motus, est quando lapis ille terminalis & limes ammouetur à priori & vetusto loco. Et est pessimũ factum eorum, qui terminos, finium caussa positos, protulerint. id est, vltra debitum finem posuerint.

termini terrestres. *Roki.*

terminus peremptorius. *Záwity rok.*

terun-

teruncius, erat genus pecuniæ vel monetæ minutiſsimum & viliſsimũ. *Kocʒot*.

territorium, diſtrictus, diœce *Powiát*. Et territorium eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſq; ciuitatis. Ab eo dictũ quidam aiunt, quod magiſtratus eius loci terrendi, id eſt ſubmouendi ius habeat.

teſtamentum & vltima voluntas generaliter idem ſignificant. *Teſtament*. Et ſciendum eſt, in teſtamento, tria conſiderari, tempus condit teſtamenti, tempus mortis, & tempus aditæ hæreditatis.

teſtis. *Swiádek*. Et officium teſti um eſt quaſi publicum, & ad illud interdum inuiti compelluntur.

theſaurus, eſt donum fortunæ. V

ſic

ſic: Theſaurus, eſt vetus quædam depoſitio pecuniæ ſub terra, cuius memoria non exſtat. *Skarb.* Et ſciendũ eſt, theſaurum abſconditum in terra profundiùs aratri meatu, ad Regem pertinere.

tigni appellatione, in lege xij. tabularum, omne genus materiæ ex qua ædificia conſtant ſignificatur. *Drzewo ná budowánie.*

tignarius faber, omnis qui ædificat. *Cieślá.*

titio. *Głownia.*

titubans, ſiue oppiſo. *Ją̨kálá.*

titulus in iure multa ſignificat. Aliquando capitur pro ordine Eccleſiaſtico. Aliquando pro qualibet dignitate. Quandoq; pro Eccleſia. Quandoq; pro priuilegio. Quandoq; pro cauſſa acqui-

acquirendi & poſsidendi dominium. Quandoq; pro ſubſcriptione. Quandoq; pro ſigno. Quãdoq; pro quadam ſcriptura.

titulus poſſeſsionis vel poſsidendi, eſt initium poſſeſsionis, & iuſta cauſſa quare quis poſsideat, vt eſt emptio, venditio, donatio, locatio, permutatio, quia per emptionem & ſimilia, incipimus poſsidere.

tyro, nouus miles dicitur, qui adhuc non eſt ſcriptus inter fortiſsimos milites. *Nowy rycerʒ.*

toralium eſt linteum quo torus inſternitur. Lecticaria ſyndon. *Pʒeśćierádło.*

torques, aureus circulus, ornamentum colli. *Láncuch.*

*torneamenta dicuntur pugnæ, à

tor-

torqueo vel torno, quia vadunt circũeundo, & percutiunt ſe circumeuntes. *Turnie, turnicie.*

tormentum, quod bombardam vocant, eſt, cuiuſlibet ſcuti penetrabile.

tortura. *Męczenie, palenie.* tortus. *Męczony.*

tradere, duplicem habet ſignificationem. Vno modo eſt rem ſuam in alterius dominium transferre. Alio modo capitur tradere, pro inducere in poſſeſsionem.

traiicere, eſt mare vel fluuium trãſire ſeu transfretare. *Przewieść ſię.*

tranſactio, eſt compoſitio ſeu concordia, hoc eſt, reconciliatio inter aduerſarios. Dicitur enim tranſactio, quaſi actionis in amicitiam ſeu amicabilem cõpoſitionem tranſitio. *Zgodá, ziednánie.* tran-

transſigere, id eſt, componere, concordare. *Zgodźić, ziednáć.*

transacta finitaq́ue intelligere debemus, non ſolùm de quibus controuerſia fuerit, ſed etiam quæ ſine controuerſia ſint poſſeſſa, vt ſunt iudicio terminata, tranſactione compoſita, longioris temporis ſilentioq́;.

tranſlatio, eſt de ſede ad ſedem facta commutatio, vt cùm Epiſcopus de vna ſede ad aliam transfertur. *Przemienienie, przenieśienie.*

tranſmigrare, eſt de loco ad locum tranſire. *Przeprowádźić ſię.*

trapezita, id eſt, campſor. *Bánkierz, odmieniácz.* vide argentarij.

trapezophora. *Stołowe nogi.*

* treuga, eſt ſecuritas ſeu pax inter hoſtes ad tempus facta. *Stanie, Mir.* Induciæ Latinè. tri-

tribules dicuntur, qui ex eadem tribu ſeu familia ſunt. *Z iednego pokolenia.*

tribunus, qui magiſtratum tribunatus gerit. *Woyſki.*

tribunal, vbi ſedet iudex & iudicat. *Sądowna ſtolicá.*

tribus modis proceditur ſuper crimine: per accuſationem, inquiſitionem, & denunciationem.

tributum, id eſt, cenſus, & appellatur tributum à contributione, vel ex eo, quòd militibus tribuatur. *Dań, pobor, płát.*

tributarij, qui tributum pendunt. *Pobornicy, dánnicy.*

triens. vide As.

triennium, tempus trium annorũ. *Trzy látá.*

tricennium, eſt tempus triginta annorum. *Lat trzydźieśći.*

trinitas, eſt trium perſonarum vna diuinitas. *Troycá święta.*

tritauus. *Prádźiad prádźiádá mego ábo prábáby moiey, ktorym ia ieſt czwarty y oſtátni w tym pokoleniu prawnuk.* trinepos. tritauia. *Prábábá prádźiádá mego ábo prábáby moiey.*

triumphator, qui triumphat aut triumphauit. *Zwyćiężcá.*

triumphus, eſt pompa illa celebris quæ fit redeuntibus in vrbem cum victoria. *Zwyćięſtwo.*

trophæum, eſt monimentum victoriæ, quod publico in loco ſtatuitur aut geſtatur, vt apud Thebanos equus æneus monimentum victoriæ contra Lacedęmonios. *Bitunk, znák zwyćięſtwá.*

trul-

trulla, est vas vinarium potorium. *Tácá.* Item matula. *bukał do łoźká, ábo ſtzak.* Item instrumentum trigonum cementariorum. *Kiełnia mulárzſka.*

tugurij appellatione, omne ædificium, quod rusticæ rei magis custodiendæ conuenit, quàm quod vrbanis ædibus significatur. Ofilius ait, tugurium à tecto tanquam tegularium esse dictum: vt toga, quòd ea tegamur. *Chałupá.*

turpia verba, id est, diffamatoria. *Sromotne ſłowá.*

tutor. *opiekun, opiekálnik, opátron*

tutela. *Opieká, opátrzenie.*

tumultus, quasi timor multus, seditio, coniuratio, diuersorum garritus. *powyk, rozkrok, hálás.*

turba, multitudo, & perturbatio, ac rixa multorum, *Tłuszcza, też hádrunk ábo swar*. Nam rixa, etiam duorum esse potest.

V.

Vacantia seu caduca bona, dicuntur ea, quæ dominum non habent, vel quæ fisco vel dominio alicuius Reipub. applicãtur. *Odumárliná, káduk.*

vacatio, est deffectio, vel cessatio, vel excusatio ab officio publico. *Prożnym być, wolność mieć od vrzędu pospolitego.*

vadium. *Zákład.* vadum. *Brod.*

vagabundus, est qui non habet domicilium, sed hodie hîc est, cras alibi. *Tułácz.*

vagina, theca cuiuslibet rei. *Nożny, pochwy.*

vale-

valetudo, tam in bonum quàm in malum capitur, vt valetudo recta, sana, optima, fausta, incolumis, prospera. *Zdrowie.* Vel valetudo mala non recta, infausta, infirma. *Niemoc.*

valetudinarij, dicuntur infirmi qui frequenter ægrotant, vel qui laborant per lucida interualla, vt qui modò sani sunt, post horam infirmi. *Chorzy.*

vacillare, est instabilem esse. *pohybiáć, wáháć się.*

vacare, significat vacuum esse, id est carere & non habere. Vacas culpa, id est, cares. Item significat operam dare. Vaco Philosophiæ: Vaco literarum studio. Secundò, vacare impersonale, significat vacuum esse seu liberum, vt si vacat tibi audire rem omnẽ, narrabo ordine.

valuaſor, vaſallus, & feudatarius, pro eodem ponuntur. *Man.*

vas vadis, eſt qui ſponſor eſt alterius in capitis periculo. *Rękoymia.*

vadimonium, eſt ſponſio die certo, ſe in iudicio vel per ſe, vel per aduocatum, futurum. *Rękoiemſtwo.*

vadari, eſt reum vade vel vadibus mutare. *Poſtáwić rękoymie.*

vas vaſis, generale eſt nomen omnis receptaculi. *Sąd, naczynie.*

vaſa imperia ſeu imparia, quæ in promptu ſunt ad alia reficienda, quæ quotidiano vſu franguntur. *Gotowe naczynie w zámknieniu.*

vaſa comparia, quibus quotidie vtimur, & ſemper in abaco apparent.

vadimonia differre, eſt prorogare tempus ſiſtēdi alterius in iudicio, quoties

ties ſponſio facta eſt. *Odwłokę czynić w rękoiemſtwie.*

varendare, ſecundum iura Saxonica, idem eſt quod cauere, ſatisdare. *Gwárowáć, vbeſpieczyć.*

varenda, cautio vel euictio pro indemnitate præſtita. *Gwar.* 60.

varendator, qui varendam facit. *Gwárownik.*

vaſallus. *Man, hołdownik.*

vaſſalagium, idem eſt quod homagium. *Hołd.*

vates, modò ſacerdotẽ, modò prophetam, modò poëtam ſignificat.

vectigal & tributum differunt. Vectigal enim eſt quod præſtatur ex rebus quæ vehuntur, & inde nomen aſſumpſit. *Cło ábo myto.* Sed tributũ ſiue annona, vel publica functio, ſiue penſio præſtatur ratione ſoli & à poſ-

 ſiden-

ſidentibus. Dicitur etiã cenſus. *czynſ, plát, pobor, ſos.*

vector, qui vehit. *Furman.* Vectura. *Wożenie.*

venatio, *łow.* venator, *łowczy.*

vendere, eſt rem pro certo precio dare. *przedáć.*

venditio, *przedánie.* venditor, *przedawcá.*

venale, id eſt, expoſitum venditioni. Hæc domus venalis eſt. *Przedáyny dom.*

vendibilis res eſt, quæ talis eſt, vt facile vendatur, vt ſunt vendibiliora mala, id eſt, vt magis alliciant. *Pokupna rzecz.*

venia, eſt remiſsio culpæ. *Odpuſzczenie.* Item venia indulgentia eſt. Cum venia tua dixero, id eſt, concede vt liberè vel audenter loquar. *Dozwolenie.*

lenie. Item ponitur pro licentia, tam in bonum quàm malum, & frequentiùs in malum. *Dopusſczenie.*

venia ętatis. vide hominis generatio.

vendicare, eſt appropriare, & meum dicere. *Przywłaſzczáć.* Hunc ego agrum mihi vendico.

vindicatio. *Dochodzenie práwne.*

veneficium dicitur, cùm aliquis per venenum vel per artem magicam aliquem deſtruit. *Struty, vczárowány.*

velum. *Oponá, obićie, zaſłoná.*

veſpillo, ſepulchrorum violator. *Odtwarcá grobow.*

verbera, pro ictibus accipiuntur. *Bićie, vderzenie.*

verbum facere, omnem omnino faciendi cauſſam complectitur, dandi, ſoluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

verbum, viuere, quidam putant ad cibum pertinere. Sed Ofilius ad Atticum ait, his verbis & vestimenta & stramenta contineri. sine his enim viuere neminem posse.

verigeldus, est recompensa vniuscuiusq; rei secundum suam generationem. *Wárgelt*. 121.

verigeldus rusticorum integer, est decem talenta.

versicolor, quod est vario colore infectum. *pstry*.

versicolot vestis, quæ vario colore est.

vertex, est contorta in se aqua. *wir*. transfertur ad summam partem capitis, eò quòd illic in se contorqueâtur capilli more aquę ad summa iuga mō-tium. *Wiersch*.

veruex, est aries castratus. *Skop*.

vesti-

vestibulum, locus ante ianuam domus vacuus, per quem à via itur ad ædes, vel prima pars ianuæ quod vestiat ianuam. *przysionek. Podsienie*

vestimentum dicitur, omne illud quod induimus. *Szátá, odzienie.*

vestimenta sunt multiplicia: Aut enim sunt virilia, aut puerilia, aut muliebria, aut cōmunia, aut familiaria.

virilia, quæ parata sunt caussa ipsius patrisfamilias, veluti togæ & tunicæ, palliola, vestimenta, id est, stragula, &c.

puerilia sunt, quæ ad nullum alium vsum pertinent, nisi ad puerilem, veluti prætextæ togæ, aliculæ, chlamydes, palliaq;, quæ filiis nostris comparamus.

muliebria sunt, quæ matrisfamilias caussa parata sunt, vt quibus vir non faci-

tricennium, eſt tempus triginta annorum. *Lat trzydźieśći.*

trinitas, eſt trium perſonarum vna diuinitas. *Troycá świętá.*

tritauus. *Prádźiad prádźiádá mego ábo prábáby moiey, ktorym ia ieſt czwarty y oſtátni w tym pokoleniu práwnuk.* trinepos. tritauia. *Prábábá prádźiádá mego ábo prábáby moiey.*

triumphator, qui triumphat aut triumphauit. *Zwyćięzcá.*

triumphus, eſt pompa illa celebris quæ fit redeuntibus in vrbem cum victoria. *Zwyćięſtwo.*

trophæum, eſt monimentum victoriæ, quod publico in loco ſtatuitur aut geſtatur, vt apud Thebanos equus æneus monimentum victoriæ contra Lacedęmonios. *Bitunk, znák zwyćięſtwá.*

trul-

trulla, eſt vas vinarium potorium. *Tácá.* Item matula. *bukał do łoźká, ábo ſtzak.* Item inſtrumentum trigonum cementariorum. *Kielnia mulárzſka.*

tugurij appellatione, omne ædificium, quod ruſticæ rei magis cuſtodiendæ conuenit, quàm quod vrbanis ædibus ſignificatur. Ofilius ait, tugurium à tecto tanquam tegularium eſſe dictum: vt toga, quòd ea tegamur. *Chałupá.*

turpia verba, id eſt, diffamatoria. *Sromotne ſłowá.*

tutor. *opiekun, opiekálnik, opátron*

tutela. *Opieká, opátrzenie.*

tumultus, quaſi timor multus, ſeditio, coniuratio, diuerſorum garritus. *powyk, rozkrok, háłás.*

turba, multitudo, & perturbatio, ac rixa multorum, *Tłuszcza, też hádrunk ábo swar.* Nam rixa, etiam duorum esse potest.

V.

Vacantia seu caduca bona, dicuntur ea, quæ dominum non habent, vel quæ fisco vel dominio alicuius Reipub. applicãtur. *Odumárliná, káduk.*

vacatio, est deffectio, vel cessatio, vel excusatio ab officio publico. *Prożnym być, wolność mieć od vrzędu pospolitego.*

vadium. *Zákład.* vadum. *Brod.*

vagabundus, est qui non habet domicilium, sed hodie hîc est, cras alibi. *Tułácz.*

vagina, theca cuiuslibet rei. *Nożny, pochwy.*

vale-

valetudo, tam in bonum quàm in malum capitur, vt valetudo recta, sana, optima, fausta, incolumis, prospera. *Zdrowie.* Vel valetudo mala non recta, infausta, infirma. *Niemoc.*

valetudinarij, dicuntur infirmi qui frequenter ægrotant, vel qui laborant per lucida interualla, vt qui modò sani sunt, post horam infirmi. *Chorzy.*

vacillare, est instabilem esse. *pohybiáć, wáháć się.*

vacare, significat vacuum esse, id est carere & non habere. Vacas culpa, id est, cares. Item significat operam dare. Vaco Philosophiæ: Vaco literarum studio. Secundò, vacare impersonale, significat vacuum esse seu liberum, vt si vacat tibi audire rem omnẽ, narrabo ordine.

valuaſor, vaſallus, & feudatarius, pro eodem ponuntur. *Man.*

vas vadis, eſt qui ſponſor eſt alterius in capitis periculo. *Rękoymia.*

vadimonium, eſt ſponſio die certo, ſe in iudicio vel per ſe, vel per aduocatum, futurum. *Rękoiemſtwo.*

vadari, eſt reum vade vel vadibus mutare. *Poſtáwić rękoymie.*

vas vaſis, generale eſt nomen omnis receptaculi. *Sąd, naczynie.*

vaſa imperia ſeu imparia, quæ in promptu ſunt ad alia reficienda, quæ quotidiano vſu franguntur. *Gotowe naczynie w zámknieniu.*

vaſa comparia, quibus quotidie vtimur, & ſemper in abaco apparent.

vadimonia differre, eſt prorogare tempus ſiſtēdi alterius in iudicio, quoties

ties ſponſio facta eſt. *Odwłokę czynić w rękoiemſtwie.*

varendare, ſecundum iura Saxonica, idem eſt quod cauere, ſatisdare. *Gwárowáć, vbeśpieczyć.*

varenda, cautio vel euictio pro indemnitate præſtita. *Gwar.60.*

varendator, qui varendam facit. *Gwárownik.*

vaſallus. *Man, hołdownik.*

vaſſalagium, idem eſt quod homagium. *Hołd.*

vates, modò ſacerdotẽ, modò prophetam, modò poëtam ſignificat.

vectigal & tributum differunt. Vectigal enim eſt quod præſtatur ex rebus quæ vehuntur, & inde nomen aſſumpſit. *Cło ábo myto.* Sed tributũ ſiue annona, vel publica functio, ſiue penſio præſtatur ratione ſoli & à poſſiden-

ſidentibus. Dicitur etiã cenſus. *czynß, płát, pobor, ſos.*

vector, qui vehit. *Furman.* Vectura. *Wożenie.*

venatio, *łow.* venator, *łowczy.*

vendere, eſt rem pro certo precio dare. *przedáć.*

venditio, *przedánie.* venditor, *przedawcá.*

venale, id eſt, expoſitum venditioni. Hæc domus venalis eſt. *Przedáyny dom.*

vendibilis res eſt, quæ talis eſt, vt facile vendatur, vt ſunt vendibiliora mala, id eſt, vt magis alliciant. *Pokupna rzecz.*

venia, eſt remiſsio culpæ. *Odpuſzczenie.* Item venia indulgentia eſt. Cum venia tua dixero, id eſt, concede vt liberè vel audenter loquar. *Dozwolenie.*

lenie. Item ponitur pro licentia, tam in bonum quàm malum, & frequentiùs in malum. *Dopußczenie.*

venia ętatis. vide hominis generatio.

vendicare, est appropriare, & meum dicere. *Przywłaßczáć.* Hunc ego agrum mihi vendico.

vindicatio. *Dochodzenie práwne.*

veneficium dicitur, cùm aliquis per venenum vel per artem magicam aliquem destruit. *Struty, vczárowány.*

velum. *Opóná, obićie, zasłoná.*

vespillo, sepulchrorum violator. *Odtwarcá grobow.*

verbera, pro ictibus accipiuntur. *Bićie, vderzenie.*

verbum facere, omnem omnino faciendi caussam complectitur, dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

verbum, viuere, quidam putant ad cibum pertinere. Sed Ofilius ad Atticum ait, his verbis & veſtimenta & ſtramenta contineri. ſine his enim viuere neminem poſſe.

verigeldus, eſt recompenſa vniuſcuiuſq; rei ſecundum ſuam generationem. *Wárgelt.* 121.

verigeldus ruſticorum integer, eſt decem talenta.

verſicolor, quod eſt vario colore infectum. *pſtry.*

verſicolot veſtis, quæ vario colore eſt.

vertex, eſt contorta in ſe aqua. *wir.* transfertur ad ſummam partem capitis, eò quòd illic in ſe contorqueatur capilli more aquę ad ſumma iuga mõtium. *Wierzch.*

veruex, eſt aries caſtratus. *Skop.*

veſti-

veſtibulum, locus ante ianuam do-
mus vacuus, per quem à via itur ad æ-
des, vel prima pars ianuæ quod veſti-
at ianuam. *przyśionek. Podſienie*
veſtimentum dicitur, omne illud
quod induimus. *Szátá, odzienie.*
veſtimenta ſunt multiplicia: Aut
enim ſunt virilia, aut puerilia, aut mu-
liebria, aut cõmunia, aut familiaria.
virilia, quæ parata ſunt cauſſa ipſi-
us patrisfamilias, veluti togæ & tuni-
cæ, palliola, veſtimenta, id eſt, ſtragu-
la, &c.
puerilia ſunt, quæ ad nullum alium
vſum pertinent, niſi ad puerilem, ve-
luti prætextæ togæ, aliculæ, chlamy-
des, palliaq; , quæ filiis noſtris com-
paramus.
muliebria ſunt, quæ matrisfamili-
as cauſſa parata ſunt, vt quibus vir non
faci-

facilè vti poteſt ſine vituperatione, veluti ſtolæ, capitia, pallia, tunicæ, zonæ, mitræ, plagulæ, &c.

Communia, quibus communiter vtitur mulier cum viro, veluti penula, pallium, & reliqua huiuſmodi, quibus ſine reprehenſione, vel vir vel mulier vtatur.

Familiaria ſunt, quæ ad familiam veſtiendam parata ſunt, ſicuti ſaga, lintea, ſtragulæ, veſtis ex pellibus, pelles caprinæ, & agnellinæ veſtes.

veſtimenta interpolata, dicuntur veteres veſtes politæ. *Kraßone ßáty, przerabiáne ßáty.*

veteranus dicitur, non ſolùm legionarius, ſed & omnis qui qualitercunque militauit, & honeſtè eſt à militia abſolutus. *Stáry zeßły rycerz.*

veterator, ſeruus eſt qui venditur in ſer-

seruum, cùm priùs apud alium serui-
erit. *Niewolnik.* Nouitius autem est
qui nunc primùm incepit esse seruus.
Et dicitur quoq; veterator, homo ve-
tus, astutus, & in omni re callidus.
Złośnik, stáry figlarz.

via, *Drogá.* Et nota, quia viæ lati-
tudo in porrectum habet octo pedes,
in amfractu, id est, vbi flexum est, se-
decim. vide pag: 152.

viator, *podrożny.* viaticum, *strá-
wá podrożna.*

viarum, quædam publicę sunt, quę-
dam priuatæ, quædam vicinales. Pu-
blicas vias dicimus, quas Græci basi-
licas, hoc est, regias: nostri prætorias,
alij cõsulares vias appellant. *gośćiniec.*
Priuatæ viæ sunt, quas agrarias quidã
dicunt. Vicinales viæ sunt, quæ in vi-
cis sunt, vel quæ in vicos ducunt. *grá-
nicżne drogi.*

vi-

viam aperire, est ad veterem altitudinem latitudinemq́; restituere.

viam purgare, est ad libramentum proprium, id est, modum vel pulchritudinē redigere, sublato quod superet.

viam reficere dicitur, & qui aperit, & qui purgat, & omnes omninò qui ad pristinum statum deducunt.

verbo victus, continentur quæ esui & potui, cultui quoq; corporis ad viuendum homini necessaria sunt. Vestem quoq; victus haberi vicē, Labeo ait. Cætera quoq; quibus viuendi curandiúe gratia corporis nostri vtimur, ea appellatione significantur. itaque victus, ꝓpriè est quo viuim⁹. *żywność*

vestitus, aliud est quàm victus. *Odźienie.*

vicus, est pars vrbis ædificata, vel frequentia villarum extra vrbem, dicitur vicus. *Wieś.*

vici-

vicinia, eſt congregatio vicinorum *Sąśiedztwo*. Et vicini dicuntur, quouſq; vox hominis exclamantis audiri poteſt. *Sąśiedzi*.

viduus, *Wdowiec*. vidua, *Wdowá*.

villa, domus extra vrbem. *Wieś*.

villanus, qui habitat in villa. *Sieláknin, śiodłak*.

vindicare, primò ſignificat vlciſci. *pomśćić ſię*. Inde vindicta, *pomſtá*. inde vindex, qui vindictæ cupidus eſt. *pomśćićiel*. Secundò ab iniuria defendere. Vindicaui te ab iniuria. *obronić*.

vilis abiectaq; perſona eſt, quæ malis moribus vileſcit. *lekki człowiek*. ſciendum tamen eſt, quòd paupertas vel diuitiæ non faciunt vilem, ignobilem vel nobilem, ſed ſtatus, conditio, vel vtilitas, & commendatio vitæ.

villicus, eſt gubernator. *Włodarz. rátay*. vin-

vinculorum appellatione, vel priuata vel publica vincula ſignificantur. Cuſtodiæ verò, tantùm publicam cuſtodiam.

violentia, eſt legibus inimica. *gwalt.*

vir & vxor illi dicuntur, qui matrimonium contraxerunt per verba de præſenti. *Małżonkowie.*

viridarium, amœnus locus, herbis & arboribus virentibus refertus. *wirydarz. Ogrod.*

virgo, *Pánná, dźiewicá.*

virginitas. *Dźiewictwo, pánieńſtwo.*

violator, Eccleſiæ vel virginis. *gwałtownik.*

vis, eſt maioris rei impetus, cui reſiſti non poteſt. *Gwałt.* Interdum accipitur pro robore. Interdũ pro multitudine & copia. Sciendum eſt, quòd

vim

vim vi propulsare licet, verùm cum moderamine & in instanti; & cùm aliter non possis euadere.

vitiligare, id est carpere, criminari, mordere.

Vitiligator, vitiosus litigator, hoc est, obtrectator & calumniator. *Obmowcá.*

vitrea, & vitreamina. *Skláne naczynie.*

vitricus. *Oyczym.* vide 357.

vitæ prouisio. *Opátrzenie.*

vncia. Vide As.

vnio, id est, coniunctio. *Spoienie.*

vola manus. *Dłoń.*

volare, pro currere, vel festinare, transfertur. Fac ad me quamprimùm aduoles.

volitare, pro discernere transfertur.

tur. Volitant per forum, qui vagantur huc atque illuc.

vomica, tumor ille cutis, quo rupto effluunt humores. *Bolączká.*

vorago, locus profundus in aquis. *Pożerádło. Ponik.*

votum. *Slub.*

vrbs ab vrbo appellata est. Nam vrbare, est aratro definire. Et Varro ait, vrbum appellari, curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi soleat. *Miásto.*

vtor re illa, in qua non constituo finem, sed alterius rei gratia. Vtor libro. Vtor tua opera.

vtor tuo consilio. *Pożywam.* Inde vsus & abusus. Secundo significat conuersor. Petro viro literatissimo familiarissimè vtor, id est, versor cum

eo.

co, *Obcuię*. Inde vſus, familiaritas eſt. Vſus mihi tecum, id eſt conuerſatio. vſus, id eſt, vtilitas vel fructus. *Pożytck*. Item pro conſuetudine accipitur. *Obycȥay, Zwykłość*.

vſuarius, qui alicuius rei vſum habet. *Pożywácȥ*.

vſusfructus. *Pożywánie*.

vſufructuarius, qui fruitur & vtitur rebus alienis. *Kto cudzych rȥecȥy pożywa*.

vti foro, eſt accomodare ſe loco, tempori, rebus, & perſonis. Neſcis vti foro. *Zgádzáć ſię z ludźmi*.

vſucapio, id eſt, præſcriptio. *Dawność*. 141.

vſurà *lichwá*. vſurarius. *lichwiarȥ*.

vſurpatio, eſt interruptio vſucapionis. *Prȥerwánie dawności*.

vulnus. *Ráná.*

vſurpare. *Przywłaſzczyć ſobie.*

vulgo concepti, dicuntur incerto patre nati, *Bękárći.* 338.

vxor, eſt quæ honeſto & legitimo matrimonio maritum iunctum habet. *Zoná.*

vxoratus, *Zonáty.*

X.

Xenium, hoſpitalitatis munus. *Poczta.*

Xenon & Xenodochium, hoſpitale peregrinantium. *Spytal Pielgrzymſki.* Vide Orphanotrophi.

Z.

Zelus, eſt amor intenſus, non patiens conſortium in re amata. *Miłowánie.*

wánie. Item pro inuidia ſumitur. *Zazdrość.*

Zelotypia, id eſt, ſuſpicio contra vxorem. *Podeyźrzenie przećiw żonie.*

Zelotypus, id eſt zelo plenus, inuidioſus, ſuſpicioſus. *Miłownik, Zawiſtnik, Podeyźrzeniec.*

Zizania, eſt ſeges, vel herba peruerſa. *Koſtrzewá, Przepad.*

Zygoſtates, libripens. *Ważnik.*

Zythum. *Biále ięczmienne Piwo.* vt Curmi *Czarne ięczmienne piwo, Marzec.* & cereuiſia πῖνον *Piwo.* Phucas Arabibus ex Simeone Zethi.

FARRAGINIS ACTIONVM

De Regulis vtriusque Iuris tàm Ciuilis quàm Canonici.

LIBER SEPTIMVS ET VLTIMVS.

Quid sit Regula?



REGVLA est; quæ rem quæ est, breuiter enarrat Vel sic:

REGVLA secundum Grãmaticos, est multorum similium collectio. Vel sic:

REGVLA, est generalis clausula, quæ omnia comprehendit.

Vnde dicatur Regula?

Dicitur Regula à regendo, quia regit normam rectè viuendi. Inde regularis, quasi rectè viuens. vel sub regula viuens.

Dicitur

Dicitur etiam Regula à rectitudine, eò quòd rectè ducit, nec aliorsum trahit Persius:

Apposita intortos ostendit regula mores.

Est enim regula rectitudinis vel certitudinis forma, per quam scriptor nouit modum rectè scribendi, & sector modum rectè secandi: & sic de similibus; ita per regulas modum rectè iudicandi cognoscimus.

Exceptio, est de regula.

Dicta igitur regula, quasi regulariter vera, quamuis patiatur exceptiones. Quia Exceptio est regula, & regula ab exceptione confirmatur. Nam quod in exceptione cōprehensum nō est, sub regula continetur.

Per quæ verba constituitur regula?

Et constituitur regula per verba, quæ de sua natura omnia comprehendunt, vt sunt vniuersalia affirmatiua & negatiua. Item per verba negatiua & indefinita, quæ æquipollent.

Officium regulæ.

Officium regulæ, est plures similes casus simul iungere clauo rationis.

Regula allegatur pro Iure.

Allega-

Allegantur regulæ pro iure, & potior est eius caussa pro quo facit regula. Habet enim aduersarius necesse ostendere rationes, quare in illo casu regula non loquitur.

Regularum vtilitas.

Doctores Iuris non minus necessarium quàm vtile studiosis adolescentibus dant consilium, vt singulis diebus aliquot regulas iuris memoria complectantur, nam sunt in eis quamplurima scitu dignissima, & cognitu necessaria atque perutilia, quæ rei varietate magno artificio, cultu amplissimo, eruditione copiosa; varia & grata breuitate, discentiũ animos mirum in modum & delectant & ædificant.

Titulus de Regulis Iuris ex quinquagesimo libro Pandectarum secundum ordinem alphabeticum.

VLPIANVS. Absentia eius, qui Reipub. caussa abest, neque ei, neque alij, damnosa esse debet.

Et ita continuantur regulæ vtriusque Iuris suo ordine vsque ad finem. quemadmodum sunt olim impresse in libro Epitome Iuris nuncupato, sub Titulo de regulis Iuris vt supra Quas hic studiosè omisimus, tùm quod in immensũ cresceret volumen, alioqui iam iustum, tum quod conturbare dicitur, tædiumq adferre quod frequentatur.

FINIS.

